COLUMBIA LIBRARIES OFFSITE
1002433257
Digitized by Google

THE LIBRARIES

COLUMBIA UNIVERSITY

GENERAL LIBRARY

Digitized by Google

SUPPLEMENTUM
AD
VESTIGIA COMITIORUM
APUD
HUNGAROS
AB
EXORDIO REGNI EORUM IN PANNONIA, USQUE
AD HODIERNUM DIEM
CELEBRATORUM
TOMUS II.

AUSPICIIS
EXCELLENTISSIMI, AC ILLUSTRISSIMI
DOMINI
FRANCISCI SERAPHICI
S. R. I. COMITIS
SAURAU,
ÆRARII STATUS MINISTRI.

EDIDIT
MARTINUS GEORG. KOVACHICH SENQUICIENSIS,
AA. LL. ET PHILOSOPHIÆ DOCTOR, INCLYTI COMITATUS
ZEMPLINIENSIS TABULÆ JUDICIARIÆ ASSESSOR.

BUDÆ,
TYPIS, AC SUMPTIBUS TYPOGRAPHIÆ REGIÆ UNIVERSITATIS PESTANÆ ANNO 1800.

Digitized by Google

DB
925.5
.K6
Suppl.
v.2

579687

Digitized by Google

EXCELLENTISSIMO, AC ILLUSTRISSIMO

DOMINO

FRANCISCO SERAPHICO

S. R. I. COMITI

SAURAU,

L. B. IN LIGIST, ET WOLKENSTEIN,

DOMINO

IN FRIDSTEIN, OBERSTEINACH, MERCIDORFF ET SCHADAN,

HEREDITARIO PROVINCIALI STYRIÆ MARESCHALLO, S. C. ET R. APOST. MAJ. CAMERARIO, ACTUALI INTIMO STATUS CONSILIARIO, AERARII STATUS MINISTRO, EJUSDEMQUE, ET CAMERÆ AULICÆ, PROUT ET DICASTERII COMMERCIALIS ITIDEM AULICI PRÆSIDI.

VIENNÆ.

Digitized by Google

EXCELLENTISSIME, AC ILLUSTRISSIME S. R. I. COMES, MINISTER!

DOMINE GRATIOSISSIME.

Si Te inde jam a principio hujus meæ orationis ſecurum eſſe juſſero Excellentiſſime Domine Comes! pagellas has non laudibus Tuis deſtinatas, verum gloriæ, quam merita Tua expoſcunt, atque nominis Tui honori conſecratas eſſe, profecto non erit, cur de relegendis iis vel minimum animi dubius hærere debeas.

Enimuero, ſi rationum duntaxat momenta recenſuero, quibus incitatus Te exorandum duxi, ut lucubrationem hanc nomine Tuo exornare liceret, non erit, quod metuam, ne qua in me aſſentationis ſuſpitio redundare videatur, ut cui apprime perſpectum ſit, Virum, qui primi in Europa Monarchæ Miniſter neruum Reipublicæ moderatur, illotis, ut ajunt, manibus, accedi minime oportere.

Jam tum, quum Prætor Urbis eſſes, quum deinde in Directorio a referendis Conſiliis eras,

Digitized by Google

quum denique Auſtriæ Inferioris Regimini præeras, mihique Vindobonam Bibliothecas potiſſimum conſulendi cauſa, ſingulis fere annis proficiſcendum erat, permotus communi fama, quæ Tua boni publici ſtudia palam profitebatur, magnos Viros ſemper propius noſſe cupidus omnem aucupabar occaſionem, qua Tui vel eminus videndi, cum nullus etiam alloquendi oportunus eſſet prætextus, copia mihi fieret.

Et vero enituit publica hæc omnium de Te exiſtimatio arduo illo cumprimis Anni 1797. tempore, quum menſe Aprili feroci hoſte, Hannibalis inſtar, ut quidem ipſe ſibi, aut quibusdam videbatur, prope ad portam terrores ſpargente, res internæ multis, quibus Monarchiæ vires perſpectæ non erant, non tuto ſatis eſſe loco viderentur, eſſentque etiam, qui metu communis exitii angerentur, Tu vero præclara

popu-

populi Auſtriaci indole, probe jam Tibi perſpecta, ad ſalutem publicam uſus, mirifica dexteritate, celeritateque prorſus inexſpectata, animos ejus ad arma excivisti, periculum a foribus propulſaſti, metum omnem diſſipaſti, optimum Principem, quantopere a populo amaretur, luculenter edocuiſti, invictæque Auſtriacorum fidelitati, Tuoque excelſo animo perenne virtutis, & honoris monumentum poſuiſti.

Quæ, dum rara felicitate, atque immortali nominis Tui, in Regum Annalibus memoranda gloria præſtitiſti, illud ſimul ambiguum effeciſti, plus ne ſapientia Tua, an inconcuſſum animi robur, an bonæ cauſæ in animis populi fiducia, admirationis mererentur. Profecto neque poſteris deerunt, quos de his carpant fructus, cum Tua opera hæc exempla edita ſint, quibus doceantur, Cives Principibus ſuis fide,

& amore, Principes vero illis favore ac benignitate adſtrictos, a metu externarum procellarum omnino liberos eſſe poſſe.

At vero, ubi altiori imperio ærarii publici, quod exhauſtum ſane videbatur, curam ſuſcipere juſſus fueras, quanta hic Tua rurſus emicuit in rebus gerendis dexteritas! non enim immenſis, gravis, atque diuturni belli apparatibus, non acutiſſimis innumerorum fæneratorum ſtudiis, non pravis malorum conſiliis, aut quovis alio pacto fidem publicam convelli paſſus, ipſas argentariæ publicæ teſſeras, quas in florentiſſimis Europæ provinciis haud parum pretii amiſiſſe vidimus, in integritate valoris ea ſagacitate conſervare noveras, ut & in ærariis publicis, & in commerciis promtum æs ſemper adeſſet, & ſua cuique ſtipendia rite penderentur, neque civium induſtria impediretur, at po-

tius

Digitized by Google

tius commercium ſtudiis Tuis etiam augeretur; quod exteris luculentiſſimo documento erat, inexhauſta nobis domi adminicula fontesque eſſe, quibus nos adverſus quævis fortunæ tela tueremur.

Hæc etſi ejusmodi jam ſint, quæ Te dies, noctesque graviſſimis curis publicis diſtentum, totum Tibi eripere viderentur, nec quidquam reliquum temporis facere, quod aliis ſtudiis impendere poſſes; nihilominus probe nobis cognitum, perſpectumque eſt, Te futuræ quoque felicitatis Reipublicæ providum, ſuſcepta Academiæ Regiæ Thereſianæ tutela, Tuas etiam ad educandam juventutem curas extendiſſe, quo e delecta pube Viri olim ad obeunda publica munia apti formentur; excolendis vero literis, quibus inde ab ineunte adoleſcentia deditum, innutritumque Te eſſe, luculentiſſimis indiciis teſtaris, temporibus ſubſecivis omni induſtria etiamnum vacare.

Digitized by Google

Bona fortuna Hungariæ id eveniſſe reor ut Te nuper admodum Civitate donatum ſuo inter numeraret. Jamque Tua in eam ſtudi[a] teſtatus es, dum ducendi Canalis Bachienſis ſu premam curam ea, ingenio Tuo propria, felici tate ſuſcepiſti, ut cæptum Opus, quod in aren[a] hærebat, ſpem optimi exitus non dubiam pollicea tur, futurumque eſſe populares ſperent, ut, cu jus maximo deſiderio ardent, commercio vias Tuo beneficio, apertas habeant.

At vero, qua hæc, atque alia non mino ris cenſus facta, & illuſtria merita Excellenti[æ] Tuæ, ad me ratione pertinent, ut me illis ex pendendis ingeram? pertinent enimvero; nam quamvis eminenti dignitate conſpicui ſint, ant[e] alios tamen Reipublicæ Cives majore ad no[s] jure, & neceſſitudine ſingulos pertinent ſumm[orum] imperiorum Miniſtri, qui communi omnium, &

ſi

Digitized by Google

ſi res ferat, ſingulorum etiam commodis, & fe-
licitati animum intendunt; hos profecto dilige-
re, ac omni cultu proſequi, eorum imprimis eſt,
qui mecum una intelligunt, in illis omnia Socie-
tatis Civilis commoda, fortunasque publicas col-
locatas eſſe.

Eſt tamen, præter hæc omnia, quæ com-
mune hoc vinculum reſpiciunt, aliud inſuper,
quod me ſtudiorum meorum cauſa propius Ex-
cellentiæ Tuæ adſtringit, ut nimirum, poſtquam
Te talem eſſe cognovi, qualem fama publica,
omniumque, qui Te norunt, ſententia prædica-
bat, ipſe etiam ſingularium virtutum Tuarum
indolem cultu aliquo proſequendo, ad literarios
conatus meos tantisper mentem Tuam provo-
cem. Longa nimirum experientia jam didicimus
Excellentiſſime Domine Comes! eos, qui um-
bratili ſtudio privatos intra parietes a negotiis
remoti

*remoti Diſciplinas cumprimis Civiles literis ex-
celuerunt, monaſticis olim ſeculis illis potuiſſe
quidem ſui aliquam opinionem emereri, ſed qu.
impenſi laboris ſteriles ſolummodo, & moleſtos
etiam ſubinde ætati noſtræ fructus adferrent.
Neque enim hiſtorica, diplomatica, juridica
politica, & quæ cum his arctioribus nexa ſunt
vinculis, ab aliis, quam, qui longa exercitatione
publicorum negotiorum in foro, curiaque ſub-
acti ſunt, neque ſine auſpiciis eorum, qui, dum
Reipublicæ clavum moderantur, quid, aut qua
ratione fieri expediat, penitius intelligunt, cum
judicio, & propitia minerva tractari poſſe, in
propatulo eſt.*

*Me ab adoleſcentia literarum ſtudiis ad-
dictum, ſed ad alia avocatum, poſtea ad illu-
ſtrandam ea parte hiſtoriam Status publici Hun-
gariæ, qua legum origines, & genuina earum*

indoles

indoles ſincerius intelligi poſſint, fuiſſe delapſum, ex operibus a me hucusque, horis quidem ſubſecivis, non tamen prorſus proletaria induſtria conſcriptis, perſpicies, Excellentiſſime Domine Comes, quorum tamen pars minima typis excudi, legique adhuc poterat, propter mediocres fortunas meas. Videbantur optimis quibusque hæc ſpecimina tanti eſſe, ut me porro quoque hac in arena haud infeliciter verſari poſſe, non ambigerent, ſi majorum, quos commodis noſtris ſincere ſtudere conſtaret, benevolentiam demererer, imo autores etiam mihi erant, ut poſtquam e numero mæcenatum meorum duos Principes, alterum Regium Palatinum, Bátthyanyium Cardinalem alterum, fatis amiſi, Tibi, in quo ratione officii, quo defungor, Supremum Præſidem veneror, literarum alioquin amantiſſimo, & in quo jam Cive ſuo Patria hæc tantum fiduciæ

col-

Digitized by Google

collocaſſet, munuſculo quopiam literario grati carer, reſtaurarem que & numerum, & pond eorum illuſtrium Fautorum, qui mihi adhuc ſ perſunt; futurum eſſe ſperantes, ut ita reliq adhuc mei conatus fertiliores, utilioresque ev dant.

Dum igitur Opus hoc, quod legislati nem Hungaricam propius attingit, Nomini Ti conſecro, dum Auſpicia Tua invoco; non illu mihi curæ eſt, Excellentiſſime Domine Comes ut perſonam meam fortunis cumules, quibus ali quin haud diu frui per ætatem liceret, jamqu deinceps etiam carere poſſem; ſed ut conatibu meis literariis ita favere velis, ne quid impr mis, quod præſenti, aut quem adjuncta rerui depoſcent, futuro Reipublicæ ſtatui incommo adferret; ſubrepat, deinde, ut imperii, & obſequ limites, legibus quidem, pactisque definitos, ſe

quos

quos externa neceſſitas, pravaque ſæpe domi quorumdam ſtudia extendere ſubinde cogunt, inoffenſo pede percurram; eam denique cogitandi, agendique rationem ſcriptis proveham, quam ſalus publica, & commoda ſingulorum imprimis exigunt; Hoc enim in Subſidiis ad hiſtoriam legislationis Hungariæ *quæ hæc* Veſtigia *excipient, potiſſimum agam, ut quæ in eam, ſive proletariis aliorum ſtudiis, ſive majorum incuria, ſive etiam diuturnitate temporum (ut fit) irrepſiſſent, erroneæ opiniones, ſinceræ & limpidæ veritati cedant, & genuina legislationis noſtræ indoles, faciesque, plena in luce ponatur, nævique, ſi quibus adhuc laboraret, detegantur. Quod ſi ex his intellexeris, operam meam bono communi aliquid prodeſſe poſſe, pro ea, qua apud Clementiſſimum Principem & fide, & exiſtimatione polles, efficies, ut, otio & occaſione*

auctus,

Digitized by Google

auctus, promti obſequii gloriam, grato erga animo etiam ad tumulum usque meum prod cam. Budæ Kal. Maji. MDCCC.

EXCELLENTIÆ TUÆ,

devotus
M. G. KOVACHICH.

Digitized by Google

SUPPLEMENTA
AD
VESTIGIA COMITIORUM.

PERIODO II.
SUB LADISLAI POSTHUMI
MINORENNITATE.

Anno 1445. triplicium Comitiorum deprehenduntur Veſtigia.

Prima celebrata ſunt Albæ Regiæ circa feſtum B. Dorotheæ, ſeu initio menſis Februarii, teſte Ivanichio ad Epiſtolam Joan. de Hunyad die 18. Aprilis A. 1445. ſcriptam apud Schwandtner SS. Rer. Ung. T. II. p. 27. ubi notat:

„ Tunc, dum hæ Literæ ſcribebantur, Johannes „ Wayvoda non erat Gubernator Generalis, ſed iſtæ „ Partes ex hac parte Titiæ verſus Varadinum erant „ ſuæ Gubernationi commiſſæ in Congregatione Gene- „ rali, quæ in Alba Regali A. D. 1445. circa feſtum „ B. Dorotheæ habita fuit. “

Ex Diplomatibus erui etiam Nicolaum de Wylal Wayvodæ Tranſylvani, & Generalis Regni Capitane titulo uſum fuiſſe.

In his itaque Comitiis proviſoria Regni ad miniſtratio fuit ordinata, ſive Interregni, ſive Minorennitatis Regis Ladislai jam alioquin coro nati tempus Regnicolæ pro ſuo quisque affect esse exiſtimaverint. Præterea ex his ipſis Comitii Literæ dimiſſæ ſunt, quibus Regnicolæ Peſtinum ad Octavas Paſchæ pro agendis aliis Comitiis invi tabantur, ut patet ex Art. XII. Decreti in iisdem conditi.

Sed gemina hæc Albæ Regali circa feſtum B Dorotheæ celebratorum Comitiorum Veſtigia alterum hiſtoricum, diplomaticum alterum, du bium adhuc relinquunt, an illa re ipſa generali Comitia, vel Concurſus aliquis potiorum Præla torum & Baronum fuerit. Generalem Congre gationem fuiſſe, Ivanichius Scriptor coævus di ſerte fatetur, & gravitas quoque negotii in ill tractati hoc ipſum credere ſuadet; quis enim exi ſtimet, in tanto mutuo ſibi adverſantium Regni colarum æſtu, quos ne magnitudo quidem immi nentis periculi, aut præſentis jam communis Cala mitatis aſpectus ad concordiam unquam revocar poterat, niſi quisque dum nullius commodi eſſ poterat, aut poteſtatis, aut ſaltem conſilii, ve ad ſpeciem particeps fuiſſe videretur, quis in quam exiſtimet, potioribus illis tantum delatum fuiſſe, ut ſoli de adminiſtratione Reipublicæ dis ponerent, cum prius ne Regibus quidem aut ele

cto,

Digitized by Google

cto, aut coronato omnes ad obſequendum promti fuerint, niſi id in Comitiis congregati, communibus votis concluſiſſent. Ex adverſo. Hæc non generalia Comitia, ſed Concurſum tantum potiorum Prælatorum & Baronum fuiſſe ex provocati Art. XII. Clauſula illa: *Poſt emanationem literarum Prælatorum & Baronum pridem Albæ Regali,* colligi poſſe videtur, cum ibi Prælatorum & Baronum duntaxat mentio habeatur, neque ratio ſufficiens fuiſſe videatur, cur ſi Regnicolæ in Comitiis generalibus congregati fuiſſent, alia brevi agenda Comitia peculiaribus literis convocanda fuiſſent, cum illa præſentibus alioquin Regnicolis ſufficienter publicata fuiſſe ſupponantur; quamquam, ſi aliorum Comitiorum exempla expendamus, vel hinc argumentum ducere liceat, non Concurſum potiorum, ſed Comitia generalia Albæ celebrata, neque literas illas Art. XII. provocatas, fuiſſe tantum ad Comitia convocatorias, & miſſiles, ſed Decretum in illis Comitiis conditum; tum quia in aliis quoque Comitiis condito Articulo futura Comitia ſubinde indici ſolebant, tum, quia Art. XII. ſubjicitur.

„ Qui autem de hujusmodi ſpolio, & malorum
„ perpetrationibus convicti exſtiterint, pœna infideli-
„ tatis, *ut Literæ Convocationis prætactæ continebant,*
„ puniantur. "

Quis enim ſibi perſuadeat, ſimplicibus Literis convocatoriis a ſolis [illegible]is & Baronibus expeditis tantum autoritat[illegible]ſſe potuiſſe, ut ad earum dictamen aliquis c[illegible]victus pœna infidelitatis pu-

puniatur, cum hac in parte ſæpe ipſa Decreta Comitialia non ſatis efficacia fuerint; & tamen hoc idem etiam Art. XIX. repetitur.

Alia eodem anno 1445. Comitia in Alba Regali ſub prioribus, Peſtinum, ut provocatus Art. XII. habet ad Octavas Paſchæ indicta fuiſſe teſtantur in Veſtigiis Comitiorum p. 249. provocatæ, ex Joſ. Hajnóczy Coll. Dipl. T. I. p. 453. ex Originali in papyro in aliquot locis combuſta deſumtæ, & apud Katona Hiſt. Crit. T. XIII. p. 416. ex MSS. Cornidesianis editæ.

Friderici Romanorum Regis Litteræ ad Civitatem Kesmarkiensem, ut miſſis ad Diætam Peſtienſem Oratoribus, partes Ladislai Regis tueatur.

„ Fridericus Dei Gratia Romanorum Rex ſemper „ Auguſtus, Auſtriæ, Styriæ &c. Dux.

„ Circumſpecti, ſincere dilecti. Audivimus, qualiter Prælati & Barones Regni Hungariæ poſt caſum „ Fratris noſtri Regis Poloniæ, & Chriſtiani Exercitus, „ cui, ut decens eſt, merito condolemus, Diætam „ generalem ad Civitatem Peſtiensem ad Octavas Paſce „ indixerint, univerſis Incolis Regni, ubi, uti percipimus, de pace, & tranquillitate, ac regimine „ Regni tractare intendunt. Sed quoniam ſcitis multorum conatus adhuc eſſe, qui jus Sereniſſimi Principis, & Patruelis noſtri cariſſimi Ladislai Regis „ Hungariæ, hæredisque Boemiæ ſuppeditare prætendunt, quod tamen apud Deum & mundum eſt ita „ clariſſimum, ut nullus Deum ſaltem timens, de „ illo quomodolibet poſſit, aut debeat dubitare. Et „ quia Congregatio illa, uti arbitramur, erit ſatis numeroſa, & expediens valde eſſet, ut fideles & adhærentes præfati Patruelis noſtri in eadem Diæta ad-

„ eſ-

Digitized by Google

„ eſſent, pro juſtitia hujusmodi locuturi, illamque
„ promoturi, quemadmodum in Deo ſperamus, quod
„ ipſe Deus noſter, qui juſtus eſt, corda ſingulorum
„ ad juſtitiam inſpirabit. Ob quam rem vos affectuo-
„ ſius adhortamur, quatenus pro manutenenda, &
„ promovenda præfati Patruelis noſtri juſtitia veſtros
„ Oratores & Cives, fulcitos ad eandem Diætam Pe-
„ stiensem velitis transmittere, quemadmodum jam aliis
„ de parte præfati Patruelis noſtri ſerioſe ſcripſimus,
„ quoniam & nos, uti ſperamus, Oratorem ibidem
„ habituri ſumus, ſalvo conductu allato proviſuri ibi-
„ dem, & conſulturi cum amicis, & - - - pacem
„ Regni, quæ profecto nequaquam melius reperiri
„ poterit, niſi dato loco juſtitiæ - - - - Et quidquid
„ nos pro bono Regni cooperari poterimus, etiam
„ libenti animo faciemus - - - - - m inducemus ad
„ rependenda vobis ſingulari gratia hujusmodi veſtra
„ ſervitia, quæ - - - - quam fideliter impendiſtis.
„ Datum in Nova Civitate Anno &c. XLV. Secunda
„ - - - - vero noſtri anno quinto. De mandato Do-
„ mini Regis. “

A tergo:

Littera Regis Romanorum.

Circumſpectis ſince - - - ati, & juratis Civibus
C - - - - K.

Horum Comitiorum, ſi ex Dato Concluſionis Conſtitutionum arguere licet, die ſecunda feſti Aſcenſionis Domini, ſeu die 7. Maji terminatorum, & Decreti alicujus in illis editi plura habemus Veſtigia, nullus tamen illa hactenus ab aliis eodem anno celebratis rite diſtinxit, nullus de illo Decreto uspiam detegendo, aut ſaltem de exactiori ejus notitia eruenda ſollicitus fuit, adeo incurii fuimus in cognoſcendis etiam graviſſimis monu-

mentis ad notitiam ſtatus Reipublicæ, & legum facientibus, licet non ambiguis Veſtigiis ſponte ſeſe quodammodo oculis objicerent, dum Epiſcopatuum, Ordinum, Religioſorum, ipſorum adeo Monaſteriorum Hiſtoriam Populares noſtri, qui doctiores habebantur, quaſi per æmulationem plenis Voluminibus in lucem protrudere contendebant. Ego, cui nec copia, nec otium excutiendæ alicujus completioris Bibliothecæ fuit, & ideo Veſtigia ſolum colligenda, non Hiſtoriam Comitiorum ſcribendam ſuſcepi, jam in illis p. 249. Comitiorum pag. vero 250. etiam Decreti non obſcura indicia detexi, quo modo ab eo tempore, quove ſucceſſu in veſtigando ac detegendo hocce Decreto progreſſus ſim, ut alias feci, ſed paucioribus expediam.

Poſt adnotationem Moſſóczii de Articulo Anni 1445. circa Sigillum Regni in Corpore Juris Hung. Decreto Statuum & OO. Regni A. 1446 ſubjectam, & poſt Tripartiti II. Tit. 14. §. 35. ubi male *tenor Privilegii* appellatur, diligenter expenſum cœpi attentius & Comitiorum hujus anni terminos inveſtigare, & Decreti in iis, ut jam probabile videbatur, conditi indicia ſequi, & deprehendi utrumque ex iisdem fontibus derivari poſſe. Inter Epiſtolas nomine Joannis de Hunyad ſcriptas deprehendi unam, in qua Joannes de Zredna Ivanichio ſequentia ſcribit:

„ Oratum tamen facio Deum, ut ejus dono ad „ hæc ipſa, etſi non cenſenda, ſaltem vel videnda „ mihi vis, posque adſit, præſertim in iſta e proximo futu-

„ futura Conventione generali, quæ potiſſime pro „ concordanda ea ipſa peſtilenti diſcordia, ut noſti, „ denunciata exſtitit. Itur nunc, & concurritur ad „ eamdem, ad quam ego pariter evocatus iter paro, „ ſpem bonam gerens, quod in ea pacem reduci „ velle, victoribus quidem expediet; victis vero ne„ ceſſe erit - - Ex Varadino 24. April. A. D. 1445.“

Aeneas Sylvius in Epiſtola 78. ad Dionyſium Cardinalem Archiepiſcopum Strigonienſem, apud Pray Annal. P. III. p. 36. & Katona Hiſt. Crit. T. XIII. p. 386.

„ Vos igitur Hungari, Viri Clariſſimi, qui huc „ veniſtis, in Conventu Peſtienſi prius fuiſtis, ac cum „ ceteris Regni Baronibus & Accolis Ladislaum Regem „ expetere decreviſtis: nunc legationem explentes „ dari vobis Regem vultis, homagiaque ſibi præberi, „ & ipſum exinde in aliquo Regni loco, ſub tutela „ Friderici Cæſaris ſui Patruelis conſtitui.“

Idem Epiſtola 81.

„ Conventum Regni habere placuit. Et quia „ Palatinus Budam clauſerat, in Peſto Congregatio „ facta eſt.“

In Inſtrumento, quod Car. Wagner Scepuſii S. & P. P. III. p. 241. protulit, jam etiam Decreti in his Comitiis editi indicium in ſequentibus detexi:

„ Quod Ladislaus, & Joannes, Filii Joannis „ Fogass de Tarkew; poſt Decretum Prælatorum, „ Baronum, Procerum, & Nobilium univerſorum „ Regni Hungariæ in Peſt celebratum &c.

Dlugoſſus Lib. XIII. & Comitiorum horum Hiſtoriam & Decretorum in iis ſummam ſequentibus breviter complexus eſt:

„ Placuit tandem Conventum haberi in Peſt, illi
„ que Prælati, Baroneſque Regni Hungariæ convenient
„ unanimi voto Ladislaum Alberti filium in Rege
„ eligunt, Vicarios Regni ordinant, Decretaque pı
„ communi pace faciunt. Oratores nominant, qui a
„ Fridericum Romanorum Regem, petituri pueru
„ Ladislaum, & Coronam materialem eant, deſtinan
„ que. Placet tamen in Poloniam mitti, inveſtigar
„ que Regem Wladislaum, ac certo tempore notitia
„ exſpectari. “

Inter MSs. Széchényiana Dipl. T. I. ſequer ejus Decreti indicium reperi:

„ Decretum Statuum & OO. Regni Hungariæ i
„ Generali Conventu Peſtini 1445. celebrato de ſ
„ conſervatione conditum, quo mediante inter ali
„ Principem Ladislaum, natum condam Alberti Regi
„ in Regem Hungariæ aſſumunt, ex quo in Regn
„ partibus Bulgariæ cum Turcis conflictum facien
„ ſpatio ſeptem menſium de vita ſua, & rerum prc
„ greſſibus nihil ſignificavit; ſi tamen eisdem Statibu
„ Regni idem Ladislaus cum S. Regni Corona pe
„ Romanorum Regem reſtituatur. “

Cum in citatis MSs. textus hujus Decre huic Rubricæ ſubjectus non ſit, id unum jam hin certo ſatis didici eum non interiiſſe, ſed uspian non plane nulli ignotum adhuc latere; tanden feliciore, licet minus claro indicio inter Act Diætæ A. 1765. conſului Regeſtrationem Archiv Regni, ſeu Elenchum Actorum in eodem conſerva torum, in quo ſequentem Rubricam adverti:

„ Statuta Regnicolarum, quibus Principem Ladis-
„ laum, natum quondam Alberti Regis, in legitimum
„ Regem aſſumunt, de Anno 1445. Originale. “

Hinc

Hinc quidem nondum certus eram, an hoc illud ipſum Comitiale Decretum ſit, quod quæſivi, an Inſtrumentum aliquod partiale Confœderationis pro Ladislao Poſthumo partibus illius faventium Regnicolarum; adeo vel in ipſis Actis publicis Diætalibus parum determinate, ipſa Decreta Comitialia, fors quod in Corpore Juris Hungarici deſiderarentur, ne agnita quidem, noſtra jam ætate indicabantur, obtenta nihilominus benignitate Sereniſſimi Regii Principis Palatini conatuum meorum literariorum genii tutelaris, Archivum Regni intrandi, ex eoque lucubrationibus meis deſervitura Inſtrumenta deſcribendi facultate, detexi demum, quod quærebam genuinum, nec ab ullo hactenus in lucem editum, quod hic notis illuſtratum profero.

Decretum, ſive Conſtitutiones Regni Hungariæ Statuum & Ordinum in Generali Conventu An. 1445. in Civitate Peſthienſi celebrato de ſui Conſervatione conditum, quo mediante inter alia Principem Ladislaum natum condam Alberti Regis in Regem Hungariæ aſſumunt, ea conditione, ſi eisdem ipſum una cum Sacra Regni Corona per Romanorum Regem reſtitui contingat.

Nos Univerſi Prælati, Barones, Milites, Nobiles, ac Civitatenſes, Regnicolæque Regni Hungariæ, in præſenti generali Congregatione *Peſtiensi* pro reformanda pace & Reipublicæ utilita-

ta-

tate ejusdem Regni in ſimul congregati *a*) pr
ſentium ſerie ad univerſorum volumus notitia
devenire. Quod cum occulto DEI Judicio Regnu
hoc Hungariæ, quod Chriſti fidelium propugr
culum exiſtit, ex ſua intrinſeca diviſione,
Guerrarum inteſtina concitatione his temporib
cepiſſet fluctuare, & in caſus periculoſiſſimo
Proh Dolor! devenire ita, quod patrimoniu
Iheſu Chriſti, Eccleſiæ videlicet, & Eccleſiaru
Prælati & Barones, una cum Nobilibus utriusq
Sexus, & Incolis ipſius Regni noſtri per Paganc
aliasque circumadjacentium Regnorum Natione
ſed & per intraneos inquietos Malefactores
omnium facultatum ſuarum invaſione, & devaſt
tione prædæ continuæ, incendiorum & alioru
maleficiorum univerſorum commiſſione, tanta
paſſi fuere oppreſſionem, & damnificationen
quod niſi Altiſſimi DEI Gratia celeris proviſior
remedio, humanis etiam ſolicitationibus occurre
tibus fuerit opportune proviſum, Regnum hoc a
extremam devenire cernebatur periclitationem
maxime conſiderato caſu illo magis periculoſior
qui Dei ex permiſſione Regiæ Majeſtati Anno pr
xime elapſo, ex cauſa fidei, & Chriſtianæ defei
ſionis, cum Regnicolis contra Paganos, Turc
videlicet, iſtius Regni noſtri atrociſſimos & inf
ſtiſſimos æmulos usque ad fines Regni Bulgaria
penes nigrum Mare proficiſcenti, & conflictu
cum Paganis ipſis facienti, taliter acciderit, quc
usque ad ſeptimum Menſem conflictus *c*) ſui, nul
de

de ejus reditu haberi potuit certitudo *d*) ne tamen per hujusmodi diviſionem noſtram, & inteſtinam Guerram majora pericula, & graviora mala nobis, & ipſi Regno per ejusdem annihilationem ſubſequi contingat, inter nos variis hinc inde habitis Tractatibus, reſpectibusque, & difficultatibus, ad talem devenimus Concordiæ unionem. Quod ſi ſupra dicta Regia Majeſtas usque octavum diem Sanctæ Trinitatis proxime venturum non redierit, aut de vita ſua per noſtrum Nuncium ea de cauſa nunc ad Poloniam transmiſſum *e*) plena, & indubitata certitudo reportata non fuerit, extunc omnes univerſaliter Illuſtriſſimum Principem Dominum Ladislaum natum condam Domini noſtri Alberti Regis Hungariæ, ſi, & in caſu, quo nobis eundem cum Sacra Regni Hungariæ Corona reſtituere, & in medium noſtri Dominus Rex Romanorum, in cujus manibus ad præſens conſiſtunt, dare voluerit, dederitque, & de facto aſſignaverit, in verum & legitimum Regem Hungariæ, & Dominum noſtrum aſſumemus, & pro Rege habebimus, & tenebimus, vita ſemper ſibi comite in futurum. Caſu autem, quo eorundem reſtitutio, & in medium noſtri aſſignatio nobis fuerit recuſata, in nullo ſibi, ſcilicet Ladislao Principi volumus eſſe obligati, quin immo hujus Regni moderno ſtatu, & neceſſitate requirente providebimus de Rege, & Principe, cujus ſub Regimine ipſum Regnum a ſuis periculis, & oppreſſionibus valeat oportune liberari, & in ſtatu tranquillo, & pacifico

ſico permanere *f.*) Et ut hujuſmodi diſſenſionis & diviſionis noſtræ multiplicata materia ſopiatur malaque prædicta in antea non committantur, & pax priſtina reformetur, ſubſcriptas Diſpoſitione effective obſervand. in hac Generali noſtra Congre gatione duximus proinde ordinand.

a) Diætam hanc, e celebrato prævie Albæ Regal Procerum & Baronum Conventu, præfixam fuiſſe XII Decreti hujus Articulus diſerte oſtendit. Quando ipſ ille Conventus celebratus ſit? ex Ivanichio Scriptor coævo in Coll. Schvand. Tom. II. Pag. 27. apparet dum ait: *Iſtæ partes ex hac parte Ticiæ verſus Vara dinum, erant ſuæ Gubernationi commiſſæ in Congre gatione Generali, quæ in Alba Regali Anno Domin 1445. circa feſtum B. Dorotheæ habita fuit.* Lice hic Conventum illum, *Congregationem generalem* ap pellet; licet jam in illo Adminiſtratio Regni inte plures diviſa fuerit, cum tamen Articulus Decret hujus XII. diſerte innuat tantum *Prælatos* & *Barone* eo conveniſſe, ego Conventum illum pro *formal* Diæta non habeo, & in eodem præſentis tantun Diætæ convocationem decretam, & Adminiſtrationen Regni aliquibus usque Diætam *proviſorie* tantum com miſſam fuiſſe arbitror.

Quod Diæta hæc ad Octavas Paschæ indicta fuerit patet e provocatis in Veſt. Comit. pag. 249. Frideric Imperatoris, ad Civitatem Kesmarkienſem Literis quas Katona Tom. XIII. p. 416. per extenſum pro duxit. Sed hic in Datum Literarum manifeſtus erro typi irrepſit; nam pro 1445. ſcribitur 1450.

Terminatam autem fuiſſe hanc Diætam, die ſe cunda Aſcenſionis ipſa ejus concluſio oſtendit.

Et ſecundum hæc emendari debent illa, qu Katona provocato Tomo Pag. 416. 417. 438. & 449 de duplicibus his Comitiis conjectavit.

b)

b) Deſolatio hæc Regni inde manavit, quod pars
a Regnicolarum, quæ Ladislao Poſthumo adhærebat,
Wladislaum Polonum toto quo imperavit quadriennio,
unquam pro Rege agnoſcere voluerit. Duæ autem
ctiones hæ, ſe ad invicem ad internecionem perſe-
uebantur. En naturales omnis Regni Electivi fructus.

c) Wladislaus Polonus 1444. 10. Novembris ad
arnam occubuit Comitia hæc 1445. in Octavis Paſchæ
choata fuiſſe ſupra docuimus. Male ergo compi-
tor Præfationis hujus ſeptem Menſes calculavit.

d) Cauſam vel tam longæ incertitudinis ex Du-
loſſo, & Ænea Sylvio Sinchronis Authoribus tene-
us. Nimirum Laurentius de Hedervára Palatinus,
m a partibus Ladislai Poſthumi eſſet maxime alienus,
Regnicolas, pro alio Rege eligendo disponendi
mpus nanciſcatur, primum eum propediem rediturum,
m eum in Polonia agere ſpargebat.

e) Confirmatur hinc memoratorum paulo ante
oævorum Scriptorum narratio, quod Status Regni ad
btinendam ea de re certitudinem, Legatum in Po-
niam miſerint. Apparet una hinc, quod Wladislaum
cet *illegali* Corona incinctum, major Regnicolarum
ars pro *legitimo* Rege agnoverit, cum evocatio La-
islai Poſthumi, tantum *conditionate*, nempe ſi Wla-
islaus occubuit, decreta fuerit.

f) Ex his Comitiis indubie poſt acceptam jam de
orte Wladislai certitudinem miſſam fuiſſe ad Impera-
rem Fridericum Legationem, quæ ſub expreſſis hic
nditionibus Ladislao Poſthumo Thronum Hungariæ
ferat, ex iisdem coævis Scriptoribus conſtat, &
men Legationis hujus nulla ſeu in Præfatione, ſeu in
iquo Decreti hujus Articulo fit mentio. Nimirum
it hic in Politica II. Regum Periodi Nævus ut ſu-
epti cum vicinis Potentiis Tractatus licet in Diæta
dinati, & de iis in Diæta relatum fuerit, Actis ta-
en Comitiorum nunquam illati; ſed ſi ſucceſſerunt
iſtincto Inſtrumento comprehenſi, ſin: unice traditioni
con-

Digitized by Google

concrediti fuerint, uti id Hiſtoriam *Sigismundi*, *Ma thiæ*, & *Wladislai II.* combinanti uberius patebit.

Hunc, de quo ſermo eſt, Tractatum, pe varias ambages ferme usque Novembrem Ann hujus protractum, tandem in irritum cecidiſſe e Ænea Sylvio conſtat. Conſtat etiam ex eodem quod Legati de functione ſua ad Diætam *Albæ Re gali* celebratam retulerint. Dicit enim in Epiſtol 71. *Accepi exinde Conventum Regni, apud Al bam Regalem brevi habendum eſſe, ubi Reſponſum Cæſaris, ad Notitiam Regnicolarum deducatur* Sed an Comitia hæc cum fine 1445. vel cum initio 1446. celebrata, & quæ in iis concluſ fuerint? hactenus non licuit comperire. Nam quod illa, quæ 1446. Feria ſecunda infra Octava Pentec. celebrata, & quæ in Corpore Juris *incom plete*, in Veſtigiis autem Comitiorum Pag. 253 *integre* producuntur, diſtincta fuerint, ipſe locu celebrationis ſatis indicat. Hæc enim *Peſthini* illa *Albæ Regali* acta ſunt. Et in ipſa *Peſthiensi* Decreti Præfatione ad Comitia Albaregalensia pro vocatur. Utinam quis horum etiam Decretum aliquando proferat! Illuſtraret certe illud obſcura adhuc temporis illius Res, quod intra mortem Wladislai, & Gubernatoratum Hunyady effluxit ſicut jam præſens Decretum non modicam Epocha huic lucem affundit.

ARTI-

ARTICULUS I.

Terminus pro reſtituendis occupatis Bonis præfigitur.

Primo diſpoſitum eſt: Quod omnes occupationes Caſtrorum, Poſſeſſionumque, & Terrarum, generaliterque aliorum quorumlibet Jurium, & Bonorum, ſive vigore Donationum per Regiam, vel Reginalem Majeſtates, vel propria temeritate, ſeu Expugnatione per quoscunque Hungaros, ſcilicet Bohemos, Polonos, Theutonicos, ſeu cujuscunque alterius Lingvagy homines quorumcunque a tempore inceptionis præſentium Guerrarum factæ, usque ad octavum diem dicti Feſti Sanctæ Trinitatis, his, apud quos tempore inceptionis hujusmodi Guerrarum eædem extiterint, ſub pœna perpetuæ Infidelitatis remittantur, & ſignanter hi, qui in præſenti Congregatione ſunt præſentes, promittant, ſe velle remittere, & præſenti Ordinationi parere, & obedire effective, ut ſic inter eos mutuus amor, & fraternalis dilectio, odio, & rancore excluſis vigeat, & permanere dinoſcatur.

ARTICULUS II.

Donationum per Reginam Eliſabetham, & Wladislaum Polonum factarum vigor usque ad tempus Coronationis novi Regis ſuſpenditur.

Item: quod omnes Donationes, poſt mortem dicti condam Domini Alberti Regis de poſſeſſionibus Regalibus & ad Regium Jus ſpectantibus per Regiam, vel Reginalem Majeſtates factæ firma-

mari, vel infirmari differantur usque ad tempu
Coronationis Regis.

Jam hic in dubium revocant Status, factas a *Eliſabetha*, & *Wladislao* Donationes. Nimirui juxta cardinale Juris noſtri Principium nulla niſi legitime coronato Rege facta Donatio valet, jam verc Eliſabetha *nunquam*, Wladislaus *illegitima* Coron redimitus fuit, nec immemores fuere Status ſuſpen ſoriæ hujus ſuæ Ordinationis. Nam Ladislao Poſthum jam rerum potito, 1454. Art. V. utriusque Donatione invalidas eſſe pronunciarunt. Neque tamen proptere Wladislaus e Regum ſerie expungendus videtur. Re gnavit enim ceteroquin legitime toto quadriennio quia ut ſupra oſtenſum eſt, a majori Regnicolarui parte electus, reliqua Regiæ Dignitatis munia legitim exercuit, neque cetera alia ejus Acta unquam re ſciſſa fuerunt. *Eliſabetha* e contra nullo plane titul Regum ſeriem ſubire poteſt, quia Regium officiu *pro ſe* nunquam exercuit, mortuo enim *Sigismundo* non illa, ſed Maritus ejus *Albertus* coronatus eſt, regnavit. Hoc vero mortuo, illa iterum non *ſe*, ſe *Filium* ſuum Poſthumum coronari procuravit; adeo que etſi Wladislai intermedia Electio non interceſſiſſe illa non *ſuo*, ſed *Filii* nomine regnaſſet. Plane contrario actum fuit, cum Maria I. Nam poſt fa Ludovici, non *Maritus* ejus, ſed *illa* coronata eſt, ideo in multis Literis Rex compellatur.

ARTICULUS III.

Curſus Cauſarum majoris Potentiæ, præter except Caſus, ad idem tempus differtur.

Item: de Actibus potentiariis his temporibu disturbiorum perpetratis, ſimiliter ad illud tempu differantur, exceptis duntaxat Interemptionibu

hominum,

Digitized by Google

hominum, Poſſeſſionum occupationibus, literalium Inſtrumentorum ablationibus, & Virginum, ac honeſtarum Dominarum dehoneſtationibus, de quibus Judicium, & Juſtitia petentibus miniſtretur per Judicem competentem.

ARTICULUS IV.

Præfigitur Terminus, intra quem erecta ſub Diſturbiis Fortalitia, præter nominatim excepta, demoliri debeant.

Item: Omnia Fortalitia, in ipſo Diſturbio erecta, usque ad octavum diem præfati Feſti S. Trinitatis, per eos, qui ea erexerunt, vel nunc poſſident, ſub pœna Infidelitatis deponantur, in partibus tamen Regni Sclavoniæ, penes fluvium Zava, & Tranſylvanis, ac Posega Fortalitia propter metum Turcorum facta, ſi quæ ex eis deponi debeant, relinquantur voluntati Nobilium partium earundem, & deponenda ſub prædictis pœnis deponantur. Exceptis quinque Caſtris, videlicet Caſtro Palata, Nicolai Vajvodæ in Comitatu Albensi, ac Verevcze Emerici Filii Vajvodæ de Marczaly in Regno Sclavoniæ, nec non Vannis Emerici de Pelsévcz in Comitatu de Borsod, item Nana Johannis de Kompolth in Hevessiensi, & Pelsévcz Nicolai, & Stephani de eadem Pelsévcz in Gömöriensi Comitatibus exiſtentia, & de eorundem propriis domibus fabricatis, quæ Caſtra ipſis Dominis unanimi, & pari conſenſu tenere, & habere permiſimus, atque relinquimus, ita tamen, quod ipſa Caſtra de propriis Proventibus

B con-

conſerventur, & ceteris nulla ſpolia, damnific
tiones, ſeu quascunque moleſtias, de eisdem i
ferant, neque ad Labores hujusmodi Caſtrorun
aliorum Jobbagiones Eccleſiaſticorum Virorum v
delicet, aut Nobilium, ſeu aliorum Poſſeſſionat
rum hominum compellant, qui ſi contrarium fec
rint, ad prævias Octavas cum Insinuatione ev
centur, & contra eosdem in eisdem Octavis Se
tentia Capitalis facti potentialis decernatur, & C
ſtra ipſa diſtrahantur ſub pœna prædicta.

Hinc patet, quomodo Fortalitia illa, ſeu Caſtı
quæ poſtea Nidum Prædociniorum conſtituebant, er
conſueverint. Nimirum excuſſerunt frænum vete
illius Inſtituti, ne Caſtra ſine conſenſu Regis ædifica
liceat, primum Potentiores illi, quibus & ad co
ſtruendum Caſtrum, & ſuſtinendum præſidiarium Mi
tem propriæ facultates ſuppetebant. Cum hi magnı
per id in publicis negotiis Pondus ſibi procuraſſer
imitabantur eos, etiam tales, quibus requiſitus ad
Nervus præſto non fuit. Hunc ut ſuppleant, ſatis ſ
eſſe exiſtimabant, ſi prima Munimenta propriis ſuı
ptibus perficiant. Poſtea vicinorum ſe debiliorı
ſubditos ad operis perfectionem vi adigebant. Cı
munitiſſimum etiam Caſtrum, niſi ſufficienti præſic
teneatur, nulli uſui ſit, id autem notabiles iterum e
penſas requirat, quibus hæ defuerunt, cœperunt den
vicinorum ſubditos, ad convehenda Præſidiariis ſ
victualia armis cogere. Ita præmiſſis jam duobus
Latrocinia paſſibus, pronum erat, ut etiam ad tertiu
nempe occupationes terrarum & poſſeſſionum, exp
liationes Curiarum, raptus mulierum, ipſas Eccleſ
rum invaſiones deſcenderent, præſertim ſi Status qu
cunque demum de cauſa, in duas Factiones ſcir
contigit. Initium noxiis his ſecuritati publicæ Caſtı
exer-

exercitisque exinde rapinis, jam ſub Stephano V. poſitum fuiſſe ad Decretum Andreæ III. obſervavimus. Sub hoc primam de iis demoliendis Legem latam fuiſſe hactenus deprehendimus. Ab eo inde tempore, usque ad finem II. Regum Periodi, eorum demolitio, in plurimis Comitiis, ſed ſemper in irritum decernebatur, adeo enim invaluerunt ſenſim per Regnum exitioſa hæc Caſtra, ut nec potens ille Rex Mathias I. omnia evertere potuerit.

ARTICULUS V.

Pœna in contravenientes ſtatuitur, & Individua, quæ eam in reſpectivis Diſtrictibus exequi debeant, nominantur.

Item: qui contumacia ducti prædicta Fortalitia deponenda infra præfixum tempus non depoſuerint, procedatur contra ipſos, tanquam contra Infideles Regni, pro quorum Rebellione conterenda, ex iſta parte Titiæ & trans Danubium Dominus Nicolaus Wajvoda cum ceteris Dominis & Nobilibus, ac Civitatenſibus partibus in eisdem exiſtentibus. Ex alia autem parte Titiæ Dominus Johannes Wajvoda, & verſus Caſſoviam Domini Georgius de Rozgon, Johannes Giskra Comes de Sáros, & Emericus de Pelsévcz cum Caſſovien. & aliis Civitaten. In terra autem Matthiæ Domini Michael Orzág, & Pangratius, ſimiliter cum Dominis, & Nobilibus, ac Civitatenſibus earundem partium ſunt Electi, & Deputati, ita tamen, quod ſi illi Domini Electi, favore cujuscunque ducti præmiſſa non facerent, tunc ipſi Electi in præmiſſa pœna convincantur.

Digitized by Google

Obſcure licet conceptus hic Articulus, magnan *ſtatiſticæ* temporis illius lucem affundit. Nimirun ante Mortem Wladislai nullum adhuc extabat longiori *interregni* exemplum, & ideo nulla etiam pro tal caſu Legis Proviſio ſuperfuit. Multum itaque interel noſſe, quomodo? & per quem, a 10. Novembris 1444 usque 13. Julii 1446. quo Hunyadius in Gubernatoren electus eſt, adeoque toto ferme biennio Regnum ad miniſtratum fuerit? & tamen notabile hoc Statiſtic: Hungaricæ momentum nemo Scriptorum hactenus i: apricum deduxit. Verbôczius quidem Par. II. tt. 14 §. 38. audacter pronunciat, quod poſt obitum Wla dislai, usque electionem Hunyadii, Adminiſtratio Regr Nicolao Újlaki Tranſylvaniæ Vajvodæ comiſſa fuerit & ideo quod ille ſe *Vicarium Regni* inſcripſerit. Ve rum vel in paucis his lineis ſibi ipſi contradicit, cur eum jam in *Gubernatorem*, jam in *Capitaneum Regr* deputatum fuiſſe ſcribat. Contradicit etiam huic Vei bôczii ſententiæ provocatus in Notis ad Præfationem ſub Litera *a*) Ivanichii coævi Scriptoris Textus, e qu apparet, quod in primo ſtatim poſt mortem Wladisla: Prælatorum & Baronum Conventu Procuratio Partiur Cis-Tibiscanarum Joanni Hunyad commiſſa, adeoqu Adminiſtratio totius Regni Újlakio delata non fueri Denique ſententiam Verbôczii convellit penitus præſer Articulus, ex quo patet, quod tantum abeſt, ut totiu Regni Adminiſtratio ſoli Nicolao Újlaki delata ſit, u eadem inter ſeptem plane Perſonas æquali cum pote ſtate diviſa fuerit. Verum quidem eſt, quod his ſep tem Individuis tantum *Capitanei* Titulus attributus fueri uti id e poſterioris utpote 1447. Decreti Art. XXVI adparebit, & ideo in Inſtrumento apud Wagner Dip Sáros. Pag. 232. Giskra *D. Regis Ladislai Capitanea Generalis* inſcribitur. In alio autem in Anal. Scep Pag. 334. *Comes Ladislaus de Palócz, harum partium Capitaneus* compellatur, ſeu tamen Articulus hic manc ut ſæpius evenit, conceptus fuit; ſeu ſeptem illa In di-

ividua, Authoritatem ſuam ultra Legis diſpoſitionem xtenderint, quod hi independenter a Palatino, ſuum uisque Diſtrictum ſuprema authoritate gubernaverint, coævis Monumentis evidenter conficitur. Nimirum idimus jam e Verbôczio, quod Nicolaus Újlaki, proter comiſſam ſibi hoc Articulo Partium Trans-Tibiscaarum Adminiſtrationem, *Vicarium Regni* ſe inſcripſeit. E prolatis a Kaprinai Part. II. pag. 121. Hunyadii iteris 1446. Sabatho poſt Octavas Epiphaniarum, adeoque antequam *Gubernator* renunciatus eſt, editis adaret, quod ipſe etiam Hunyadius, axiomate *Vicarii Regni* uſus ſit. Quod reliquis etiam quinque hoc articulo nominatis idem titulus competierit, e Duloſſo, & Ænea Sylvio adparet. Ille enim Lib. XIII. Col. 4. ita ait: *Placuit tandem Conventum haberi in Peſth, illicque - - convenientes - - Ladislaum Alberti Filium in Regem eligunt, Vicarios Regni ordinant, Decretaque pro communi pace faciunt, Oratores nominant, qui ad Fridericum Romanorum Regem, petituri puerum Ladislaum & Coronam materialem eant.* Quam belle iſta cum Decreto hoc ly autem: *Vicarios Regni ordinant*, cum præſenti, quem commentamur, Articulo cohærent. Æneas etiam Sylvius in Epiſtola 81. *Vicariorum Regni* mentionem bis ita injicit, ut rerum ſummam apud eos fuiſſe omnino adpareat. Ait enim: absque voluntate *Vicariorum Regni puerum* (nempe Ladislaum) *non abduci.* Et paulo infra: *Coronam in manibus Vicariorum Regni ſervari volumus.* Ipſe Decreti hujus Art. XIV. non obſcure id indicat, dum enim Lege hac, vacantia Beneficia Eccleſiaſtica ſtatim conferenda eſſe, ordinatur, Jus hoc Collationis nulli utique alteri, quam denominatis Art. V. ſeptem Individuis attributum fuiſſe cenſeri poteſt; quemadmodum Joannem Hunyadi, jure hoc uſum, Joannem Zredna, Epiſcopum Varadiensem, ſub defluis adhuc his Comitiis renunciaſſe, e hujus Epiſtolis in Coll. Schvand. Tom. II. Pag. 22, 24. & 27. editis adparet.

Providerant itaque majores noſtri, *Interimali* Regni adminiſtrationi per *ſeptem* hos *Vicarios*, ſed quan ſiniſtro conſilio eventus mox oſtendit. Nimirum nec dum eo provecta fuit Palatini Authoritas, quo illan Mathias I. poſtea 1486. elevavit, nempe ut ille tempore *Interregni*, & Diætam indicere poſſit, & ſupremam Adminiſtrationis Publicæ Directionem habeat, & ideo præſenti Decreto non tantum ſeptem illi *Vicarii* eidem non fuerunt ſubordinati, ſed ille, ne in Numerum quidem *Vicariorum*, apud quos tamen ſummar rerum fuiſſe jam oſtendimus, relatus fuit. Ipſum i lum Prælatorum & Baronum Albæ 1445. circa Feſtu Dorotheæ celebratum Conventum, e quo præſer Diæta præfixa fuit, non per Palatinum convocatum ſed per mutuam tantum potiorum *Prælatorum & Baronum* cointelligentiam coaluiſſe arbitror.

Itaque ſi unquam, nunc certe exæquata int ſeptem Vicarios Poteſtate, *Acephalum* fuit, Hungari Regnum. Quod, quem effectum produxerit? ex Æne Sylvii Epiſtola 63. adparet. *Poſt hæc*, nempe poſ quam Legatio ad Fridericum in irritum recidiſſet, i quit ille, *cum in Hungariam rediiſſet Nicolaus Vayvoda Tranſylvanus, plurima pertentavit, ſed Regnicolis nulla via perſuadere potuit, quo Ladislau* (nempe Poſthumum) *a Regno excluderet. Conven itaque alterum Vajvodam Joannem* (nempe Hunyadiun *Ladislaique jus ſimul tueri pepigerunt, miſſisque cla culum ad Cæſarem noſtrum Nunciis, confirmatione Officiorum ſuorum obtinuerunt, ac rurſus facultate quandam, cujus vigore ceteros Regnicolas, ad ob dientiam Ladislai reducentes, Officia, Dignitatesq poſſint illis confirmare. Conventumque Regni in Alba Regalem in tempus indixerunt.*

Patet hinc, quod nec *Újlakius*, nec *Hunyadi* exæquatam cum reliquis quinque Vicariis poteſtate ferre potuerint. Quod cum neuter eorum *totam* ar pere ſibi adhuc confiderit, univerint ſe ad reliqu

a

a communione Adminiſtrationis Publicæ excludendos, & ideo, quod Comitia non omnes ſeptem Vicarii, nec Palatinus, ſed duo hi Dæmagogi indixerint. Quod delatorum licet ſibi per Status Regni in Comitiis, quorum Decretum comentamur, Officiorum confirmationem a Cæſare ſibi ea tantum de cauſa procuraverint, ut illa potiori, ac reliqui *Vicarii*, jure tenere videantur. Denique quod nec hoc contenti, ut reliquos Vicarios, delata ipſis per Status, Poteſtate ſenſim exuant, Jus Regnicolas, in horum etiam Diſtrictibus in Officiis confirmandi, imo vacantes etiam indubie Dignitates conferendi a Cæſare impetrarint.

Ita delata hoc, quem commentamur, Articulo, ſeptem *Vicariis* Poteſtas, in ſolum Újlakium & Hunyadium non multo poſt recidit. Sed nec horum concordia diuturna fuit. Ut hanc diſſuat Laurentius Palatinus, Hunyadium, de ſtructis ſibi, ſi ad Diætam Albensem acceſſerit, ab Újlakio inſidiis admonuit. Verum commentum hoc ſperatum fructum non tulit, uti ex jam provocata *Æneæ* Sylvii Epiſtola adparet. Debuit tamen non multo poſt Hunyadius collaborare, ut ſumma rerum *ſibi ſoli* concredatur, cum id 1446. 13. Jul. per collatum eidem Gubernatoris munus reipſa effectum ſit.

Debuit etiam Status Regni illa Újlaky & Hunyadi Techna offendere, qua ſibi facultatem officia conferendi, a Cæſare impetrarunt, cum in Diæta 1446., qua Hunyadium Gubernatorem renunciarunt, omnes ad deponenda, quæ gerebant, munera coegerint, eademque iisdem Comitiis de novo contulerint, uti id e prolatis a Katona Tom. XIII. pag. 476. Statuum literis adparet, quibus Comitatui Szabolch, Nicolaum de Várada, & Joannem Lewkes de Kalló præfecerunt. Si Decretum Comitiorum Albenſium, quæ Æneas Sylvius indicat, quæve aut ſub exitum 1445. aut a principio 1446. celebrata fuiſſe jam innuimus, unquam proferatur, ne illud magnam Rebus temporis hujus

lucem affundet, vel e paucis tamen his ſatis adpare quanto adhuc *Hiſtoriæ Politicæ* defectu laboremus ſine hujus autem ſubſidio inane eſt de ſolida *Hungari Statiſtica* ſomniare.

ARTICULUS VI.

Lata ſuperiori Anno Judicia ſtabiliuntur.

Item: Omnes Cauſæ litigioſæ, a tempor Decreti, Anno proxime præterito facti, tam fina liter terminatæ, quam etiam pendentes, vigoroſ permaneant, & proſequantur in ſuo curſu, omne que, & ſingulæ cauſæ, ad Octavas Feſti Bea Jacobi Apoſtoli proxime venturas prorogentur.

ARTICULUS VII.

Pœna ſtatuitur in defraudatores Ærarii Publici, u & exceſſuoſos Exercituantes.

Item: Quod hi, qui pecunias Regni pr tutela, & defenſione ejusdem, Annis proxim præteritis contra Turcos diſpoſitas levarunt, & nulla ſervitia exinde pro utilitate ipſius Regni in penderunt, ſibi ipſis easdem uſurpando, in pœn facti potentialis, & amiſſione omnium Bonorum & poſſeſſionum ſuarum convicti permaneant; Sti pendiarii vero ipſo anno præterito exercituantes de dampnis, nocumentis, & malorum perpetra tionibus, in eorum proceſſibus per eos commiſſis per hos, quibus eadem intulerunt, judicialite conveniri valeant, compellanturque iidem ad ſatis factionem per Judicem ſuum.

AR-

Digitized by Google

ARTICULUS VIII.

Monetæ Cuſio, usque ſubſecuturam novi Regis ordinationem ſuſpenditur.

Item: Cusiones monetarum ex nunc ceſſari debeant in omni Loco, usque ad Regis voluntatem, ſub pœna communi Regni ab antiquo ſtatuta, & Decreta.

Cuſio monetæ, unice propter diſtractam, inter ſeptem Vicarios Regni adminiſtrationem ſuſpenſa fuiſſe videtur. Quod Hunyady jam qua Gubernator Monetam, & quidem ſub propriis Inſigniis cudi curaverit, teſtantur aurei ejus, & argentei, qui adhuc proſtant, numi: quamquam inter conditiones, ſub quibus Gubernator renunciatus eſt. Jus hoc eidem diſerte non fuerit attributum, niſi generali illa Clauſula Articuli VI. contineatur: *Gubernator eligendus habebit tantam authoritatem, quantam haberet Regia Majeſtas.*

Quod Giskra jam ſub Gubernatoratu Hunyady, in partibus ſuperioribus Monetam perinde, ſed jam ſub Inſigniis Regis Ladislai cudi fecerit, teſtatur productum a Katona Tom. XIII. Pag. 801. Inſtrumentum, quo Proventus Cameræ Monetariæ Caſſovienſis elocat. Forte id illi Hunyadius per aliquem, initæ identidem cum eo Pacis, articulum indulſit.

Variabat hoc tempore Liga Monetæ Hungaricæ, e provocato enim Elocationali Inſtrumento adparet, quod hæc ex una parte argenti, & tribus cupri conſtiterit. E literis autem Petri Prothonotarii 1453. datis conficitur, quod illa ratam argenti & cupri medietatem continere debuerit.

Debuit ipſa Denariorum forma, quam ſupra in Edicto Sigismundi de valore Denariorum ſtabilitam vidimus, commutari. Ibi enim majores 100, minores 1000, hic majores 200, minores denarii 400 florenos

effi-

efficiebant; uti id e Literis Hunyadii de 1447., quas Katona Tom. XIII. Pag. 551. produxit, & jam provocata Petri Prothonotarii Epiſtola adparet.

ARTICULUS IX.

Interea Proventus Regales, & Reginales pro Fisco reſervantur.

Item: De cusionibus Monetarum præſcriptarum, ſed & aliis quibusvis proventibus regalibus, in quibuscunque rebus conſiſtant, qui de ſalariis, & proviſionibus, Baronibus, Capitaneis, atque Gentibus ad tuitionem, & defenſionem Regni, & Confiniorum Deputatis reſultabunt quipiam hominum cujuscunque ſtatus, & dignitatis exiſtant, ſe quomodolibet intromittere non præſummant; ſed talismodi proventus Fisco Regio reſerventur, & adminiſtrentur.

ARTICULUS X.

Contractus, per quos aliqui pro ſui ex hoſtili captivitate eliberatione bona ſua obligarunt, irritantur.

Item: Si qui absque judicio in captivitatem deveniſſent, per Hungaros, Theutonicos, ſive Bohemos, ex quacunque parte, & in eadem captivitate pro eliberatione ipſorum, Caſtra, Civitates, Poſſeſſiones, aut alia Bona qualiacunque, ſive etiam Obſides dediſſent, aut conventionem pecuniariam feciſſent, ſeu etiam ſi aliqui amici & fratres, pro eisdem Captivis fidejuſſores exſtitiſſent, & pro eadem fidejuſſoria Cautione Caſtra

&

& poſſeſſiones ipſorum pro eisdem aſſignaſſent, fide, aut literis obligatoriis, aut qualicunque forma, ſeu colore mediante, ſe ad hæc obligaſſent, absque omni ſolutione remittere debeant, & teneantur. Excepto eo caſu, quo ſi quipiam cauſa fraternitatis, aut amicitiæ, pro ſui capitis, ſeu poſſeſſionum redemptione quibuscunque pecuniam ſponte accomodaſſent, ſeu mutuaſſent, quod mutuum creditoribus eorundem omnino refundere teneantur.

Articulus hic non de *externo Bello*, ſed de *inteſtinis motibus* intelligi debet; cum enim uſus, ſemet a bellica captivitate redimendi, ævo hoc etiam inter Chriſtianos viguerit, exceſſiſſet Legislatio Hungarica limites activitatis ſuæ, ſi initos circa redemptionem e captivitate, in quam aliquis *juſto bello* incidit, contractus irritaſſet. Nam objectum hoc, temporibus illis non ad *Civile*, ſed *Jus Gentium* referebatur. Verum *Teuthonici*, quorum hic mentio fit, ſub Comite Cilej, & *Bohemi* ſub Giskra ipſi Regno illocati, vivo adhuc Wladislao, partes Ladislai Poſthumi continuo ſuſtinebant, & ſicut temporibus illis, præcipuus internorum bellorum ſcopus præda fuit, & hæc una ferme, ad corradendas divitias via patebat, ita Ladislai Poſthumi Aſſeclæ omne ſuum ſtudium in eo collocarunt, ut ditiores Wladislai Fautores capiant, & ab iis grave litrum ſeu in ære, ſeu in bonis extorqueant; quod Factio Wladislaiana iisdem vicem reddiderit, dubitare non licet. Et ideo poſtquam cæſo Wladislao univerſi Status in Ladislao Poſthumo coaluerunt, voluerunt illi hanc prædandi cupiditatem ordinatione hac coercere, ut omnes contractus, per quos aliquis, pro ſui e captivitate dimiſſione, ſeu bona, ſeu ſummam aliquam obligavit, pro irritis habeantur. Utinam jam olim Majo-

Majores noſtri eam tuliſſent Legem, ut compoſit Civili Bello omnes prædæ ab utrinque reſtitui debean ejusque effectum publicis viribus re ipſa etiam proci raſſent: exſtinxiſſent certe illi in radice omne civiliui bellorum ſemen.

ARTICULUS XI.

Pœna in eos, qui ſpolia, & deprædationes exer cuerint.

Item: Quod nullus hominum, cujuscunqu ſtatus, & dignitatis exiſtat, in antea poſſeſſionur occupationes, ſpolia, vaſtationes, & quascunqu alias oppreſſiones per ſe, vel per alium facer audeat, ſub pœna potentiarii actus, ammiſſioni ſcilicet capitis, & bonorum, ſuper quo querulant fiat debita adminiſtratio, & executio Juſtitiæ pe Judicem in occurrentibus Octavis primis, & pro pter nullam cauſam prorogari valeat, quin in eis dem primis Octavis, læſo Juſtitia impendatur, & Sententia Capitalis emanetur.

ARTICULUS XII.

Pœna in eos, qui poſt Convocationem præſentis Diæta ſpolia ejusmodi commiſerunt.

Item: Quicunque *poſt Emanationem Lite rarum Prælatorum & Baronum pridem Alba Regali, de & ſuper convocatione eorundem Regni colarum, in præſentem Congregationem factam* ſpolia, vaſtationes, & quorumcunque malorum perpetrationes commiſerunt, ad primas Octavas cum ammonitione, & inſinuatione evocentur, & in

in eisdem Octavis ſerialiter cauſa terminetur; qui autem de hujusmodi ſpolio, & malorum perpetrationibus convicti exſtiterint, pœna Infidelitatis, ut Literæ Convocationis prætactæ continebant, puniantur.

ARTICULUS XIII.

In caſum imminentis cum Exercitu Imperatoris Turcarum belli Generalis Inſurrectio decernitur.

Item: Quod ſi Imperator Turcorum venturus eſt, ut famatur, extunc teneantur omnes, & ſinguli totius Regni poſſeſſionati homines, & cuncti Civitatenſes, in propriis perſonis exercitualiter procedere contra ipſum, juxta antiquam conſvetudinem, & Libertatem Regni Hungariæ.

Quod Hungaria jam poſt *Varnenſem* Pugnam, fatum illud non ſubiverit, quod poſtea poſt Cladem *Mohachienſem* paſſa eſt, mero Divinæ Providentiæ Beneficio debetur. Jam tum enim in nihilo minus periculoſis circumſtantiis verſabatur. Ante Cladem *Mohachienſem* diſſidebat acriter Equeſtris Ordo, a Statu Optimatum. Ante *Varnenſem* Status ipſi inter Wladislaum, & Ladislaum Poſthumum diſtracti fuerunt. Ante *illam* nullum ardebat inteſtinum Bellum. Ante *hanc* Domi omnia cædibus, & rapinis miſcebantur. Ante Mohachienſem habuit jam Hungaria legalem pro caſu *Interregni* proviſionem, quæ in ſtabilita, hunc in caſum Palatini authoritate conſiſtebat. Ante Varnenſem ne id quidem defixum fuit, ad cujus partes adtineat, conſulturos de ſalute Regni Status hunc in caſum convocare. Poſt Mohachiensem Cladem ſciſſa fuerunt inter Zapolyam, & Ferdinandum Statuum ſtudia. Poſt Varnensem coaluere quidem Status in Ladislao

Poſt-

Poſthumo, ſed talibus cònditionibus, quas Tutor ejus Fridericus Imperator implere recuſabat; & ideo ſicut ibi Zapolyani cum Ferdinando, ita hic univerſi Status cum Friderico Bellum gerere debuerunt. Denique Clades Varnenſis nihilo minorem, atque Mohachienſis Regnicolarum numerum abſumpſit. Quod ſi inter hos Hunyadius numeratus fuiſſet. Si Amurates, dum ſeptem adhuc *Vicariorum* illorum Dominatus viguit, Regnum invaſiſſet, non poterat non Hungaria excidic illi, quod poſt Mohachienſem paſſa eſt, jam poſt Varnenſem Cladem ſubjacere.

Ordinabatur quidem his, quos commentamur Arti culis generalis Inſurrectio, & Levatio Banderiorum verum quem effectum productura erat lata hæc alioqui indeterminata in ſe Lex, ex iis, quæ poſt ordinatun jam tantisper Regni ſtatum acta ſunt, facile exiſtimar licet: nimirum regnante jam Ladislao Poſthumo, & cura rei bellicæ ſoli Hunyadio, ſub nomine *Generali Regni Capitanei*, commiſſa, decreta fuit in Comitii 1454. præter Perſonalem, & *Banderialem*, gravior quam unquam antea *Portalis* Inſurrectio, quatuor enir Equites, & duo Clypeati, & Pharetrarii Pedites a 10c Portis ordinabantur, cum ſub Sigismundo a 99. Port nonniſi tres bene armati exigerentur. Cura tame hac Regnicolas Hunyadii virtus in præſens exſolvi Cum enim Turcæ poſt captam ſuperiori anno Conſtar tinopolim, jam in Serviam penetraſſent, & Semer driam arcte clauſiſſent, hic cum ſolo Regio, pauci que vicinis Banderiis, & proprio milite, eos & obſ dione hac depulit, & poſtea, capto etiam eoru Duce Friczbegho profligavit. Verum poſtquam bie nio, poſt nempe 1456. Mahometes II. ad ipſum ja Belgradum oppugnandum, cum tota ferme Imperii ſ vi adveniſſet, fruſtra reclamabat Hunyadius Decre Diætæ 1454. fruſtra Inſurrectionem ad præſcripta in illa Normam exigebat; fruſtra, ut Regnicolæ vicei adminus Militum Millia conſlent, exorabat. Præt

pro-

ſoprias, quæ decem millia efficiebant, copias, vix
000 e reliquis Regnicolis ad eum confluxerunt; uti
d prolatæ e Prajo, a Katona, partim Hunyadii, partim
S. Capiſtrani, partim Taglyacotii literæ teſtantur.
Debuit itaque ille cum exigua hac 15000 manu, &
incondita, adeoque exiguo uſui futura Cruciatorum
Turba, tanto Duci, qualis Mahometes II. fuit, &
Veterano, copiis ſuis decuplo majori Exercitui, ſe
objicere, ſalutemque Regni tanto discrimini committere.

Si hæc, ordinato jam Regni ſtatu evenerunt, quid produxiſſet, in illa ſeptem Vicariorum Anarchia, decreta his Articulis, indeterminate tantum Generalis Inſurrectio? Sane ego, inter Varnenſia, & Mohachienſia tempora, nullum aliud discrimen video, quam quod exitio *Varnensi* Hunyadius ſuperfuerit; a *Mohachiensi* vero Clade nullum talem Heroem Hungaria habuerit. Ita inſcrutabili Divinæ Providentiæ Judicio, Regnorum, Imperiorumque ſeu ſalus, ſeu exitium, ſæpe ab unius hominis ſeu virtutibus, ſeu vitiis pendet.

ARTICULUS XIV.

Beneficia Eccleſiaſtica, e manibus Laicorum recepta, Domeſticis Eccleſiaſticis, Abbatiæ vero, reſpectivi Ordinis Religioſis conferantur.

Item: Omnes Epiſcopatus, & Abbatiæ, ac cætera Beneficia Eccleſiaſtica vacantia manibus Laycalibus, & quibusvis aliis injuſtis Detentoribus inde excluſis, conferantur Perſonis idoneis, & benemeritis dilatione ſine ulteriori, non tamen alienigenis, ſed tantum Regnicolis. Et quod omnes Decimæ, & alii proventus Eccleſiaſtici ſolvantur, & reſtituantur Prælatis, & Perſonis Eccle-

Digitized by Google

Eccleſiaſticis, quibus alias de Jure ſolvi conſue verunt. Hoc expreſſo, quod ipſæ Abbatiæ, & quæcunque aliæ Prælaturæ Religioſæ, Profeſſi ſuorum Ordinum, & non aliis conferri debeant

ARTICULUS XV.

Sculpatur Sigillum Regni, & hoc usque Coronationem Regis Litteræ Judiciales ſignentur.

Item: Quod disponatur unum Sigillum, i quo ſit Signetum Crucis, ſicuti Signetum Regr Hungariæ, & illud Sigillum ſervetur in Civitat Budenſi, ut querulantes habeant ſub illo Sigill Literas querimoniales, & procedatur Juſtitia ſecundum quod decet, usque Coronationem Regis.

Hic eſt ille Articulus, quem Mosóczius e toto ho Decreto unicum Collectioni ſuæ, in Corpore Juris poſt Decretum Ann. 1446. inſeruit, ſeu quod totiu Decreti copiam nactus non fuerit, ſeu quod reliqua deſcribere (uti in Decretis Ludovici II. ingenue faſſi eſt) eum piguerit.

ARTICULUS XVI.

Nemini liceat, in prima Inſtantia ad Curiam Romanam recurrere.

Item: Quod nullus Presbyterorum Regul rium, vel Secularium, atque Clericorum, ſiv Laycorum hujus Regni, per viam ſimplicis qu relæ in quibuscunque cauſis ad Curiam Romanam ex Regnicolis quempiam citare, & vexare pra ſummat;

ſumat; ſed prius hic in Regno coram Judicibus eorum ordinariis, videlicet coram Epiſcopo Loci illius, in cujus Diœceſi moram trahit, & ab Epiſcopo ad ſuum Metropolitanum trahere poſſit in Cauſam.

ARTICULUS XVII.

Telonia poſt mortem Alberti Regis erecta abolentur.

Item: Quod omnia Tributa, & Thelonea, tam terreſtria, quam navalia, a tempore deceſſus, & mortis condam bonæ memoriæ Domini Alberti Regis Hungariæ, ex cujuscunque, & qualicunque Donatione, vel Commiſſione erecta, inſtituta, & acquiſita, deleantur, & deponantur. Et de cetero ab Exactionibus eorumdem omnes, & quilibet prorſus, & per omnia ſub pœnis, & notis prænotatis ceſſent, & abſtineant, ceſſareque, & abſtinere debeant, & teneantur.

ARTICULUS XVIII.

Mercatoribus ſalvus conductus conceditur.

Item: Quod omnes Mercatores, tam intranei, quam extranei, ſeu forenſes, libere, tute, pacificeque, & ſecure per quæque, & univerſa Loca, & Civitates Regni juxta antiquam conſuetudinem, cum ſuis rebus, & mercimoniis hinc inde procedere valeant, omnium & ſingulorum cujuscunque gradus officii, & dignitatis, atque conditionis hominum, absque impedimento, infeſione, & damnificatione, juſtis tamen Triceſimis, & Tributis ſuis in antiquis, & conſuetis Locis ſemper perſolutis.

ARTICULUS XIX.

Pœna in eos, qui poſt convocationem præſentis Diætæ Exteros Fortalitiis ſuis induxerunt, & per eos ſpolia patrarunt.

Item: Quod quicunque hominum, cujuscunque conditionis, & ſtatus exiſtat, poſt emanationem Literarum convocationalium Prælatorum & Baronum pridem in Alba Regali congregatorum, ad ſua Fortalitia, atque Caſtra, homines advenas, ſeu forenſes, cujuscunque Lingvagii exiſtant, introduxiſſet, & aſſumpſiſſet, per eosque ſpolia, vaſtationes, invaſiones, & rapinas feciſſet, & commiſiſſet, ac faceret, & committeret in futurum, Sententiam capitalem, & amiſſionem omnium Bonorum ſuorum, ſed & notam perpetuæ infidelitatis, prout in præmiſſis Literis, in Alba Regali, ut præmittitur, emanatis continetur, incurrat.

ARTICULUS XX.

Pœna in Exercituantes, qui Victualia extorſerint.

Item: Quod quilibet Exercituans, aut Viator in poſſeſſionibus aliorum, quorumcunque, pro ſe aut pro equis ſuis victualia pro pretio condigno ad arbitrium vendentium limitato, emere debeat alioquin ſi in hujusmodi victualium, aut quarumcunque aliarum rerum receptatione violentiam fecerit, aut fieri permiſerit, in facto actus potentialis eo facto convincatur, fiatque ſuper eo Judicium, & miniſtratio Juſtitiæ in primis occurrentibus Octavis paſſo damnum querulanti.

ARTI-

ARTICULUS XXI.

In caſum decretæ Inſurrectionis etiam Banderiati Banderia ſua levare teneantur.

Item: Quod tam Prælati, quam Barones Regni noſtri, qui ex diſpoſitione, & antiqua conſuetudine tempore generalis Exercitus Banderia levare conſueti ſunt, cum eorum Banderiis tempore hujusmodi Exercitus prompti eſſe debeant, & parati, ut & alii Regnicolæ eo diligentiori advertentia ſe ad exercituandum promptos habeant, & conſervent.

ARTICULUS XXII.

Conceſſa a Sigismundo Colonis migrandi libertas renovatur.

Item: Quilibet Poſſeſſionatorum hominum Jobbagyones ſuos juſto Terragio depoſito, & aliis debitis juſtis perſolutis ad aliorum poſſeſſiones recedere volen. ſemper dimittere teneantur, ſub pœna alias in Decreto condam Domini Sigismundi Imperatoris Romanorum, ac hujus Regni Hungariæ &c. Regis deſuper edito contenti. Et conſimiliter de reſtitutionibus Jobbagyonum violenter abductorum, teneantur modus, & pœna, in eodem Decreto contenti.

ARTICULUS XXIII.

Motæ de commiſſis ſub præteritis diſturbiis criminibus cauſæ in primis Octavis terminentur.

Item: Quod miniſtratio Judicii, & Juſtitiæ, de occupationibus poſſeſſionum tempore hujus di-

ſturbii hominum interemtionibus, & Virginum, ac honeſtarum Dominarum deflorationibus, & literalium Inſtrumentorum ablationibus, prout ſuperius in quodam Articulo continetur, intelligantur in primis occurrentibus Octavis, ut de novis actibus potentiariis ſententialiter fieri debent.

Ut autem hæc omnia, & quævis præmiſſorum ſingula debitam efficaciam, & robur obtineant firmitatis, ab omnibusque, & ſingulis effective obſerventur. Nos Prælati, Barones, Nobiles, Proceres, Civitaten., & Incolæ Regni hujus Hungariæ, prædicti ſinguli ſingulariter, & univerſi univerſaliter promittimus fide noſtra chriſtiana mediante, inviolabiliter obſervare, & toto poſſe noſtro facere obſervari. Harum Literarum noſtrarum, quibus uniuscujusque Sigilla noſtrum appendi fecimus, Vigore, & Teſtimonio mediante.

Datum & Actum in Civitate Peſtienſi ſecundo die Feſti Aſcenſionis Domini, quæ fuit ſeptima May. Anno ejusdem Milleſimo, Quadringenteſimo quadrageſimo quinto.

(L. S.)

Tertium adhuc hoc ipſo Anno 1445. indubie jam exſpirante poſt illa Albenſia Feſti B.Dorotheæ,& hæc Peſtienſia in Octavis Paſcæ, Albæ iterum celebrata fuiſſe Comitia docemur aliquot non obſcuris Veſtigiis. In Præfatione Joannis de Hunyad ad Conſtitutiones Regnicolarum Anni 1446. in Veſt. Comitior. p. 253. clare habetur:

„ Quod

Digitized by Google

„ Quod cum Univerſitate DD. Prælatorum, Baronum,
„ & Nobilium, ac aliorum ſingulorum poſſeſſio-
„ natorum hominum hujus Regni Hungariæ,
„ juxta diſpoſitionem, & ordinationem eorundem
„ nuper in Civitate Alba Regali factam, in præ-
„ ſentem ſolennem Congregationem ampliſſime
„ coadunata. “

Fuerunt igitur ante hæc, initio æſtatis anni 1446. alia Albæ, & quidem genuina prout iſta Comitia per eosdem celebrata, qui hæc ibi jam Peſtinum præfixerant. Licet autem ex iſto Veſtigio tempus eorum præciſe definiri nequeat, ex adjunctis tamen, & aliis mox ſubjungendis eorum indiciis patet, ea exſpirante anno 1445. inchoaſſe, in ſequentem dein facile protracta. Nam locus ille Præfationis ad Albenſia Feſti Dorotheæ trahi nequit, cum interea jam alia in Octavis Paschæ interceſſerint, & inconſuetum ſit, in Comitiis tertia usque futura indici. Nec poſteriora illa in Octavis Paschæ celebrata hic indigitantur, cum Peſtini acta fuerint, & hic illud *nuper*, elapſo jam integro anno vix ad illa referri poſſit, ſed recentiora Comitia reſpicere debeat.

Æneas Sylvius in Epiſtola 81. horum Comitiorum ſequentibus verbis mentionem facit:
„ Accepi exinde Conventum Regni apud Albam
„ Regalem brevi habendum eſſe, ubi reſponſum
„ Cæſaris (Legatis datum) ad notitiam Regnico-
„ larum deducatur. Faxit Deus, ut quod Peſtis
„ reliquit infectum Alba ipſa perficiat, & pro
„ Regni ſalute, & jure pueri. “

Digitized by Google

Aperte hic Albenſia Comitia a præcedentibus Peſtienſibus diſcernuntur. Idem Epiſtola 63. plura horum Comitiorum adjuncta recenſet, ac inter cetera narrat:

„ Conventumque Regni apud Albam Regalem in
„ tempus indixerunt, jamque plures illic ſunt,
„ reliquos exſpectantes, ſed Laurentius Palatinus
„ - - - quum ſuos conatus incaſſum ire perpen-
„ deret, Conventumque apud Albam teneri, jam-
„ que Vajvodam illuc pergere, & ad viceſimum
„ lapidem eſſe. “

In Veſtigiis Comitiorum p. 252. non obſcure indicavi, in Comitiis Peſtienſibus ea Statuta confirmata eſſe, quæ nuper in Congregatione Albæ Regali celebrata, condita fuerant. Ut hanc interim conjecturam pro valde probabili habeam, ſequentibus argumentis inducor:

1.) Vix eſt credibile, Regnicolas in illis nil aliud egiſſe, quam quod reduces a Cæſare Legatos, acta Legationis referentes audiverint, ac deinde Comitia Peſtinum indixerint. Debuerit certe ibi inter eos conveniſſe, quid in Comitiis Peſtinum indicendis acturi ſint.

2.) Conſtitutio Peſtienſis Anni 1446. ita bimembris eſt, ut primos quinque Articulos, ut ego quidem eos in Veſtigiis diviſi, ante reliquos poſt electionem Joannis de Hunyad in Gubernatorem, conditos eſſe, manifeſtum ſit. Hinc ego arguo, jam Albæ inter Regnicolas conveniſſe, ut Gubernator generalis eligeretur, quin tum adhuc perſona pro eo munere denominaretur, quod Thuroczium, & Bonfinium facile in errorem induxerit, ut Joannem de Hunyad jam anno 1445. in Gubernatorem electum fuiſſe ſcriberent. Ut autem electio Gubernatoris tanto liberior a factionibus

eſſet,

Digitized by Google

eſſet, decretum fuit, ut tam Bona occupata reſtituerentur, quam Honores, & Officiolatus ab omnibus deponerentur, ut Confœderationes, & vincula particularia diſſolverentur, & quæ ſtatuta eſſent, firmiter obſerventur; atque iſtæ Conſtitutiones Albæ Regali conceptæ, & fide mutuo interpoſita firmatæ fuerint. Peſtini deinde Joannem de Hunyad electum, eique Conditiones Articulis ſexto usque decimumquartum & ultimum comprehenſas propoſitas, ab eoque acceptatas, & jure jurando firmatas, uti deinceps cum Vajvodis & Principibus Tranſylvaniæ fieri ſolebat, cum prioribus illis, Albæ Regali, ut opinor, conceptis, & ſtabilitis, in formam unius Decreti redactos fuiſſe, quemadmodum cum iſto iterum in Comitiis Peſtienſibus Anni 1447. factum fuiſſe mox videbimus.

3.) In Præfatione ad Conſtitutiones has anni 1446. Veſt. Comit. pag. 253. aperta occurrit mentio *Conſtitutionis, & Ordinationis in Civitate Alba Regali* factæ. Et licet iſta clauſula videatur intelligi poſſe tantum de diſpoſitione quoad Comitia Peſtini celebranda, licet etiam tam in hac, quam in alia Præfatione ad Conſtitutiones Anni 1447. proxime producendas de Articulis Anni 1446. ita agatur, quaſi illi Peſtini ſolum conditi eſſent, nulla Conſtitutionum Albæ editarum diſerta facta mentione, tamen.

4.) In fragmento Inſtrumenti apud Katona Hiſt. Crit. Tom. XIII. pag. 447. edito Palatinus diſerte provocat:

„ Quod in Conventionibus DD. Prælatorum, Baro-
„ num, & Regnicolarum, tam ſcilicet in Peſtienſi,
„ quam Alba Regalenſi Civitatibus ſtatutum, &
„ concluſum unanimi, & pari voluntate determi-
„ natum exſtiterat. “

Ita etiam 5.) in MSS. Kaprinaianis ſerie ſub Lit. B. 4. Tom. X. pag. 224. intelligitur, dum Exemplari

harum Anni 1446. Conſtitutionum ibidem deſcripto ſequens Rubrica præfigitur:

„ Statuta Congregationis Albæ Regalenſis in Campo „ Peſtienſi confirmantur. “

Non inutile fuerit data Diplomatum hujus, & ſequentium ſub minorennitate Ladislai annorum, quæ mihi occurrerunt, cum notabilibus clauſulis hic adjicere, ex quibus aliquid ad illuſtrandam horum temporum Reipublicæ adminiſtrationem erui poteſt.

In proteſtatione Joannis contra Stephanum ſeniorem de Ujlak Vajvodam Tranſylvaniæ, & Generalem Regni Capitaneum, quod Caſtra proximis diſturbiorum temporibus, e manibus ſuis inique occupata, & detenta, juxta Commiſſionem Prælatorum, Baronum, & Procerum Regni haud reſtituerit. *Datum Feria II. prox. poſt Feſtum Nativitatis B. Joannis Baptiſtæ* 1445.

In Evocatoriis Prælatorum, Baronum, Nobilium, & Procerum: *Nobis amicabiliter reſcribatis. Datum Waciæ Sabbato proximo poſt Feſtum Viſitationis Mariæ Virginis glorioſæ* 1445.

In Mandato eorumdem Relatoriis per extenſum inſerto de eodem dato:

„ Juxta Statuta Decreti, & Concluſiones pridem per „ nos editi, & ſtabiliti - - ſecundum formam „ ipſius noſtri Decreti. “

In ipſis Relatoriis:

„ Secundum formam ipſius Veſtri Decreti - -

Notabile eſt Datum Vaciæ, longe tamen notabilius eſt illud: per nos editi, Decreti noſtri,

De-

Decreti veſtri; quod paulo infra discutiemus, & combinabimus. Hic interim tantum reflectimus, patere jam vel hinc Decretum Anni 1445. pro vero Decreto, & Regni Legibus habitum eſſe.

Anno 1446. celebratorum Comitiorum Veſtigia produxi in Veſt. Comit. pag. 251. & ſeqq. plura tamen adhuc exſtant, quorum alia hic ſubjicio, alia inter data Diplomatum hujus Anni mox adferenda patebunt.

Joannes de Hunyad in Literis ad Fridericum Imperatorem, quibus hoſtilitates contra Comites Ciliæ exercitas excuſat, datis in Peſt, in Profeſto SS. Trinitatis A. D. 1446. apud Schwandtner SS. Rer. Hung. T. II. p. 34. ſequentia habet:

„ Dum his diebus Literæ Maj. Veſtræ in hac Con-„ ventione generali legerentur, placuit communi „ deliberatione, ut ſuper his, quæ ad partem „ meam objiciebantur, ſicuti coram vocaliter, „ ſic apud Maj. Veſtram præſentibus ſcriptis ratio-„ nem reddere non poſtponerem. “

Ivanichius ad hanc ipſam Epiſtolam de eadem Congregatione ſequentia adnotat:

„ Iſta fuit generalis illa Conventio, in qua primum „ ipſo Die Pentecoſtes Joannes Vajvoda electus „ eſt, & præfectus in generalem Gubernatorem „ Regni nomine, & in perſona Illuſtriſſimi D. „ Ladislai electi Regis noſtri, Filii videlicet con-„ dam D. Alberti Regis; in qua factum eſt De-„ cretum pro ſedando diſturbio, & Judiciis pro-„ ſequendis. “

Plura narrat Thuroczius Chron. P. IV. C. 44. In his Comitiis editæ ſunt Conſtitutiones, quas in

in Veſt. Comitior. p. 253. primum integras pro duxi, & quarum authenticum Exemplar ſupereſt ut ibidem ex provocatione patet, in Archivo Cameræ Regiæ; item in Archivo Regnorum Sclavoniæ, Dalmatiæ, & Croatiæ; & quæ etiam Conſtitutionibus anni ſequentis 1447. mox producendis inſertæ ſunt. Harum Conſtitutionum meminit Inſtrumentum, quod *ex autographo* edidit Katona Hiſt. Crit. Tom. XIII. p. 477. & quod hic ego velut Veſtigium & Comitiorum Alba Regalenſium, ac Peſtienſium, & Conſtitutionum in utrisque conditarum hic inſero:

„ Nos Laurentius de Hedervára, Regni Hungariæ
„ Palatinus. — — In Conventionibus autem
„ Dominorum Prælatorum, Baronum, & Regni-
„ colarum, tam ſcilicet in Peſtyenſi & Albarega-
„ lenſi Civitatibus, quum ſtatutum & concluſum
„ unanimi & pari voluntate determinatum exſti-
„ terat, ut univerſæ poſſeſſiones in dictis diſtur-
„ biorum temporibus per quoscumque occupate
„ hys, a quibus occupate fuerant, ſub pœna &
„ obligationibus ſuperinde inſtitutis remitti de-
„ berent & reſignari. — — Datum Budæ Septua-
„ geſimo die Octavarum Feſti B. Jacobi Apoſtoli
„ predictarum, Anno Dom. Milleſimo quadrin-
„ genteſimo quadrageſimo ſexto. "

Conſtitutiones Anni 1446. quæ in Corpore Juris Hungarici, ut ſæpe dictum eſt, incompleta erant, edidit etiam Stephanus Katona Hiſt. Crit. T. XIII. p. 468. ut ipſe teſtatur, cum exordio, & debito ordine, quem MSS. Cornideſiana exhibent. Plane hic Tomus XIII. ut ego quidem Exemplar

illius

Digitized by Google

illius ad manus habeo, non præfert in titulo, quo anno editus ſit, ſed cum Tomus XII. Anno 1790. & Tomus XIV. Anno 1792. impreſſi ſint, ille licet non evidenter, probabiliter tamen ad Annum 1791. referendus eſt; cum tamen Veſtigia mea jam Anno 1790. circa medium Menſis Julii impreſſa, & in illis Decretum hoc integrum referatur, certum eſt illud ibi primum omnium editum eſſe; Cl. Katona vero indubie pro ſua incomparabili diligentia Tomum ſuum XIII. jam prius paratum habuerit, quominus ad Veſtigia provocaret, cum alias de regula ſit, ubi aliquod Monumentum jam editum eſt, non ad MSS. quæ pauci conſulere poſſunt, ſed ad opus editum, quod omnibus patet, provocare, præſertim pro Bibliothecariis, qui ſufficientem librariam ſupellectilem ad manus habent, nec ignorare ſolent, quid ubi editum exſtet.

Conſtitutionibus iſtis in plerisque vetuſtioribus Codicibus MSS. adjicitur pro explicatione Articuli II. ſequens hiſtorica notatio:

„ Sex ſunt nová Fortalitia tempore eo facta, videlicet: Verewcze, Palochya, Nana, Pelsewcz, Wamos, Balocz. “

In Codicibus autem MS. Kollarianis, Széchényianis, & Thomæ de Nádasd præfigitur illis ipſis ſolum Articulis, qui in Corpore Juris Hungarici editi habebantur, ea ipſa, cujus latina ſolum verſio edita eſt, & quam inde deſumtam, obſervata religioſiſſime veteri orthographia, huc inſero:

For-

Forma Juramenti in vulgari.

Isthen teged segellien, Bodog Azzony neked Irgalmat wgy nyeryen, istennek mindzenti eretted wgy chawagyak, Isten zent teste te wegh napodon ydwessegedre wgy meltolliek, fewld tetemedet wgy fogadya, onnet harmad napon wgi ky ne wesse, magol magod wgy ne zakadyon, Itelet napyan istennek ew Zenth Zyneth wgi lathassd, Ewrek pokolba wgi ne temettessel, hogy az Zerzest ez Registromba, kyt ez Orzag Zerzesere megh irattanak wolna azt eressen, es tekelletessegel mynd megh tartod, semyt ellene nem tez, sem tetecz.

Quod autem hæc Formula in vulgari originalis re ipſa fuerit, latina vero illa in Corpore Juris Hungarici edita verſio duntaxat e vulgari in latinum translata ſit, notatur in ipſo Corp. J. H. Cauſam Katona Hiſt. Crit. T. XIII. pag. 477. ex Galeoto Martio deducit, quo de dictis & factis Math. R. Cap. XIII. teſte, Joannes de Hunyad *Latinæ Linguæ expers* fuerit, Jusjurandum proinde idiomate Hungarico fecerit.

Hujus Formulæ mentio habetur in Inſtrumento adhuc inedito, quod ex Adverſariis Dipl. G. Lakits in meo Diplomatario Univerſali habeo, quo Joan. de Hunyad, Ladislaus de Gara Palatinus, Nicolaus de Wylak Vajvoda Tranſylvanus &c. pactum amicitiæ, & mutuæ defenſionis ineunt Budæ Feria IV. proxima poſt Feſtum BB. Viti, & Modeſti MM. A. D. 1450.

„ Corporale Juramentum præſtitimus juxta Formam „ illam, quæ alias in Congregatione Generali Peſtienſi „ facta, & confecta fuerat, invocantes Omnipotentem

„ Deum,

Digitized by Google

„ Deum, & BB. Virginem Mariam, & omnes Sanctos
„ Dei contra illum, ſeu illos ex nobis, ſeu in teſti-
„ monium perditionis illius, ſeu illorum, qui videlicet
„ ex nobis præmiſſa feliciter (fideliter) ſine fraude,
„ & dolo obſervare noluerit, ſeu recuſaverit.

Comitiorum autem, & in illis oblati Subſidii Veſtigium occurrit etiam in Coll. Dipl. Sam. Székely T. I. N. 222. apud C. Ignat. de Batthyán, ubi habetur Exactio unius floreni diætaliter concluſa Anno 1446.

Hæc Anni 1446. Comitia non in ipſa Civitate, ſed prope eam, nimirum in Campo Rákos celebrata, in iisque præter communia Regni negotia, magis etiam particularia tractata eſſe, docet ſequens Inſtrumentum ex MSS. Cornidesianis, ex Originali Chartaceo Sigillo Regni appreſſo munito deſumtum apud Katona Tom. XIII. pag. 476. editum, ex quo una etiam patet, cujus multa in Diplomatibus reperimus veſtigia, olim plures etiam ſupremos Comites eodem tempore, eidem Comitatui præfuiſſe, ſed ut quibusdam indiciis didici ſubinde in diſtinctis Diſtrictibus.

„ Quum nos egregiis Nicolao de Várada, & Jo-
„ hanni Leukes de Kálló honorem prædicti Comi-
„ tatus de Szabolts, dignis ipſorum promeritis
„ duxerimus conferendum, ipſos in Comitem præ-
„ ficiendo noſtro beneplacito perdurante; igitur
„ vobis & cuilibet veſtrum firmiſſime mandantes
„ committimus, quatenus — memoratis Nicolao
„ de Várada, & Joanni Leukes — veluti legiti-
„ mis veſtris comitibus obedire — debeatis —
„ Datum in Congregatione noſtra generali, prope
„ Pest celebrata, feria ſecunda proxima ante Feſt.
„ Nati-

„ Nativitatis Beati Joannis Baptiſtæ anno Domir
„ MCCCCXLVI. “

Super eſt, ut reliquorum etiam Diplomatum nomine Statuum & OO. Regni hoc anno editorum, quæ legi, clauſulas adferam:

Prælatorum, Baronum, Procerum Nobiliun Evocatoriæ:

„ Datum Budæ ſecunda die — B. Aegidii Abbati
„ 1446. “

Prælatorum, Baronum, & Nobilium Regr Prorogatoriæ:

„ A Feſto B. Jacobi Apost. ad Octavas Feſti Epi
„ phaniarum Domini nunc venturas — Datur
„ Budæ. ſeptuageſimo tertio die termini præno
„ tati 1446. “

In Relatoriis Capituli Strigonienſis:

„ Reverendiſſimis, Magnificisque, & Nobilibus Vi
„ ris, Prælatis, Baronibus, & Proceribus Regn
„ Hungariæ univerſis, Dominis eorum honoran
„ dis — — — Datum in Civitate Peſtienſi, i
„ Feſto Nativitatis B. Joannis Baptiſtæ Anno Do
„ mini 1446. “

Eugenii IV. PP. Breve ad Prælatos & Proceres Hung. quo eis Regem Bosnenſem recens a fidem converſum impenſe commendat; apud Katona Hist. Crit. T. XIII. p. 491.

„ Univerſis, & ſingulis Regni Hungariæ Prælatis
„ Principibus, Ducibus, Comitibus, Baronibus
„ Nobilibus, & Populis, ac Univerſitatibus Salu
„ tem, & Apoſtolicam benedictionem - - - Da
„ tum Romæ apud S. Petrum A. 1446. “ III
„ Kal. Aug. “

Ju-

Judicium in formam Privilegii redactum Deputatorum per Proceres Regni, utpote Judicis, ac certorum Conſulum Civitatis Caſſovienſis, nec non Judicis pariter, ac certorum Civium Leutſchovienſium ratione dealbationis telarum inter Civitates Bartphenſem, & Eperieſſienſem controverſæ, in quo decretum eſt, ut Eperieſſienſes a dealbatione telæ penitus ceſſare, ædificiaque ſuperinde erecta abolere debeant. Habetur in Archivo Civitatis Bartphenſis.

Procerum Regni Mandatum, exactionem tributorum a Civibus Bartphenſibus prohibens. Habetur ibidem teſte ejusdem Regeſto.

Procerum Regni Literæ ad Eugenium IV. PP. quibus eidem gravamina ſua & ideo bellum decretum contra Fridericum Imp. perſcribunt. Datum 18. Menſis Octobris A. D. 1446. apud Katona Hist. Crit. T. XIII. p. 498.

Proceres Regni Joannem Kochheimium cum Literis Budæ d. 2. Menſis Octobris 1446. ſignatis Oratorem Viennam miſerunt. Pray Annal. P. III. pag. 47. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIII. p. 506.

Iidem denique Regnicolæ Privilegia Philiſtæorum ſequenti Inſtrumento, Reflexionibus Diſtrictus Iazygum in Comitiis Anni 1790. exhibitis ſub D. inſerto confirmant.

„ Nos Prælati, Barones, Nobiles, & Proceres „ Regni Hungariæ univerſi memoriæ commendamus „ per præſentes; quod Martinus filius Andreæ de „ Berén - Szállása ſua, ac Univerſitatis Philiſtæorum

„ intra

„ intra ambitum dicti Regni ubicunque commorantium
„ in Perſonis noſtræ univerſitatis veniendo in præſen
„ tiam, exhibuit nobis quasdam Literas patentes con
„ dam Sereniſſimi Domini Sigismundi Imperatoris, &
„ Regis noſtri Libertates, quibus ipſe univerſos &
„ ſingulos Philiſtæos in eo libertavit, ut nullus omni
„ no Judicum, ſeu Juſtitiariorum Regni, præterquam
„ Capitanei eorum, in ipſorum medio pro tempore
„ conſtituti ad cujusvis Inſtantiam, & in quibuscunque
„ cauſis judicare, vel ſuo adſtare Judicatui compellere
„ præſumeret, ſeu deberet; & quod iidem de eo-
„ rum perſonis, mercantiis, & rebus quibusvis per
„ climata ejusdem Regni proficiſcentes ad nullam
„ penitus tributariam ſolutionem compelli teneantur,
„ continentes: Supplicans nobis idem Martinus ſua
„ ac totius Univerſitatis dictorum Philiſtæorum Per-
„ ſonis humili prece, ut ipſis Literis Regalibus con-
„ ſenſum præbere, easdem firmiter ab omnibus teneri
„ faceremus. Nos igitur penſantes ejusmodi gratias,
„ & Libertates multis ex cauſis rationabilibus digne
„ & merito ipſis Philiſtæis conceſſas eſſe, & pro-
„ ceſſiſſe, nec aliud circa id fieri expedit, niſi ut
„ eædem firme, roboroſeque perpetuo debeant per-
„ manere. Quocirca univerſis Regnicolis, quibusvis
„ Nominibus appellentur, & cujuscunque ſtatus
„ exiſtant, præſentium notitiam habituris firmiter com-
„ mittimus; quatenus habitis præſentibus, præmiſſis
„ gratiis Regalibus, ut expedit, debitam obedientiam
„ exhibere, easdemque firmas, & inviolatas tenere,
„ & teneri facere debeatis, ita videlicet, ut in antea
„ prædictos Philiſtæos ad cujusvis Inſtantiam, & qui-
„ busvis cauſis & cauſarum Articulis in Perſonis, Juri-
„ bus Poſſeſſionariis, rebusque, & Bonis ipſorum
„ quibuscunque judicare, vel veſtro adſtare Judica-
„ tui compellere nullatenus debeatis; Si qui autem
„ quidquam actionis vel quæſtionis contra & adverſus
„ aliquos vel aliquem dictorum Philiſtæorum habent,

„ vel

Digitized by Google

„ vel ſe habere prætendunt, hi id in præſentia Capitaneorum eorundem medio, ordine Judiciario proſequantur, ubi per eosdem cuilibet quærulanti pro parte ipſorum, vel ejusdem Judicium vel Juſtitia non denegatur adminiſtrari, prout fieri præcipimus per præſentes. Nichilominus univerſis Telonia habentibus, & eorum Teloniatoribus conſtitutis, & conſtituendis diſtrictius committimus, ut ſuper ipſos Philiſtæos, aut res, & bona eorundem in ipſorum Proceſſibus nullum tributum, nullamve tributariam ſolutionem petere, aut exigere attentetis, nec debeatis, prælibata Libertate eorum requirente. Præſentes poſt earum lecturam ſemper reddi volumus Præſentanti. Datum in generali noſtra Congregatione prope Pest celebrata, Feria ſexta proxima poſt Feſtum Pentecoſtes Anno Domini 1446.

(L.S.)

Hoc eodem Anno per Stephanum Thomam ſive Thomaſevich Bosniæ Regem ſuorum Comitia Cognitii acta fuiſſe, patet ex Decreto in iisdem condito, quod ex Farlati Illyr. S. T. IV. p. 68. refert Katona Hist. Crit. T. XIII. p. 492. Dat. Cognitii Anno Salvatoris 1446. in Feſto S. Joannis Bapt.

Anno 1447. & plurium Comitiorum, & plura Veſtigia, Actaque habemus: & imprimis non tam Convocatorias, quam acceleratorias Literas, quas, ſi non a Proceribus editæ fuiſſent, Regales, easque omnium, quæ hactenus deteximus hoc in genere antiquiſſimas appellare poſſemus, quibus Prælati, Barones, Nobiles, & Pro-

Digitized by Google

ceres Regni Hung. univerſi ſcribunt Civitat Bartphenſi, quod licet pro celebratione futuræ Congregationis generalis in proxime transact Congregatione Peſtienſi Feſtum Pentecoſtes con ſtituerint, propter emergentes tamen neceſſitate opportunum fuerit eandem anticipare, & ideo Ci ves Bartphenſes ſicuti alias Civitates Regales pe alias Literas ad Congregationem generalem i Feſto B. Gregorii PP. in Civitate Peſtienſi cele brandam evocatos eſſe. Produco ipſas Literas e Originalibus Archivi Civitatis Bartphenſis ſul Sigillo Regnicolarum, cruce videlicet duplicat expeditas, ſed aliquantum vitiatis deſumtas.

„ Prudentibus & Circumſpectis Viris Judici, & Con-
„ ſuli, cæterisque Civibus, & toti Communitati Ci
„ vitatis de Bartwa, amicis noſtris dilectis.

„ Prælati, Barones, Nobiles, & Proceres Regni
„ Hungariæ univerſi, prudentibus, & Circumſpectis
„ Viris Judici, & Juratis, cæterisque Civibus, & toti
„ Communitati Civitatis de Bartpha Amicis noſtris
„ dilectis ſalutem & favorem. Quemadmodum pridem
„ per alias Literas noſtras vos ſicuti & alias Civitates
„ Regales, ad Congregationem noſtram generalem
„ in Feſto Beati Gregorii Papæ proxime venturo in
„ Civitate Peſtienſi celebrandam evocavimus, ita &
„ per has Literas noſtras Prudentias Veſtras invita-
„ mus, quoniam licet, pro celebratione futuræ no-
„ ſtræ Congregationis generalis in proxime transacta
„ noſtra Congregarione Peſtienſi Feſtum Pentecoſtes
„ conſtitueramus, ſed jam e pluribus partibus, tam
„ varie & grandes emerſerunt neceſſitates, propter
„ quas oportunum erat, ipſam Congregationem anti-
„ cipare, etiam res ipſe, pro quibus conventionem fa-
„ ciemus, hoc Regnum comuniter concernat, Vos-

„ que

„ quæ non mediocrius unum membrum exiſtatis, ob
„ hoc quæſumus ne Diætam noſtram quoquo negliga-
„ tis, ſed e medio Veſtri, Viros prudentia, & con-
„ ſilio præpollentes in medium noſtri cum pleno
„ Mandato veſtro dirigatis, ut juxta eorum conſilia
„ de modo, & ordine defenſionis, & - - - -
„ - - - pacifici Status Regni hujus provideamus,
„ cæterum neque dubitamus, quin vobis Sereniſs.
„ Rex Romanorum - - - - - - - - - - - -
„ zizanie direxerat, volens flammam ignis inter nos
„ Deo volente - - - rurſus ſuccendere, & vin-
„ culum unionis noſtræ rumpere per latentis ſtudii
„ ſui attractionem, ſed certum tenemus radices cor-
„ dium veſtrorum in petra fidei adeo ſolidatas, non-
„ nullius adolationis oleo poterunt demulceri. Dat.
„ Budæ ſecundo die Feſti B. Mathiæ Apoſtoli Anno
„ Milleſimo quadringenteſimo quadrageſimo ſeptimo.

Iſtæ igitur Literæ d. 25. Februarii fuerunt expeditæ. In aliis Literis eorundem Prælatorum & Baronum Hungariæ, ad Status, & Ordines Regni Poloniæ Budæ die penultima Februarii 1447. datis ex Dogiel Cod. Dipl. R. Polon. T. I. p. 58 apud Katona Hiſt. Crit. T. XIII. p. 527. habetur clauſula:

„ Plura ſuper his, in adventu plurium fratrum
„ noſtrorum, quos ad Feſtum B. Gregorii adfuturi
„ generaliter in hunc Locum evocari fecimus, ſe-
„ rioſius FF. VV. curabimus declarare.

Comitia hæc re ipſa die 12. Martii celebrata, & in illis Conſtitutiones editæ ſunt, quarum copiam ex Codice M S. olim Kollariano, Decreta Hungariæ complexo pag. 420. per Jos. Hajnoczium deſumtam nactus ſum, & quas cum non ſolum in Corpore Juris Hung. deſiderentur, ſed

ne commemoratæ quidem ab ullo Scriptorum hactenus fuerint, notis illuſtratas hoc loco primum in lucem profero. Originale, ſeu potius vetus authenticum earum tranſumtum Exemplar in Archivo Cameræ Hung. Aulicæ ſupereſſe, patet ex Nota ſub lit. C. Præfationi ejusdem adjecta. Sunt autem ſequentes:

Conſtitutiones SS. & OO. I. Regni Hungariæ ſub Joanne de Hunyad Gubernatore ejusdem Regni pro Ladislao Infante in generali Conventu eorum Budæ celebrato, Feſto Annunciationis B. M. V. 1447. editæ, quibus inſeruntur etiam Articuli generalis Congregationis Regni in Campo Peſtiensi anno 1446. celebratæ Feria ſecunda infra Octavas Pentecoſtes editi, continentes ſimul Articulos in Conventu Albæ Regali conditos. Omnia in formam unius Decreti redacta.

„ Prælati, Barones, Nobiles & Proceres „ Regni Hungariæ univerſi ad futuram rei me- „ moriam: *a*) Quoniam in noviſſima noſtra Pe- „ ſtienſi Congregatione generali circa Feſtum „ Penthecoſtes proxime elapſum celebrata *b*) cer- „ tos Articulos, qui pro tunc magis neceſſarii, „ & utiliores conductioni pacis fore videbantur, „ in forma Decreti ſub noſtræ Univerſitatis, & „ Magnifici Domini Joannis de Hunyad Gu- „ bernatoris Sigillis *c*) noſtris feceramus, alios „ vero certis ex cauſis ſuſpendendo prorogavi- „ mus, *d*) ut major circa illos, & maturior „ fieret circumſpectionis ruminatio. Nunc ita- „ que divino nutu tam ſuper præſcriptis priori-

„ bus

Digitized by Google

„ bus Articulis decretatis, quam etiam moder-
„ nis in hac noſtra Conventione uno voto, &
„ voluntate convenimus, & concordavimus, illos-
„ que Articulos, tam ſcilicet prius decretatos,
„ quam nunc moderatos in unum redigi, *e*) & or-
„ diri voluimus, & volumus articulatim. Quorum
„ quidem prius decretatorum Articulorum:

a) Terminus, pro quo ſingula Diæta indicta fuit, ideo difficulter erui potest, quia paucæ jam vetuſtiorum Comitiorum Convocatoriæ exſtant, in Præfatione ille raro exprimitur. In Litteris autem, quæ e Diætis emanarunt, Datum, quo illæ terminatæ ſunt, plerumque exprimi conſvevit. Exemplo ſit vel hæc Diæta; hanc enim in Feſto Annunciationis concluſam eſſe finalis ejus clauſula remonſtrat, jam vero productæ ſunt in Veſtigiis Comitiorum Pag. 263. Statuum Litteræ Nundinale Sigismundi Privilegium, pro Poſſeſſione *Almagyar* ſeu Suburbio Agriæ trans aquam confirmantes, quæ idem Datum præſeferunt, Verbôczius ipſe, uti ſequenti Pagina ibidem oſtenſum eſt, idem Datum Diætæ huic attribuit. Conſtat tamen e Litteris Prælatorum, & Baronum Hungariæ, penultima Februarii, ad Status Poloniæ datis, quas Katona Tom. XIII. Pag. 527. ex Dogiel produxit, quod Diæta hæc pro Feſto S. Gregorii, id eſt 12. Martii indicta fuerit, dicitur enim illic ſub finem: *Plura de his in adventu, plurium fratrum noſtrorum, quos ad Feſtum B. Gregorii adfuturi generaliter in hunc Locum convocari fecimus.*

Itaque juxta hoc explicandæ ſunt, allatæ in Veſtigiis Comitior. Pag. 263. & 264. de Termino Diætæ hujus conjecturæ. Poterant enim provocatæ illic Comitatus Zagrabienſis Litteræ ex Octavis Epiphaniarum, quas diutius perduraſſe alioquin conſtat ad hanc velut prævie jam indictam Diætam dirigi, Conventus

Digitized by Google

autem illi, e quibus provocatæ ibidem de Menſe Februario Litteræ emanarunt, non *Diætam*, ſed particularem aliquot Prælatorum, & Baronum *Congreſſum* denotant, quem Hunyadius in partem curarum ſæpiſſime convocare ſolebat; e quali laudata etiam ſupra ad Status Poloniæ Littera emanavit, e quali denique ipſam hanc Diætam indictam fuiſſe, provocatus ejusdem Litteræ Textus oſtendit. Neque obſtat, quod hac ratione Diæta iſta non niſi 14 diebus perduraſſet, id autem conditorum in eadem Articulorum copia vix admittere videatur. Vidimus enim in Veſt. Comit. Pag. 298. Comitia Szegedienſia 1458. non niſi duodecim diebus perduraſſe, & tamen in iis 60. longe laxius diſtributi Articuli conditi ſunt.

Eodem hoc Anno aliam adhuc Diætam celebratam fuiſſe oſtendit, exhibitum e Belio, in Veſtigiis Comitior. P. 265. Inſtrumentum, verum præmiſſa eidem a Belio Perigraphe, pluribus vitiis laborat. Nam Inſtrumentum hoc nec eſt *Decretum* Statuum, ſed *Expeditoria*, ſuper reſignato, a Ladislao Gara Caſtro Budenſi, nec de authoritate Gubernatoris ſonat. Præterea dum illud poſt Exaltationem S. Crucis promanaſſe dicitur, videtur eo ſpectari, quaſi Comitia hæc pro iſto Feſto convocata fuiſſent. E præmiſſa autem obſervatione apparet, quod die illo jam terminari debuerint. Conſtat itaque Anno 1447. ſecundam etiam Diætam celebratam; conſtat eandem Feria 4. poſt Feſtum Exaltationis terminatam fuiſſe. Quando tamen indicta fuerit, necdum conſtat.

h) Provocatur hic ad Diætam Peſthienſem, ſuperiori Anno 1446. ad Octavas Paſchæ convocatam, & Feria 2. infra Octavas Pentecoſtes terminatam, in qua Hunyadi Gubernator electus fuit; cujus decretum in Corpore Juris Hung. incomplete, in Veſtigiis vero Comitior. integre exhibetur. Hic iterum non ad *Convocationis*, ſed ad *Concluſionis* hujus Diætæ Datum pro-

Digitized by Google

provocatur. Videtur ex ipſo hoc Textu non obſcure elici, quod inter hanc, & illam nulla intermedia Diæta celebrata fuerit.

c) Originale Decreti hujus, quod in Archivo Cameræ Hungaricæ aſſervatur, unicum Sigillum pendens præſefert. E clauſula autem hac apparet, illud & Regni, & Gubernatoris Sigillo munitum fuiſſe. Debuerunt itaque plura Decreti hujus Autographa edi, & aliqua unico, alia duobus Sigillis firmari.

d) In præſenti, omnes præcedentis Decreti Articuli præter duos Paragraphos, ubi ipſe Gubernator loquitur, de verbo ad verbum deſcripti ſunt. Quinam itaque fuerint illi, qui ad uberiorem diſcuſſionem prorogati fuiſſe dicuntur, ne divinando quidem aſſequi licet. Forte compilator ſe improprie expreſſit, & dicere voluit, quod Articuli illi tantum *interimaliter* conditi, & nova eorum diſcuſſio, ad ſequentem nempe modernam Diætam prorogata fuerit. 1)

1) Id hoc loco intervenerit, quod ſub Wladislao II. evenit, qui in Præfat. Decreti Anno. 1495. §. 1. & in Præfatione ad Decretum IV. Anni 1500. §. 4. narrat, Articulos nonnullos e præcedentibus Comitiis, Decretis eorum non inſertos uberius poſtea diſcuſſos fuiſſe Vid. Veſt. Comitior. pag. 437.

e) Varius hac in re Statuum uſus fuit. Aliquando præcedentis Diætæ Articulos, ſequenti Decreto inſerendo e duorum Comitiorum actis unum Corpus effecerunt, uti hic. Alias ſpecificum aliquod, vel etiam plura Decreta tantum pro confirmatione præſentarunt, uti ſub Maria I. Alias ultra confirmari petita præcedentia Decreta, novos inſuper aliquot Articulos propoſuerunt, uti ſub Ludovico I. Wladislao I. Mathia I. 1464. Alias denique reſumpto priori Decreto in poſteriori, additamenta tantum, aut mutationes, ad eos, quos collibuit, Articulos fecerunt, uti ſub Wladislao

Digitized by Google

II. ubi in Comitiis 1495. reſumpto 1492. Decreto, Additiones tantum ad prioris Decreti Articulos decreverunt.

ARTICULUS I.

Occupatæ præteritis diſturbiis Poſſeſſiones reſtituantur, erecta vero Caſtra evertantur.

„ Primus is eſt: *a*) Quod univerſi Prælati,
„ Barones, & quivis alii Caſtra, Caſtella, For-
„ talitia, Civitates, Oppida, Poſſeſſiones, & quæ-
„ cunque Jura poſſeſſionaria, nec non Epiſcopa-
„ tus, Abbatias, Præpoſituras, decimasque, &
„ quævis beneficia, ac Jura Eccleſiaſtica per ipſos
„ his guerrarum temporibus occupatas, & uſur-
„ pata remittent, & reſignabunt, Civitates etiam,
„ quas hactenus Capitanei tenuiſſent, priſtino
„ earum ſtatui, diſpoſitioni, cuſtodiæque, & con-
„ ſervationi earum propriæ remittent, ipſique
„ Capitanei excipient manus, & gentes, ac fa-
„ miliares eorum de eisdem, quique ex hujus-
„ modi occupatoribus ac Capitaneis in hac Con-
„ gregatione præſentes forent, interim non re-
„ cedent de eadem, donec hujusmodi remiſſio-
„ nem, & reſignationem efficient ſuo modo.
„ Quodque univerſa Caſtra, Caſtella, Fortalitia
„ his diſturbiorum temporibus erecta, durante præ-
„ ſenti Congregatione diruantur & deleantur,
„ demptis his, quæ in Confinibus pro defen-
„ ſione Regni ſunt erecta, & etiam, quæ in
„ præterita Peſtiensi Congregatione *b*) certis per-
„ ſonis

Digitized by Google

„ ſonis indulta fuerunt, & conceſſa, ac quæ Uni-
„ verſitas Comitatuum, in quo eadem erecta
„ ſunt, pro ſui defenſione ſtare cenſuerit, & vo-
„ luerit, nec interim hi, qui hujusmodi Forta-
„ litia erexerunt, vel præ manibus habent, qui
„ ſcilicet præſentes forent, recedent, donec ea-
„ dem deponi facient, & deleri.

a) In Decreto 1446. Articulus I. nil aliud continebat, quam ut Gubernator eligatur. Hoc cum jam peractum fuerit, Articulus ille hic exmittitur, & qui ibi ſecundus fuit, hic primus inſcribitur, eodemque deinde ordine reliqui etiam usque V. collocantur.

b) Hic jam ad Diætam 1445. pro Octava Paſchatis Peſthinum indictam, & Feſto Aſcenſionis terminatam cujus Decretum ſupra commentati ſumus, provocatur. Hujus Art. IV. ſpecificantur & Proprietarii, & Caſtra, quæ a decreta jam tum eorum demolitione eximebantur, & hæc exemptio hoc quoque Decreto, & Articulo confirmatur.

ARTICULUS II.

Singuli officia ſua reſignent, & novæ Statuum Collationi ſubſternant.

„ Secundus, quod omnes Domini Barones
„ Honores, & Officiolatus eorum, quos habent,
„ in præſenti Congregatione deponent, manibus-
„ que, & diſpoſitioni, ac diſtributioni aliorum
„ Dominorum Prælatorum, Baronum, & Regni-
„ colarum libere, & ſine contradictione remittent
„ & aſſignabunt.

Cauſam ordinationis hujus jam in Notis ad provocatæ 1445. Diætæ Articulum V. oſtendimus.

AR-

Digitized by Google

ARTICULUS III.

Decretis Diætæ hujus omnes pareant.

„ Tertius: Quod univerſa alia, quæ in ha
„ Conventione pro pace, utilitate, & commod
„ Regni ſtatuentur, concludentur, & diſponen
„ tur, firmiter obſervabunt, in eisdemque per
„ ſiſtent, ac eis obedient, & parebunt.

ARTICULUS IV.

Privatæ confœderationes annullantur.

„ Quartus: Quod omnes Tractatus, Confœ
„ derationes, & vincula, inter quoscunque Præ
„ latos, Barones, & Regnicolas in alterutrum
„ & mutuo fide mediante vel aliter quomodo
„ cunque factæ, & ordinatæ, quæ ſcilicet utili
„ tatem Regni, & Reipublicæ impedirent, caſſæ
„ annulatæ, & inanes habeantur, & quod ipſi
„ Domini Prælati, & Barones in omnibus pro
„ utilitate Regni Regnicolis aſſiſtent, & contra
„ omnes Statuta, & Ordinationes Regni infrin-
„ gentes inſurgent toto juxta poſſe.

Privatæ Potentiorum illæ Confœderationes plurimam Civilibus diſturbiis cauſam præbuerunt, fiebant enim, non tantum ad *propulſandam*, ſed etiam ad *inferendam* injuriam; & ideo una, aliam ſibi immediate contrariam producere, ſicque Cives ad invicem committere debuit. Salubris proinde fuit hæc Ordinatio. Verum Lex hæc eo usque tantum obſervabatur, donec Imperantis genius vim Imperii ſuſtinere ſcivit. Ut primum Princeps Imperii habenas tantisper remiſit, Confœderationes illæ continuo reſumptæ fuerunt. Do-

neç

Digitized by Google

nec Mathias Hunyadius rebus præfuit, nulla Confœderationis ejusmodi Veſtigia hactenus deprehenſa ſunt.

In Originali Decreto ſubjicitur Articulo huic Paragraphus, quo Hunyadius Dignitatem Gubernatoris acceptat. Hic autem §phus ille exmittitur.

ARTICULUS V.

Authoritati Gubernatoris Limites præſcribuntur.

„ Item: ipſe Gubernator habebit tantam „ auctoritatem, quantam haberet Regia Majeſtas, „ dempto, quod Donationes perpetuales poſſeſ„ ſionum facere non poſſit ultra limitationem „ infraſcriptam, nec etiam quempiam ſine ſcitu, „ conſilioque, & requiſitione Regnicolarum no„ ta infidelitatis proſcribere, nec etiam Infide„ libus ratione transgreſſionis ſtatuti in præſenti „ Congregatione fiendæ notam infidelitatis incur„ rentibus, aliisque quibuscunque Infidelibus ſi„ militer ſine requiſitione Prælatorum, Baronum, „ & Regnicolarum gratiam facere queat; ſed „ nec Archi-Epiſcopatus, Epiſcopatus, & Abba„ tias majores absque voluntate, conſenſu, & „ collaudatione Conſiliariorum ſuorum conferre „ valeat.

Articulus hic de majoribus tantum Beneficiis Eccleſiaſticis ſine Conſiliariorum conſenſu per Gubernatorem non conferendis ſonat, minora enim Beneficia, ſoli Gubernatori conferenda ſubſequo Articulo 56. committuntur.

AR-

Digitized by Google

ARTICULUS VI.

Reſidentia Gubernatoris determinatur.

„ Item: Gubernator manebit ubicunque vo„ luerit in Caſtris, Civitatibus, & Oppid„ Regalibus, & Reginalibus, omniaque Caſtra „ Civitates, Oppida, & quascunque Tenutas Re„ gales, aut Reginales ſibi dum, & quandocun„ que, & quotiescunque voluerit, liberum præ„ ſtent ingreſſum.

ARTICULUS VII.

Eidem Conſilium in Judicialibus, & Politicis adjungitur.

„ Stabuntque cum eodem tempore cele„ brationis Judicii Octavarum duo Prælati Eccle„ ſiaſtici, & alii duo Barones ſeculares una cum „ Palatino, & Judice Curiæ, ac ſex Nobiles ad „ id deputandi; medio autem tempore unus „ Prælatus, & unus Baro, ac Nobiles manebunt „ cum eodem, cum quibus querelas, & neceſſi„ tates audiat Regnicolarum, quorumque con„ ſilio eisdem faciet relationem. Ultra autem „ hos Conſiliarios de Prælatis, Baronibus, Mi„ litibus, & Nobilibus, hujus Regni Incolis tot, „ & tantos, quot, & quanti ſibi neceſſarii fore vi„ debuntur, penes ſe conſervare, conſiliumque „ requirere ab eisdem.

Ego ordinationem hanc in effectum haud iviſſe exiſtimo. Conſiliarii enim hi primo *deputandi* dicuntur, poſtea vero nullum prorſus ſeu denominationis Indivi-duo-

duorum horum, ſeu Conſilii hujus veſtigium apparet. Conſtat e converſo Hunyadium frequentiſſimos cum Prælatis, & Baronibus Conventus egiſſe, & in Litteris ejus, ſemper Prælatorum, & Baronum, nunquam autem privati hujus Conſilii mentionem fieri. Cæterum hic, & præcedens Articulus in Veſtigiis Comitior. eundem numerum accepit, nobis tamen propter diſparata, quæ in utroque continentur, objecta, ſeparandus videbatur.

ARTICULUS VIII.

Excindenda Gubernatori, & ſuorum Conſiliariorum ſtipendia judicio duorum Prælatorum committuntur.

„ Item: de proventibus Regalibus, quibus „ ipſe Gubernator, ac ſui Conſiliarii utantur, & „ de diſpoſitione ipſis fienda, committitur judi- „ cio Dominorum Prælatorum, & Baronum, „ quibus de qualitate proventuum Regalium ple- „ nior conſtat certitudo.

Obſcuro hoc Articulo, id indicari videtur, ut duo Prælati de ſtatu Proventuum Regiorum magis informati decernant, quantum ſibi & Gubernator, & Conſiliarii quotannis retinere poſſint, id eſt, ut ipſis Salaria excindant. Hic iterum Prælati hi non denominantur, ut adeo præjudicioſi Gubernatori Articuli quæſita opera indeterminate concepti eſſe videantur.

ARTICULUS IX.

Gubernator in perſona exercituare debet.

„ Item: ipſe Gubernator proficiſci debebit, „ & exercituare dum neceſſe fuerit, exigente „ magnitudine rei per ſe contra hoſtes.

AR-

Digitized by Google

ARTICULUS X.

Bona tantum ad numerum 32. Seſſionum & infr conferre: Si Bonum e pluribus Seſſionibus con ſistat, illud pvrtiri non poſſit.

„ Item: ipſe Gubernator his, qui fidelite „ Sacræ Regni Coronæ ſervierint, de illis poſſe „ ſionibus, quæ deinceps ad Sacram Coronar „ pure, legitimeque ſine cujuspiam alterius jur „ per defectum Seminis, item propter delatic „ nem falſarum Litterarum, propter cuſionen „ falſarum monetarum, & fabricationem falſi S „ gilli, nec non propter inductionem extranea „ potentiæ in hoc Regnum, ac poſitionem igni „ in eodem fuerint devolutæ; In quibus ſcilice „ Poſſeſſionibus triginta duæ Seſſiones, & no „ plures fuerint, vel fieri poterunt, & etiar „ in quibus infra eundem numerum triginta dua „ rum Seſſionum fuerint, vel fieri poterunt, fa „ cere valeat Donationes. Si vero Civitates „ Oppida, & Poſſeſſiones ultra numerum præſcri „ ptarum triginta duarum Seſſionum etiam præ „ ſcriptis modis ad Sacram Coronam fuerint de „ volutæ, illas partiri, ſeu dividere in trigint „ duas Seſſiones non valeat, & ſub nomine trigint „ duarum Seſſionum de illis facere cuipiam do „ nationem, ſed hujusmodi omnes Civitates „ Oppida, & Poſſeſſiones indiviſæ ipſi Sacræ Co „ ronæ reſerventur.

Deſcripta hoc Articulo Donationes faciendi facul tas Gubernatori, qua vicariam, Minorennis adhu Regis poteſtatem exercenti delata fuit. Inter prære gati-

Digitized by Google

gativas, quibus Mathias I. Officium Palatini 1485. exornavit, authoritas hæc non continetur. Adhuc ſub finem II. Regum Periodi, Palatinus Prærogativa hac non gaudebat. Dum enim Verbôczius Part. II. Tit. 14. conceſſam Gubernatori Hunyadi, hanc Poteſtatem fuſe enarrat, ſi eadem poſtea in Palatinum transfuſa fuiſſet, id commemorare vix intermiſiſſet. Poſtea ſæpius confirmata fuit *in abſtracto* Palatini authoritas. Diſerta tamen Donationes ad vires 32. Seſſionum faciendi poteſtas, & quidem absque *partitionis* Reſtrictione, Anno primum 1609. Art. LXVI. eidem delata eſt. Debuerunt tamen ſe jam antea Palatini ad uſum Prærogativæ hujus collocare, cum Lex hæc ad præcedaneum uſum provocat. Quando vero, & quomodo id effecerint? necdum compertum eſt. Tandem 1715. Art. XXXIII. *Reſtrictio* etiam partitionis ſtabilita, atque ita Palatinus ad ipſam illam, quæ hic Gubernatori conceditur, Donationes conferendi Prærogativam collocatus eſt.

ARTICULUS XI.

Uni ſemel tantum Donationem facere poſſit. Donationes autem ejus ſuper Civitatibus, Caſtris, & Oppidis factæ, ſubinde per Regem debeant confirmari.

„ Item: Dominus Gubernator, ſi cui Donationem præmiſſo modo ſemel fecerit, amplius eidem donare non valeat, & cum Donationes Caſtrorum, Civitatum, Oppidorum, & Poſſeſſionum, ac Sylvarum ad Jus Regium duntaxat ſpectare dinoſcantur; ipſe igitur Gubernator quibuscunque Donationes præmiſſo modo fecerit, illi tempore ſuo teneantur accedere ad Dominum Regem pro confirmatione obtinenda.

Con-

Contenta etiam primo Articuli hujus membro, n
Gubernator uni eidemque Perſonæ Donationem bis f.
cere poſſit, Reſtrictio, relate ad Palatinum Anno pr
mum 1715. Art. XXXIII. adoptata eſt, quo hujus act
vitas ad illam, qua Gubernatorem Hunyady præditu
fuiſſe Verbôczius Part. II. Tit. 14. prodidit, normam re
vocata eſt.

Reſtrictio e converſo illa, ut factæ prævia ration
per *Gubernatorem* Donationes a Rege, dum ipſe re
gnare cœperit, debeant confirmari, quo ad *Palat.*
num nunquam adoptata fuit. Conſtitutum quiden
fuerat ſæpius provocato Art. XXXIII. 1715. ut Pala
tinus factas a ſe Donationes cum Camera intra Ann
ſpatium communicare teneatur, *ſub vinculo nullitatis*
Verum poſterior hæc clauſula, per Art. XX. 1741
mox revocata fuit.

ARTICULUS XII.

*Incuſati propter Crimen, quod amiſſionem Bonorun
poſt ſe trahit, Bona, non niſi poſt latam i.
eum, per competentes Judices ſententiam con
ferre poſſit.*

„ Item: Poſſeſſiones illorum, quorum pro
„ pter delationem falſarum Litterarum, aut cu
„ ſionem falſarum Monetarum, aut alio quoqu
„ modo ſuperius expreſſato ad Coronam fuerin
„ devolutæ, quouſque illi per Judices ſuos com
„ petentes judicialiter ſecundum antiquam, &
„ approbatam Regni conſvetudinem ſententiat
„ fuerint, occupare, & donationem de eis facer
„ non valeat quovis modo.

AR-

ARTICULUS XIII.

In currentibus cauſis poſſit etiam absque Conſiliariis Judicium ferre; Sententiæ tamen tales, ſi Juri conſonæ non fuerint, poſſint per Ordinarios Judices reformari.

„ Item: Valeat in abſentia Conſiliariorum „ facere relationem, & expeditionem in occur- „ rentibus cauſis, quæ ſi judiciariæ fuerint, & „ hujusmodi relatio inventa fuerit contra Jus „ conſvetudinarium, hujusmodi relatio, & expedi- „ tio per Judices Ordinarios Regni valeat emen- „ dari, prout temporibus Regum fieri conſveve- „ rat.

E finali Articuli hujus clauſula: *prout temporibus Regum fieri conſveverat*, elici poſſe videretur, quod a lata per ſolum Regem Sententia, ad Ordinarios Judices appellari, & illa per hos reformari potuerit. Videtur tamen clauſula hæc perperam iſthuc irrepſiſſe. Jam primum conſtat, Regem ſolum Judicia nunquam exercuiſſe, ſed adſtitiſſe illi ſemper aliquot Prælatos, & Barones, quos eidem libuit convocare. Conſtat etiam Regem inde ab incunabulis Regni fuiſſe ſupremum Juſtitiarium, & reliquos Judices, aut vice ipſius, aut delegata per ipſum poteſtate proceſſiſſe. Palatinus ipſe principio non niſi ſub Regis nomine judicabat. Poſtquam *proprium* forum ſortitus eſt, Sententiæ ejus ad præſentiam Regiam, id eſt ad Judicem Curiæ, qui vice Regis Judicia exercebat, appellabantur, uti id compluribus exemplis proxum eſſet demonſtrare. Productæ ſunt in Proceſſu Abbatiæ M. Panoniæ Adjudicatoriæ Judicis Curiæ Nicolai de Szech de 1356. e quibus patet Palatinum Nicolaum Konth ſub illius præſidio qua convocatum aſſediſſe, nimirum quia forum hoc eotum Regem

E ipſum

ipſum repræſentabat, ipſam Palatinalem in aliq Comitatu Congregationem, ſeu Judicium genera non niſi penes ſpecialem Regis delegationem poter celebrare; quomodo ergo a *Delegante* ad *Delegatu* potuiſſet appellari? Quid multa? productæ ſunt Proceſſu Kalloiano Sigismundi de 1379. ad Judice Curiæ Emericum Bubek, & ſuos vice gerentes Littera quibus mandat, ut cum Epiſcopus Agrienſis Ladisl Veſsen, Poſſeſſionem Barnagh hoc inſcio, in cer reambulatione metis Capituli Veszprimienſis incl ſiſſet, virtuteque hujus reambulationis dicta Poſſeſſ Capitulo jam etiam adjudicata foret, *revocata h Sententia*, dictam Poſſeſſionem Ladislao Veſsen r ſtituat. Et Mandato huic reipſa obtemperatum fuiſſe reliqua Proceſſualia Acta teſtantur. Nolim ego id i examen revocare, an Sigismundus Mandatum hoc l gitime elargiri? an Judex Curiæ eidem legalite obtemperare potuerit? Cum tamen eidem obtempera tum ſit, ſatis apparet, quod ante hunc, quem com mentamur Articulum, contrarius plane uſus viguerit nempe quod Rex Judicum Ordinariorum, non ver hi illius Sententias reformarint.

ARTICULUS XIV.

E reſiduis ab expenſis Bellicis, Regiis Proventibu impignorata Regia Bona redimat.

„ Item: Ut ſi quid de proventibus regal
„ bus ab expeditionibus Regni remanſerit, va
„ leat Dominus Gubernator Caſtra, Civitates
„ Oppida, & Poſſeſſiones Regias impignoratas no
„ mine Regio redimere, de eisdem, & ea Co
„ ronæ reapplicando Domino Regi reſervare
„ quorum proventus ſimiliter pro expedition
„ Regni exponantur.

„ Se-

Digitized by Google

„ Sequuntur Articuli nunc ſimiliter in formam Decreti redacti, & approbati.

In hoc deſinunt Articuli Diætæ 1446. iſthuc totlem verbis tranſcripti. Qui ſequntur, jam in præntibus 1447. Comitiis perlati fuerunt. In Originali 446. Decreto, poſt hunc Articulum ſequitur conclu- o, quæ hic exmiſſa eſt.

ARTICULUS XV.

Proventus Regios fideliter adminiſtret.

„ Item: Gubernator proventus Regales percipiet, & pro utilitate Regni fideliter diſpenſet.

ARTICULUS XVI.

lequiſitus ab aliquo Comitatu, in eodem Congregationem Palatinalem celebrari curet.

„ Item: Si Gubernator de celebranda Congregatione generali per aliquem Comitatum requiſitus fuerit, poteſtatem habebit hujusmodi Congregationes generales celebrari facere per Palatinum.

Articulus hic ſonat de Palatinalibus illis, quæ :nerales etiam Congregationes, vel Judicia genera- a appellabantur, & quæ Palatinus per Comitatus :lebrare ſolebat. Patet hinc, quod ne tempore quiem *Interregni* Palatino eas pro arbitrio celebrandi oteſtatem deferre Status voluerint, ſed quod a Guernatore id faciendi facultatem obtinere debuerit 1).

1) Nondum ſatis evolutam notionem generalium Congregationum Comitatuum, ut illæ olim celebrabantur, habemus. In Diplomatibus quotiescunque illarum occurrit mentio, plerumque pa-

Digitized by Google

tet eas ex conſenſu Regis celebratas fuiſſe, quc Jus Regium hic interim Gubernatori defertur. Se quænam fuerit differentia hujusmodi Congreg tionum Palatinalium juris dicendi cauſa convoc tarum, & aliarum, quales hodie pro objectis p liticis ut plurimum, quin a Rege facultas petatu convocari ſolent, hic non vacat diſcutere.

ARTICULUS XVII.

Quæ Cauſæ Potentiariæ ſtatim decurrere poſſint quæ ad Coronationem Regis ſuſpendantur.

„ Item: Juxta diſpoſitionem in priori Peſt „ enſi Congregatione noſtra factam, omnes Ca „ ſæ ſuper Actibus Potentiariis in diſturbiali ten „ pore patratis ad tempus Coronationis Reg „ ſuſpendantur, demptis his, quæ emanſerur „ poſt Congregationem certorum Prælatorum, & „ Baronum, Anno tertio circa Feſtum Beat „ Dorotheæ Virginis in Alba factam inter hc „ mines utriusque partis commiſſos, ſuper qu „ bus Actibus Potentiariis juſtitia expeti poterit „ & miniſtrari.

Confirmatur hic illud, quod in Notis ad Præf tionem Decreti 1445. ſub Littera *a*) obſervavimus; Co ventum Albenſem non *Diætam*, ſed Prælatorum ta tum, & Baronum Congreſſum fuiſſe, confirmatur etia allatum illic Ivanichy Teſtimonium, Conventum hu actum fuiſſe circa Feſtum B. Dorotheæ.

ARTICULUS XVIII.

Officium Supremi Comitis hæreditarie non conferatu

„ Item: Honores Comitatuum Parochialiu „ perpetualiter in antea non conferantur.

Ly:

Ly: *perpetualiter* dubium ſenſum facit, an id
lecretum fuerit, ut munus Supremi Comitis *ad dies
itæ?* vel vero *hæreditarie* non conferatur? Ratio-
iem dubitandi facit ſubſequens Articulus XLV. quo
mnia officia annua tantum efficiuntur. Verum ſi
tatus eo ſpectaſſent, ſuperfluum fuiſſet id hic de ſolo
upremi Comitis officio ſtatuere, quod paulo inferius
niverſim de omnibus officiis decreverunt. Quare ego
er hanc Legem Andreæ II. de 1222. Art. XVI. ne
nunus hoc in hæreditatem conferri poſſit, renovari
uto. Hoc enim ſenſu poſtea etiam conditus fuit ſub
Wladislao II. 1498. Art. LVII. §. 4. & 1504. 3.

ARTICULUS XIX.

Exteri Præſidiarii ad Caſtra Regnicolarum ſub nota Infidelitatis non aſſumantur.

„ Item: Nemo Prælatorum, Baronum, &
„ Regnicolarum Forenſes, & extraneos ad ſua
„ Caſtra, Fortalitia, & Tenutas in offenſam quo-
„ rumcunque inducere debeat ſub pœna infi-
„ delitatis.

ARTICULUS XX.

Beneficia Eccleſiaſtica tantum Regnicolis conferantur.

„ Item: Nullus Prælatorum, & quorumcun-
„ que hominum Beneficia Eccleſiaſtica, & Hono-
„ res hominibus extraneis conferat, ſed Incolis
„ hujus Regni tantum.

Digitized by Google

ARTICULUS XXI.

Qui Malefactores in Bonis ſuis foverint, his priventu

„ Item: Nullus Baronum, & Regnicolaru
„ Fures, Latrones, Spoliatores, aut quoscunq
„ notorios Malefactores apud ſe, aut in ſu
„ Caſtris, Caſtellis, Poſſeſſionibus, & Tenut
„ teneat, aut conſervet, alioquin (ſi) Nobil
„ Comitatus illius, in quo hujusmodi Malef
„ ctores per quempiam conſervari reperti fuerin
„ Univerſitati in loco ſedis judiciariæ congrega
„ hujusmodi Malefactores eſſe promulgaverint, &
„ pronunciaverint, Litterasque eorum ſuperind
„ ſub Sigillo Comitis, vel Vice-Comitis, & Ju
„ dicis Nobilium emanari fecerint, mox Guber
„ nator, vel ille, qui per Univerſitatem Nobi
„ lium ad id requiſitus fuerit, univerſas Poſſeſ
„ ſiones hujusmodi Malefactorum Conſervatori
„ occupandi, & tamdiu conſervandi habeat facul
„ tatem, donec idem gratiam pro ſe poterit im
„ petrare.

Hæc eſt prima, quam hactenus deprehendi forma lis *Sedis Judiciariæ Comitatus* compellatio. Sub An drea enim III. ut in ejus Decreto Art. XLVIII. vidimu *Sedes V. Comitis*; Sub Sigismundo vero 1435. Art III. *Sedes Comitis Parochialis* appellatur. Quod Se driæ hæ jam ſub finem I. Regum Periodi, minore civiles Nobilium cauſas judicaverint, in Nota a Art. XLV. Andreæ III. oſtendimus. Quod uſus hic i II. etiam Periodo viguerit. Math. I. Decr. VI. Art. LIII remonſtrat. E converſo, quod Criminales etiam *Igno bilium* cauſas judicandi activitatem ne tunc quiden habuerint, vel ex hoc Articulo patet. Totus enim

hic

hic Articulus de *Ignobilibus*, ſequens vero de *Nobilibus* Criminaliſtis ſonat. Nimirum judicabantur adhuc Criminaliſtæ a Palatino, in ſic dicto Judicio generali, ſeu Palatinali, quod adhuc Math. I. Decreto II. Art. XXI. ſtabilitur. Qualiter id poſtea abolitum, & activitas cauſas Criminales cognoſcendi ad Comitatus translata fuerit, in Veſt. Comitior. in Nota ſub *h*) ad Decreti Szeged. Articulum XXVI. Pag. 311. oſtendimus. Quod *Congregatio Palatinalis*, *Congregatio generalis*, *Judicium Palatinale*, & *Judicium generale*, unum idemque fuerit, ex Wladislai Decr. 1. Art. XXXV. diſerte apparet. E converſo *proclamata Congregatio*, quæ ejusdem Decreti Art. XXXVI. perinde abrogatur, a *Judicio illo* prorſus diſtincta fuit. Quid hæc fuerit? Sigis. Decr. VI. Art. IV. & Alberti XXIX. explicatur. Nimirum ſi quis Nobilis gravis alicujus Criminis, præſertim vero Actus Potentiarii inſimulatus fuit, mandabat Rex Comiti, ut omnes Comitatus illius, in quo accuſatus degebat, Nobiles in forma *proclamatæ Congregationis* convocet, & ab iis Teſtimonium de tali facto ad fidem Deo, & Principi debitam requirat. Quale Teſtimonium potior pars Nobilitatis perhibuerit? Regi ſub Sigillo Comitis, aut Vice Comitis perſcribebatur. Et penes hanc probam Incuſatus in Curia Regia aut convincebatur, aut abſolvebatur. Interea poſſidemus triplicis ordinis Adjudicatorias e Palatinali Congregatione emanatas, e quibus apparet, quod Palatinus in ipſo ſuo Judicio hunc Teſtimonii exigendi modum tenuerit, id quod illi eo pronius fuit, quod confluente alioquin ad generale ejusmodi Judicium Nobilitate, eandem in forma *Proclamatæ Congregationis* denuo convocare non debuerit. Et hoc ſenſu intelligendus eſt jam provocatæ Notæ §phus, qui incipit: *Apparet etiam*, non vero quaſi *Palatinale Judicium*, & *Proclamata Congregatio* idem fuiſſet. *Trine forenſis Proclamatio*, quæ Wladis. Decr. I. Art. XXXVIII. pariter aboletur, iterum differebat a *Pro-*

clamata Congregatione. Quid autem illa fuerit, i Veſt. Comitior. in Nota *a*) ad jam provocati Decre Art. I. Pag. 299. docuimus.

ARTICULUS XXII.

Si Malefactor talis Nobilis fuerit, proſcribatur, qua proſcriptus per quemcunque capi poſſit.

„ Si autem Malefactor ipſe Nobilis fuerit, & „ poſſeſſionatus, & per Univerſitatem Nobilium „ ejusdem Comitatus modo præhabito promul„ gatus, & proſcriptus ſimiliter omnibus Juribus „ ſuis poſſeſſionariis usque ad gratiam impetran„ dam privetur, per Gubernatorem, vel per „ alium per Univerſitatem Nobilium ad id de„ putandum, ipſum autem Malefactorem, ſive „ ſit Nobilis, ſive Ignobilis, univerſi cujusvis „ ſtatus, & conditionis homines ſpoliandi, res„ que, & Bona ejusdem auferendi, tamquam pro„ ſcripti hominis liberam habeant poteſtatem, „ nec unquam propter hæc judicio debeant con„ veniri.

ARTICULUS XXIII.

Generalis Inſurrectio non niſi in extremo periculo decernatur; alias Regiæ tantum Copiæ, & Banderia educantur.

„ Item: Neque Dominus Gubernator, ne„ que Banus Exercitum generalem promulgare „ debeant, niſi cum tanta, & tam magna inimi„ corum multitudo ſupervenerit, ad quorum re„ ſiſtentiam ipſe Gubernator de proventibus Re-

„ gali-

„ galibus, ac Banderia Prælatorum, Baronum, „ ceteræque diſpoſitiones, & ſtipendia a Viris „ Eccleſiaſticis more conſveto deben. non ſufficerent, alias autem idem Gubernator de proventibus Regalibus, ac Banderiis Prælatorum, „ & Baronum, & ceteris diſpoſitionibus exercituare teneantur.

In prima Periodo Reges Inſurrectionem pro arbitrio indicebant, uti id complura ejus ævi Monumenta teſtantur. Sigismundus 1435. omnia finitima Præſidia ſuis ſumptibus, & proprio milite tuenda ſponte aſſumpſit, Inſurrectionem vero tantum pro caſu invadendi per aliquem Hoſtem cum magna potentia Regni reſervavit, uti id e Præfatione Decreti ejusdem V. & Art. I. apparet. Hic jam ſecundus caſus iterum diſtingvitur, & ſtatuitur, ut Gubernator ſi cum ſolis Regiis copiis Hoſti reſistere non poſſit, non ſtatim Inſurrectionem indicere, ſed prius cum Prælatorum, & Baronum Banderiis experiri debeat, & tum primum Inſurrectionem imperare poſſit; ſi ne hæ quidem vires Hoſti pares ſint, Lex hæc in Decreto Michaelis Szilaghi Art. II. totidem ferme verbis renovatur. In Articulo tamen VII. Mathiæ I. Decr. III. non ad hanc, ſed ad præſcriptam ſub Sigismundo inſurgendi normam provocatur. Verum præſcripta hoc Articulo norma in Wladislai Decr. I. Art. XVIII. & XIX. jam diſerte canonizatur.

ARTICULUS XXIV.

Inſurgentes Nobiles ultra Limites Regni exercituare non teneantur.

„ Nobiles etiam in Exercitu generali non „ ulterius, niſi uſque confinia, vel metas tranſire „ teneantur, more ab antiquo conſveto.

AR-

ARTICULUS XXV.

Inter Eccleſiaſticos, & Nobiles Sæculares pœna Potentiæ reciproce tantum in Homagiorum perſolutione conſiſtat.

„ Item: Perſonæ Laycales contra Perſonas „ Eccleſiaſticas in facto potentiæ, vel calumpniæ „ convicti (*convinci*) non debeant, pro ipſo facto potentiæ vel calumpniæ in pœna ſententiæ capitali, ac amiſſione Poſſeſſionum, & Bonorum aggravari, ſed ſolummodo in eorum „ homagiis, quemadmodum ipſæ Perſonæ Eccleſiaſticæ contra Perſonas Sæculares convinci ſolent, dampnum tamen illatum velut (*ultra*) „ id deberet difundi (*refundi*) effective.

Lex hæc jam ſub Ludovico I. Art. I. §. 1. perlata, & ſub Alberto Art. XXXVIII. §. 1. confirmata poſtea iterum Math. D. II. Art. XIV. Item Decr. IV. Art. XII. Decr. VI. Art. LXXII. nec non Wlad. Decr. I. Art. LXXVI. & Decr. III. Art. LX. renovatur. Quam ipſe etiam Verbőczius Collectioni ſuæ Part. II. tt. 44. §. 7. inſeruit.

ARTICULUS XXVI.

Contra Refractarios Gubernator vel tot, quot neceſſariæ videbuntur, Comitatuum copias educere, vel generalem etiam Inſurrectionem indicere poſſit.

„ Item: Si aliquis Regnicolarum contra Dominum Gubernatorem, aut totum Regnum in „ aliquo inſurgeret, & tunc ipſe Gubernator „ contra talem Exercitum generalem, aut tot

„ Co-

„ Comitatus, quot ſibi ſufficere videbuntur, con-
„ ſurgere faciet, & promulgabit.

ARTICULUS XXVII.

Creatorum in Comitiis Peſthienſibus Capitaneorum Officia abolentur.

„ Item: Conſtitutio Capitaneatuum in Con„ gregatione priori Peſthienſi facta, eſt abolita.

Articulus hic reſpicit Diætam 1445. Peſthini celebratam, cujus Art. V. Adminiſtrationem Regni inter denominata illic ſemptem Individua diviſam fuiſſe vidimus, inter quos ipſe etiam Hunyadius fuit, & qui poſtea *Vicarii Regni* ſcribebantur. Verum horum Officiorum authoritas ſtatim cum Electione Gubernatoris ſequente Anno facta ceſſare debuiſſet. Cur itaque illa poſt integri ferme Anni ſpatium nunc primum abolentur? Puto ego Hunyadium ipſum deſideraſſe, ut hi Officia ſua, ſed cum dependentia a ſe retineant. Poſtquam vidit, quod aliqui eorum ſubordinationem hanc obſervare nolint, egerit indubie, ut Officia ipſa ſufferantur. Tota hæc ordinatio videtur potiſſimum Giskram feriiſſe, alios enim Hunyadio reluctatos fuiſſe non comperimus. Verum hic, prouti Ujlakium, & Hunyadium feciſſe in Nota ad provocati Decreti 1445. Art. V. oſtendimus ſe a Friderico Cæſare in munere ſuo confirmari procuravit, ab eo inde tempore titulum *Capitanei Generalis D. Regis Ladislai* uſurpavit, & licet Status Gubernatori contra Refractarios Gentes levandi facultatem præcedenti Articulo attribuerint, ab hoc tamen iterato Bello petitus in ordinem cogi non potuit, donec Ladislaus ipſe Regni Faſces ſuſcepit.

AR-

ARTICULUS XXVIII.

Annuales Litteræ Eccleſiaſticis non extradentur.

„ Item: Litteræ Annuales Eccleſiis, & Vi„ris Eccleſiaſticis ulterius non dentur.

Per Litteras has *Prorogatoriæ* intelliguntur, qua neo Electis Prælatis ad ſpatium unius Anni concedebantur, ita ut per hoc tempus in nulla contra eos mota Lite reſpondere debuerint. Debuerunt poſtea Prorogatoriæ hæ denuo uſu venire, cum Verbőczi Parte II. tt. 49. uſum earum collectioni ſuæ inſeruerit. Quamquam nullam hactenus Legem deprehenderim, qua Prorogatoriæ hæ poſt hunc Articulum denuo reſtabilitæ fuiſſent.

ARTICULUS XXIX.

Poſſeſſores Bonorum propter amiſſa præteritis Diſturbiis Litteralia Inſtrumenta non turbentur: niſi contra pars ſolida radicalia Jura obvertere poſſit.

„ Item: Si Litteræ, & litteralia Inſtrumenta „ alicujus per Turcos, Bohemos, & Teutonicos, „ vel quoſcunque alios his diſturbiorum tempo„ ribus combuſtæ, vel ablatæ forent, & id cum „ vicinis, & commetaneis ſuis, ac Nobilibus ſui „ Comitatus declarare poſſit, ex tunc talis ſuis „ Juribus poſſeſſionariis, in quorum Dominio „ exiſteret, vel tunc exſtitiſſet, non privetur, „ niſi ſi quis aliqua cauſa rationabili poſſet ju„ ridice obtinere.

AR-

ARTICULUS XXX.

Curſus Octavarum non niſi propter inſtans Bellum poſſit prorogari.

„ Item: Quod quatuor Octavæ continuæ „ celebrentur, & nulla alia die (de) cauſa pro„ rogentur, niſi ratione Exercitus generalis, nec „ etiam cujuscunque cauſæ propter conſervatio„ nem Caſtrorum, aut Confiniorum Regni, ſeu „ cuſtodiam eorundem valeant prorogari.

ARTICULUS XXXI.

Qui poſt Peſthienſe ſuperioris Anni Decretum Actus Potentiarios patrarunt, non longo Litis proceſſu, ſed brevi cum Inſinuatione judicentur.

„ Item: Quicunque hominum ulterius inter„ emptiones, vulnerationes, mutilationes, com„ buſtiones Litterarum, & ablationes earundem, „ invaſiones domorum, ſeu alia ſimilia notabilia „ mala perpetraverint, aut poſt Decretum Peſti„ enſe anno proxime elapſo editum perpetraſ„ ſent, tales mediantibus Litteris noſtris, ac Do„ mini Gubernatoris, vel Palatinalibus, ſeu Ju„ dicis Curiæ Regiæ ad primas Octavas cum In„ ſinuatione evocentur, in quibus ſine omni di„ latione judicium inter Partes adminiſtretur.

Quod nunc Cauſas *brevis Litis* dicimus, id ævo hoc *Evocatio cum Inſinuatione* compellabatur. Articulus itaque hic in ſubſtantia id dicit: Licet Cauſæ *in facto Potentiæ* motæ ſint *longæ litis*, & per tres Octavas protrahi poſſint, ad injiciendum tamen frænum violentis hominibus ſtatuitur, ut Actus Potentia-

tii,

Digitized by Google

rii, qui poſt Diætam 1446. in qua Gubernator electu eſt, patrati ſunt, aut in poſterum patrabuntur, no longo Litis Proceſſu, ſed penes Evocationem *cum Inſinuatione* in primis ſtatim Octavis decidantur. Evocationem ejusmodi cum Inſinuatione necdum mih legere licuit. Puto tamen ejus Formam in eo conſti tiſſe, quod in ipſis Evocatoriis inſinuatum ſit, Cau ſam ejusmodi in primis Octavis decidendam fore.

Evocationes hæ *cum Inſinuatione*, quæ etiam bre ves Evocationes appellantur. Math. I. Decr. II. Art. IV. & Decr. VI. Art. II. §. 3. poſtea abolitæ pe Wladis. tamen Decreti II. Art. VII. denuo reſtabilitæ fuerunt.

ARTICULUS XXXII.

Decreta Diætæ Peſthienſis, & Albenſis confirmantur.

„ Item: Quod Statuta tam in Peſthienſi, quam „ Albenſi Civitatibus edita in ſuis vigoribus „ permaneant, demptis his, quæ per modernas „ Conſtitutiones immutabuntur.

ARTICULUS XXXIII.

Vadimonia prohibentur, ſi horum occaſione cædes, aut ſpolia eveniant, eorum patratores, qua Latrones tractentur.

„ Item: Nullus omnino Prælatorum, Baro„ num, & Regnicolarum pro quibuſcunque de„ bitis, vel factis areſtationes, ſeu vadiationes „ facere debeant, quod ſi fecerint, & ex hujus„ modi vadia recipien. quipiam interemti, læſi, „ vel dampnificati fuerint, tales tamquam La„ tro-

Digitized by Google

„ trones cenſeantur, & (ſed nec) propter hoc „ per quempiam Judicum judicialiter valeant con„ dempnari.

Ly: *tanquam Latrones cenſeantur*, id ſignificare videtur, quod per quemcunque capi, aut etiam interfici poſſint; & ideo ſubjungitur ſtatim clauſula: *nec propter hoc per quempiam Judicem judicialiter valeant condemnari*, nempe illi, qui tales aut ceperint, aut occiderint.

ARTICULUS XXXIV.

Domus Nobilium Budæ a Dicatione eximuntur.

„ Item: Domus Dominorum Prælatorum, „ & Baronum, ac Nobilium, & Eccleſiarum in „ Civitate Budenſi habitæ dicari non debeant, „ ſed Hoſpites in eisdem Domibus exiſtentes „ juxta eorum facultates dicari poſſint.

Exemptio hæc pure ad Civitatem Budenſem reſtringi videtur, ſecus enim indubie adjecta fuiſſet clauſula: *et in aliis Civitatibus.* Patet hinc, quod ſenſus Art. X. Sigismundi Decreti II. etiam ad Nobiles extenſus fuerit, licet hi diſerte illic non nominentur, ſed generatim tantum dicatur: *Quivis Civis, aut Inhabitator quarumlibet noſtrarum Civitatum -- Contributiones -- non obſtantibus quibuscunque Libertatibus --- ſolvere, & cum illis noſtris Civibus contribuere teneatur.* Cæterum Articulus hic etiam Wlad. Decr. I. Art. 105. confirmatur.

AR-

ARTICULUS XXXV.

Legalia Birſagia, non per ſolos Comites, & Vic Comites, ſed per ipſam Comitatus Univerſitate medio exmittendorum Judicum Nobilium vi Executionis extorqueri poſſint.

„ Item: Comites, vel Vice-Comites nun„ quam aliquod Vagium, vel Birſagium ſine Jud„ lium per Univerſitates Nobilium tranſmiſſi „ exigere poſſint, qui ſi ſine eisdem exigere volue„ rint, læſionem, interemptionem, vel dampnifi„ cationem, & injuriam, ſi quam ibidem paſſ„ fuerint, ſufferant, nec unquam judicio læſoren„ ſuperinde valeant convenire.

Statuitur hoc Articulo, quod Comites, aut Vice-Comites ad Executionem Birſagiorum propria authoritate procedere non poſſint, ſed quod debeant e Sede Judiciaria exmitti, & ſemper Judex Nobilium ipſis adjungi, id quod jam Sigis. Decr. VI. Art. VII in caſu primo §. 1. conſtitutum, & Wladis. Decr. II Art. XVI. §. 1. confirmatum fuit.

ARTICULUS XXXVI.

Judices Comitatus extra Sedriam judicare non poſſint, & hi tunc victualia a Nobilibus, vel eorum Jobbagyionibus exigere auſint.

„ Item: Comites, vel Vice Comites, & „ Judlium Birſagia non exigant, niſi noſtra „ in Congregatione generali, nec etiam alibi „ extra Sedem illorum judiciariam Judicium fa„ cere poſſint, ſed nec Nobiles ſui Comitatus, „ vel Jobbagyiones ipſorum eisdem Comiti, vel „ Vice Comiti victualia dare teneantur.

Pri-

Primum Articuli hujus membrum ne contradicat præcedenti Articulo, eo ſenſu ſumi debet, quod Birſagia non niſi in generali, ſeu Palatinali Congregatione dictari poſſint, prouti id jam provocato Decreto, & Articulo §. 1. ſancitum fuit, & tunc prodibit hic ſenſus, quod Birſagia in Congregatione Palatinali decerni, ad eorum vero Exactionem Comes, vel Vice-Comes cum Judice Nobilium e Sede Judiciaria Comitatus exmitti debeat. Verum id, ut Birſagia in Sede Judiciaria Comitatuum decerni non poſſint, correctum poſtea fuit, Math. Decr. VI. Art. LII. Wlad. Decr. I. Art. LXVI. & ejusdem Decr. II. Art. XVI. quibus Legibus facultas Birſagia decernendi Sedibus Judiciariis Comitatuum defertur.

Quod alterum Articuli hujus membrum adtinet: Fundamentale fuit illud Hungariæ Inſtitutum, ut unum ſolum Individuum nunquam judicet. Ideo Rex ipſe aliquos Prælatos, & Barones in Judicio ſemper adhibebat; ideo Palatinus, & Judex Curiæ aliquot Aſſeſſores ex omni, adeoque Nobilium etiam Statu convocabat. A paritate hac naturale fuit, ut nec Comes, aut Vice-Comes ſolus procedere, ſed aliquando ſolos Judices Nobilium, alias certos per Comitatum *Electos*, id eſt Aſſeſſores adhibere debuerit. Debuerunt tamen circa tempora Decreti præſentis jam aliqui Comites, & Vice-Comites *privativum* ſibi forum uſurpare, cum id iſthic primum prohibeatur, & illis Judicatus *extra Sedem illorum Judiciariam* interdicatur. Legem hanc in effectum iviſſe, & Vice-Comites, & Judices Nobilium nullam omnino cauſam *privative* cognoſcere potuiſſe, docent Wlad. Decret. II. 12. Decret. III. Art. LXXI. & Decret. V. Art. VII. & VIII. Poſtremi quidem Decreti Art. VII. Moſſoczius, ut alias ſæpius perperam Rubricam hanc præfixit: *Vice Comitum facultas judicandi ad decem Jugera terrarum, pratorum, & ſylvarum* verum *Nigrum*

Digitized by Google

diſerte habet: *In dicta Sede Judiciaria - - - adjudicari poſſint.*

In tertia demum Periodo enatum eſt *Forum* Vice Comitum, & Judicum Nobilium, & Sedria reſpectu ejus *Appellatorium* effecta, uti id pronum foret demonſtrare, niſi nos Animadverſionibus noſtris pro limite primas duas Periodos conſtituiſſemus.

Apparet etiam ex hoc Articulo, quod abuſus ille invehi incæperit, ut Comites, & Vice Comites pro tempore celebrationis Sedriarum harum a Colonis Nobilium Victualia exigant, id quod novum hactenus *Procurationum* genus conſtituebat.

ARTICULUS XXXVII.

Telonia poſt obitum Regis Alberti erecta, aut quorum Proprietarii pontes debite non reparant, abolentur.

„ Item: Omnia Thelonia poſt obitum Imperatoris facta, & inducta aboliantur, ſed alia Thelonia, quæ propter conſervationem pontium fieri conceſſa ſunt, quia hujusmodi pontes bene non conſervantur, ſimiliter aboliantur.

ARTICULUS XXXVIII.

Tributa unice a rebus Mercatus cauſa conductis exigantur.

„ Inſuper, ut a Clericis, & Eccleſiaſticis Viris, & Peregrinis, nec non rebus, & victualibus Nobilium, quæ non mutandi (mercandi) cauſa deferuntur, nullum penitus Tributum exigatur.

Per

Digitized by Google

Per *Tributum* videtur hic *Triceſima* intelligi, & non *Telonium*. Si enim omnes *Peregrini*, ad quos Articulus hic extenditur, a Telonio immunes declarati fuiſſent, ceſſaſſent ſuapte omnia Telonia. Poſtea primum, nempe in Decreto Statuum ſub Gubernatore Szilághi 1458. Art. X. Sacerdotes, & Scholares etiam a Telonio immunes declarati ſunt.

ARTICULUS XXXIX.

Quænam Viæ in eluſionem Telonii deſerviant? per Judices Nobilium determinetur.

„ Item: Si Dominus alicujus Tributi de eo, „ quæ ſint falſæ viæ ſui tributi, litteratorie do„ cere non poterit, ex tunc illud diſcernendum „ committatur Judlium illius Comitatus, in quo „ ipſum tributum exiſtit.

Falſæ viæ illæ vocabantur, per quas Telonium poterat declinari. De hac itaque re Judicium Judicibus Nobilium defertur.

ARTICULUS XL.

Lucrum Cameræ conſveto modo exigatur, & illud etiam cum denariis exolvi poſſit, florenis auri in ſpecie ſolvi non debet.

„ Item: Lucrum Cameræ non plus, quam „ tempore ab antiquo ſolito dicari debet, & „ cum moneta currenti exigatur, nullusque co„ gatur cum florenis auri facere ejusdem ſolu„ tionem.

ARTICULUS XLI.

In Birſagiis una Marca pro 100. *denariis computetur.*

„ Item: Comites, vel Vice-Comites, & Ju„ dices Nobilium, aliique omnes Judices pr„ qualibet una Marca Birſagiorum centum dena„ rios recipere teneantur.

ARTICULUS XLII.

Schæma Taxarum pro Judicialibus Litteris ſtabilitur

§. 1. „ Item: in Capitulis, Conventibu„ redemptiones Litterarum ſolvantur, & reci„ piantur juxta diſpoſitionem in Decreto con„ dam Domini Sigismundi Imperatoris expreſ„ ſam, & ſimiliter ſolutiones viarum Teſtimo„ niis Capitularibus, vel Conventualibus fiendæ „ fiant juxta eandem diſpoſitionem, videlicet „ pro qualibet Littera Evocatoria per ſe, ut pu„ ta: prima, ſecunda, & tertia ſimul cum eo„ rum Notario, & Scriptore ſolvantur ſinguli „ den. viginti quatuor majoris monetæ.

§. 2. „ Item: Pro qualibet Littera Pro„ clamatoria denar. centum.

§. 3. „ Item: Pro qualibet Littera Pro„ curatoria denar. viginti quatuor.

§. 4. „ Similiter pro qualibet Littera Pro„ hibitoria, Proteſtatoria, & aliis ſimilibus, ſi „ patenter emanantur, denar. viginti quatuor; „ ſi vero clauſe, denarii duodecim.

§. 5.

Digitized by Google

§. 5. „ Item: De Faſſionali Littera privi-
„ legialiter emanata denar. centum, patenter ve-
„ ro denar. viginti quatuor, clauſe autem de-
„ narii duodecim.

§. 6. „ Item: De Inquiſitoria patenti, vel
„ clauſa denar. viginti quatuor.

§. 7. „ Item: De Paribus antiquarum Lit-
„ terarum in Conſervatorio requiſitarum Cuſto-
„ di, ſeu Requiſitori pro ſe denar. centum, &
„ pro redemptione Litteræ requiſitæ, ſi non ha-
„ buerit multum de ſcriptura, & patenter con-
„ fecta, denar. viginti quatuor, ſi vero labor
„ ſcribendi erit magnus, & privilegialiter Litte-
„ ra confecta, denarii centum.

§. 8. „ Item: De ſimplicibus tranſcriptis
„ ſimiliter fiat.

§. 9. „ Item: De Littera Statutoria, in
„ qua contradictio facta fuerit, den. viginti quatu-
„ or, in aliis autem perpetuis contradictione
„ nulla facta recipiantur ſecundum quantitatem
„ Poſſeſſionis, & numerum Seſſionum, videlicet;
„ de Seſſione una, duabus, tribus vel quatuor,
„ in toto denarii centum, ubi autem fuerint ul-
„ tra quatuor Seſſiones uſque ad decem; pro
„ qualibet Seſſione denar. triginta tres, ubi ve-
„ ro fuerint ultra decem uſque viginti, de
„ qualibet Seſſione viginti quatuor, ubi autem
„ fuerint ultra viginti, uſque ad centum, de
„ qualibet Seſſione denar. duodecim; ſi vero

Digitized by Google

„ fuerint ultra centum, uſque quaque de quali-
„ bet Seſſione denarii octo.

§. 10. „ Item: De Litteris Reambulatoriis
„ metalibus, in quibus Contradictio, & Evoca-
„ tio facta non fuerit, denar. viginti quatuor;
„ in Reambulationibus autem, in quibus ſimplex
„ conſignatio, vel finalis metarum erectio cum
„ juramento ſuper terram in forma judiciaria,
„ aut Partibus concordantibus facta fuerit, pro
„ redemptione Litteræ denar. quadringenti; Par-
„ tibus autem ibidem diſcordantibus, ubi cauſa
„ ad Curiam Regiam reducta fuerit, pro Litte-
„ ris denar. ducenti.

§. 11. „ Item: De communi Inquiſitione
„ ordine judiciario commiſſa denar centum.

§. 12. „ Item: De reviſione poſſeſſionariæ
„ occupationis denar. centum.

§. 13. „ Item: De occupationibus Poſſeſ-
„ ſionum hominum in Sententia capitali convi-
„ ctorum, & rerum ablationibus judiciaria com-
„ miſſione mediante fiendis de rebus ablatis ex
„ antiqua conſvetudine Capitulum habebit deci-
„ mam partem, & pro redemptione Litteræ cen-
„ tum denar.

§. 14. „ Item: De æſtimationibus Poſſeſ-
„ ſionariis judiciaria Commiſſione fiendis denar.
„ centum.

§. 15. „ Item: De Poſſeſſionibus diviſio-
„ nariis, de ſingulis Poſſeſſionibus diviſis ſingu-
„ li denarii centum.

§. 16.

Digitized by Google

§. 16. „ Item: De Expeditoria Juramen-
„ tali denar. viginti quatuor, Juramentali autem
„ continenti nomina Conjuratorum denar. cen-
„ tum.

§. 17. „ Item: De ſolutionibus pecuniali-
„ bus coram Capitulis, vel Conventibus, vel
„ eorum Teſtimoniis fieri ſolitis, Capitulum vel
„ Conventus Decimam & Nonam partes exigere,
„ non poſſunt, niſi quando propter diſcordiam
„ Partium apud ipſos hujusmodi pecunia repo-
„ ſita fuerit, de quibus Decima & Nona reci-
„ piantur, ad illius tamen Partis rationem, quæ
„ cauſam dedit pecuniæ reponendi.

§. 18. „ Perſonis autem teſtimonialibus
„ Capitulorum, & Conventuum pro ſingulis
„ diebus, quibus in itinere fidedignitatis pro-
„ ceſſerint, ſolvantur ſinguli duodecim denarii
„ majores, ſive in equis propriis, vel Cauſan-
„ tium ducantur, in expenſis tamen Cauſantium
„ duci debeant, & reduci.

§. 19. „ Capitula autem, & Conventus in
„ præmiſſis contrarium facientia per Regiam
„ Majeſtatem, aut Gubernatorem, Conſiliarios-
„ que deputatos Sigillis priventur eo facto, nec
„ unquam hujusmodi loca valeant Sigillum ha-
„ bere ultra.

Hic de verbo ferme ad verbum deſcribitur Arti-culus X. Sigis. Decr. VI. Ut combinatio facilius in-ſtitui poſſit, dedimus ſingulo Paragrapho illum nume-rum, quem in Decreto Sigismundæo habet. Et ex his apparet, quod tota differentia in eo verſetur, quod

Digitized by Google

qui in Sigismundæo Decreto eſt 12. hic ſit 13. Paragraphus, & viciſſim; item quod Sigismundæi 16. & 17 hic in unum Paragraphum compacti ſint.

Mirum videtur, quod regulatio Taxarum, minoris etiam, & majoris Cancellariæ, quæ in Sigismundæo Decreto Articulis XI. & XII. continetur, perinde aut confirmata, aut modificata non ſit.

ARTICULUS XLIII.

Qui commiſſum curæ ſuæ per aliquem Regnicolam Caſtrum prodiderit, notam Infidelitatis incurrat, & ubique capi poſſit.

„ Item: Nobiles, vel Ignobiles, qui alte-
„ rius Caſtra, vel Fortalitia, ſeu domos Domi-
„ norum ſuorum quorumcunque alteri tradide-
„ rint, Infideles habeantur, idemque Dominus,
„ cujus ſic Caſtrum traditum fuerit, hujusmodi
„ Traditorem ubicunque capiendi habeat poteſta-
„ tem.

Caſtellanus ejusmodi fuit Officialis Proprietarii Caſtri, adeoque qua talis poterat utique a Domino ſuo comprehendi.

ARTICULUS XLIV.

Norma eligendi, ſi caſus ferat, Regis præſcribitur.

„ Item: Si Dominum Regem quocunque
„ tempore decedere contingat, extunc Domini
„ Prælati, & Barones in Electione novi Regis
„ inter ſe diſpares eſſe non debent, ſed de ſin-
„ gulis Comitatibus certos Nobiles convocare
„ facientes, cum eisdem unanimiter faciant Ele-
„ ctionem.

Ad

Ad impediendos, qui occaſione Electionis novi Regis enaſci ſolent tumultus, ſtatuunt hic Status, ut talis Diæta non viritim, ſed per Nuncios Comitatuum convocetur. Medium tamen hoc ad obtinendum ſcopum inſufficiens fuit. Debuiſſent inſuper ſtatuere, ut nemo cum comitiva armata ad Diætam comparere auſit, uti in prima poſt Articulum hunc Electione Szilághius fecit, qui 30. prope millia ſecum adduxit. Et ne Potentiores Legem hanc eludant, conſtitui debuiſſet, ut ſi quis minorem militum manum, quam Status coercere poterunt, adduxerit, ſtatim in pœna Perduellionis convincatur. Si majorem, Palatinus ſtatim Diætam diſſolvat, & contra talem generalem Inſurrectionem decernat. Verum munus Palatini necdum ad hunc dignitatis apicem evectum fuit; Statibus juſtam pro caſu *Interregni* normam conſtituere, necdum in mentem venit.

ARTICULUS XLV.

Diæta omni anno pro die Pentecoſtes celebranda ordinatur, & tunc tam Gubernator, quam alii Officia ſua novæ Statuum Electioni ſubmittere debeant.

„ Item: Quod ſingulis annis ad Feſtum Pen-
„ tecoſtes omnes Prælati, Barones, Magnates,
„ & Nobiles Regni, demptis Nobilibus, nullum
„ Jobbagyonem, aut minus, quam viginti Jobbagy-
„ ones habentibus, in eademque die, & loco Gu-
„ bernator ipſe Officium Gubernatoris, ceterique
„ Barones, & Conſiliarii Honorem, & Officia i-
„ pſorum deponent, tractentque ibidem ulterius
„ de factis Regni.

Hic

Hic primum fixus Diætæ Terminus ſtabilitur. E vero ſequenti anno 1448. Peſthini Diætam celebrata tam fuiſſe, quæ juxta factam a nobis ad Præfationem præſentis Decreti ſub littera *a*) obſervationem feri 2 poſt Feſtum Corporis Chriſti terminata eſt, adeoqu circa Feſtum Pentecoſtes agi debuit. Quod 1449. & 1450. Diæta iterum Peſthini celebrata, & utraque in Junio, adeoque circa Feſtum Pentecoſtes acta ſit, prolatis in Veſtigiis Comitior. Pag. 273. Litteris apparet. Celebratorum 1451. & 1452. formalium Comitiorum nulla quidem hactenus certa veſtigia deprehendimus, vix tamen dubitare licet, quin lata ſemel hac Lege Hunyadius propriæ etiam ſecuritatis cauſa eam effectuaverit. 1453. 1454. Ladislaus ipſe jam Diætas celebravit. De anno 1455. necdum liquet, quæ enim in Veſtigiis Comitior. Pag. 286. pro eo afferuntur Litteræ, non *Diætam*, ſed Conventum Prælatorum indicant, quales Hunyadium ad evitandum Art. VII. Decreti hujus memoratum *Conſilium*, frequentes celebraſſe in Nota ad eundem jam obſervavimus. Anno 1456. & 1457. Comitia per eundem Regem indicta fuiſſe in Veſt. Comit. a pag. 286. usque 290. pragmatice oſtenſum eſt. An re ipſa acta fuerint? necdum eſt in comperto. Anno 1458. Status Legem, quam commentamur, per Art. XIII. denuo renovarunt. De Anno 1459. prolatum eſt Decretum in Veſt. Comit. Pag. 335. quod in Corpore Juris deſideratur. De Anno 1460. & 1461. necdum liquet. Nam quod in Veſt. Comit. Pag. 357. producitur Inſtrumentum iterum non *Diætam*, ſed Prælatorum, & Baronum Conventum denotat. De Anno 1462. Decretum in Corpore Juris exſtat ſequenti Anno 1463. Comitia Budæ celebrata eſſe in Veſt. Comit. Pag. 367. & 368. oſtenſum eſt. Decretum Anni 1464. Corpus Juris exhibet. De Anno 1465. & 1466. necdum liquet. Quod 1467. Diæta celebrata fuerit, in Veſtigiis Comit. a Pag. 372. usque 376. remonſtratum eſt, & infra Fragmentum editi in illa De-

Digitized by Google

Decreti producetur, Comitiorum 1468. actorum ineditum hactenus Decretum infra proferetur. De Anno 1469. non conſtat. Anni e converſo 1470 Decretum, quod in Corpore Juris noncontinetur, in Veſt. Comit. Pag. 383. prolatum eſt. Itaque inter duodecim a renovata, quam commentamur Lege annos, de quinque tantum annis non conſtat, an iis Comitia re ipſa celebrata fuerint, & tamen 1471. Status eandem per Articulum I. renovarunt; cum tamen ibi addatur: *ſi exigat neceſſitas*, videntur ipſi a rigore *annuarum* Diætarum receſſiſſe. Quod 1472. Diætarum frequentiam ſibi onerosam eſſe Status declaraverint, & ideo ejus celebrationem ad biennium diſtulerint, videbimus e producendi infra inediti hactenus hujus anni Decreti Art. XIII. ſub Wladis. Decr. III. A. I. celebratio eorum ad triennium prorogatur. Tandem ſub Ludovico II. 1526. Art. XVI. caverunt plane Status, ne Diætæ (extra ſolitum tempus) *niſi in urgenti neceſſitate* celebrentur.

Quod alterum Articuli hujus membrum adtinet. Vidimus ad Art. II. quod jam in Comitiis 1446. quibus Hunyadi Gubernator electus fuit, omnes Officia ſua reſignare, et novæ Statuum collationi ſubſternere debuerint. Potuit id quodammodo excuſari per ea, quæ in Nota ad Art V. Decreti 1445. diximus, nimirum quia partita inter ſeptem Capitaneos Regni Adminiſtratione ſingulo in diſtrictu ſuo hanc facultatem concedere anceps videbatur, & quia Hunyadius, & Ujlakius adhuc qua ſimplices Capitanei Jus hoc ab Imperatore Friderico, adeoque peregrino Principe *illegitime* impetraverant. Nunc prædito jam Pro-Regia Authoritate Gubernatore, Officia ad annuam Statuum collationem revocare fuit ipſam *Conſtitutionis* Hungaricæ baſim movere. In hac enim collatio Officiorum, ad poteſtatem *Executivam*, adeoque Principem ſemper pertinebat. Sed nec ſibi ipſi Status conſtiterunt. Vidimus enim ſupra Art. V. quod Eccleſiaſtica majora Beneficia conferendi poteſtatem cum aſſenſu Conſilii

Gu-

Digitized by Google

Gubernatori nihilominus contulerint Bona Hungariæ fortuna evenit, quod Lex hæc in effectum non ſit deducta. Factæ enim per Status 1446. Officiorum collationis exemplum re ipſa exſtat, uti id in provocata jam Nota ad Diætæ 1445. Art. V. oſtendimus. De annua Gubernatoris reſignatione, factaque per Statu ſubſequis Gubernatoratus Hunyadiani annis Officiorum collatione nullum adhuc Veſtigium deprehenſum eſt & ſi unquam Decreta ſubſequentium hanc Legem annorum proferantur, tuto ominari præſummo, quod nullum in iis ejus rei indicium exſtabit. Hunyadium enim, ſi Gyskram, & ejus Aſſeclas excipias, reliquos Regnicolas utcunque in concordia continuiſſe conſtat. Quod ſi vero Status Officia ſingulo anno diſtribuiſſent, debuiſſet id ipſum diſſenſiones, exulcerationem animorum internas denique diſcordias generare. Triviale quippe Statiſticæ principium eſt, quod ſi Status penes *Legislativam* etiam *Executivam* poteſtatem arripiant, id ducat ad *Ariſtocraticum Deſpotismum*, in quo cum frequentes inter Dæmagogos colliſiones evenire ſoleant, debet ille demum in *Bellum Inteſtinum* reſolvi.

ARTICULUS XLVI.

Faſſiones coactæ irritantur.

„ Item: Quod omnes faſſiones per quos-„ cunque in captivitate, vel aliter jure, vel co-„ actæ factæ ſimiliter cum Litteris ſuperinde con-„ fectis caſſæ habeantur.

ARTICULUS XLVII.

Taxa Statutoriarum defigitur.

„ Item: De Litteris Statutoriis reſignata-„ rum Poſſeſſionum, vel Caſtrorum, ſeu quo-

„ rum-

„ rumcunque Jurium poſſeſſionariorum, his diſtur-
„ biorum temporibus occupatorum Capitulum, vel
„ Conventus non plus, quam unum florenum
„ auri recipiat, vel valorem floreni.

ARTICULUS XLVIII.

Occupatores Bonorum Regiorum pœna notæ Infidelitatis plectantur.

„ Item: Si quis Caſtra, aut Caſtella, ſeu
„ Poſſeſſiones etiam reſignatas iterum occupa-
„ ret, pœnam infidelitatis incurrat, & per ſu-
„ um Judicem ſuperinde ſententietur.

ARTICULUS XLIX.

Qui alterius, quam jam electi Ladislai Poſthumi Principis partes ſecutus fuerit, nota Infidelitatis plectatur, nec eidem ipſius Regis gratia ſuffragari poſſit.

„ Item: Cum partialitas ſit mater diſcordiæ,
„ & guerrarum, ob hoc ſtatuimus, ut nullus ex
„ Regnicolis noſtris, cujuscunque Status exiſtant,
„ pro quæſtu Principis, cum Principem pari vo-
„ luntate electum habeamus, directe vel indi-
„ recte, palam vel occulte, aliquibus forenſibus
„ Principibus, ſeu aliis cujusvis Status hominibus
„ præter voluntatem communitatis Regnicolarum,
„ de medio eorumdem ſe excipiendo, adhærere,
„ aut partialitatem in hoc Regno practicare, aut
„ facere quoquomodo præſumat, ſed ſi qui, quod
„ abſit, præſumpſerit contra Communitatem, no-

„ ta

Digitized by Google

„ ta perpetuæ Infidelitatis eo ipſo ſit gravatus
„ cui nec Rex, nec Gubernator præter ſcitum
„ & voluntatem ipſius Communitatis gratian
„ facere valeat, atque poſſit.

Obſcure enunciato hoc Articulo id vetatur, n quis de alio Principe Throno Hungariæ admovend machinationes ſuſcipere auſit, cum Ladislaus com muni jam conſenſu in Regem receptus ſit. Videtu ille Laurentium Hedervara Palatinum potiſſimum ſe riiſſe, de hoc enim Æneas Sylvius ita narrat: *Rumo rem in populos divulgat, ſe jam cum Duce Burgun diæ conveniſſe, ut ejus filium navigio in Hungarian transmittat.*

ARTICULUS L.

Eccleſiaſtici, qui Beneficium aliquod in Hungaria a Curia Romana impetraverint, vel aliquem ad hanc in 1. Inſtantia evocaverint, Infideles declarantur, & exilio plectendi decernuntur.

„ Item: Quanta mala, & diſcordiæ ex
„ proviſionibus Eccleſiarum Cathedralium, Col-
„ legiatarumque, & aliarum dignitatum, ac Be-
„ neficiorum Eccleſiaſticorum per Sedem Apo-
„ ſtolicam præter voluntatem noſtram factis in
„ hoc Regno exorta fuerint, & ſint, peroptime
„ clareret, ſtatuimus, ut nullus omnino Clerico-
„ rum, ſeu Religioſorum Virorum absque præ-
„ ſentatione, & nominatione Regis, vel noſtra
„ aliquam Eccleſiam Cathedralem, vel quodcun-
„ que Beneficium Eccleſiaſticum ſibi per Sedem
„ Apoſtolicam conferri, & ſe in eisdem conſe-
„ crari facere, ac etiam aliquem Regnicolarum
„ ad

„ ad Curiam Romanam ſeu extra hoc Regnum, „ niſi per viam appellationis citare audeat quoquomodo, contrarium facientes infideles, & „ exules Regni habeantur.

Apparet & hinc, & e pluribus Hunyady Litteris, quod hic ſub ipſo etiam Interregno Jus Patronatus Regum Hungariæ ſtrenue tutatus ſit. Cæterum Lege hac renovatur Wladislai I. Articulus V. quem ſupra commentati ſumus.

ARTICULUS LI.

Nemo defendere audeat aliquem judicialiter jam condemnatum; Gubernator vero non niſi poſtquam cum adverſa Parte transegit, eidem gratiam facere poſſit.

„ Item: Gubernator nulli ſententiato, aut „ proſctipto, ſeu alicui Malefactori gratiam fa„ cere valeat, niſi præfixo termino in tali„ bus conſveto læſo, & Parti adverſæ ſatis„ factio impendatur. Quibus quidem ſententia„ tis, & aliis prætactis nullus hoſpitalitatem te„ neat, aut eos defendat quoquomodo, qui ſi „ fecerit, ſimiliter notam maleficii incurrat eo „ facto.

ARTICULUS LII.

Norma Decimas, & quidem in natura exigendi præſcribitur.

„ Item: Quia hactenus propter frequentem va„ riationem, vel depravationem monetarum in exa„ ctione Decimarum diverſæ controverſiæ fieri con„ ſveverunt, ideo gratia removendi hujusmodi con„ troverſiarum, ſtatuimus, ut deinceps omnes Deci-

„ mæ,

„ mæ, quæ usque modo in pecunia ſecundum con
„ ſvetudinem Diœceſium unius cujusque Archiep
„ ſcopatus, & Epiſcopatus ſolvi conſueverunt, d
„ rebus ipſis in ſpecie eisdem Dominis Prælatis, &
„ his, quibus hujusmodi Decimæ de Jure, ve
„ conſvetudine debentur, exſolvantur. Ita vide
„ licet de frugibus, & bladis in campo in ca
„ petiis, & manipulis congregatis ſine fraude, a
„ dampno aliquali in ipſis capetiis, & manipuli
„ Decimæ ipſæ perſolvantur. Pecora autem, &
„ cetera animalia per Villanos, & alios quoscun
„ que ad loca agrorum, in quibus hujusmod
„ Decimæ jacuerint, infra tempus conſvetum uniu
„ cujusque Villæ, hactenus in talibus obſerva
„ tum nullatenus admittantur, alioquin hi
„ quibus hujusmodi dampna fuerint irrogata, ea
„ dem valeant Jure mediante recuperare; vel cum
„ plures eſſe perhibeantur Diœceſes, in quibu
„ hactenus de pullis, ac cæteris aliis animali
„ bus, nec non rebus Decimæ ſolvi fuerunt con
„ ſvetæ, in eisdem rebus, igitur decrevimus
„ ut & deinceps in illis Diœceſibus, & loci
„ de præſcriptis rebus in ſpecie Decimæ ipſæ per
„ ſolvantur.

Patet hinc, quod hac adhuc ætate Decimæ plan ab *Altilibus* deſumptæ fuerint. Cæterum primævum hoc fuit Regni inſtitutum, ut Decimæ *in natura* exigantur. Debuit jam circa hoc tempus uſus invaluiſſe ut redimantur. Ideo enim tantum illæ iterum ad naturam hic reducuntur, quia circa monetam, qua redimebantur, variæ controverſiæ enaſcebantur.

ARTI-

ARTICULUS LIII.

Moneta ad ſtabilitam in Diæta Peſthienſi formam cudatur; alia in Regno non acceptetur: & forma hæc non niſi cum conſenſu Statuum mutari poſſit.

„ Item: Cuſio ' monetæ reduci debeat ad „ priorem ſtatum, prout decretatum, & ordinatum per nos fuerat in noviſſima noſtra Congregatione Peſtienſi 1) ita quod ſinguli ducenti „ denarii unum florenum auri valeant, & repræſentent, cujus ſcilicet monetæ tertia pars argentum exiſtat, quæ nunquam immutari poſſit, niſi cum conſenſu totius Communitatis, „ nullaque alia moneta intra ambitum Regni „ cudi, & etiam curſum habere poſſit, qua tam „ lucrum Cameræ, quam etiam alii proventus „ ab antiquo in moneta parva ſolvi conſveti, „ ſolvantur.

Provocatur hic ad noviſſimam Diætam Peſtienſem. Hæc ut jam in Nota ad Præfationem præſentis Decreti ſub *b*) obſervavimus, nulla alia fuit, quam 1446. qua Hunyadi in Gubernatorem electus eſt. Et tamen nullus Diætæ hujus Articulus de moneta ſonat. Nimirum recte obſervatum eſt in Veſt. Comit. Pag. 260. quod complura in Diætis concluſa fuerint, quæ in Articulos non referebantur.

Cæterum provocatæ jam in Nota ad Articulum VIII. Decreti de 1445. Hunyadi Litteræ, eodem hoc anno in feſto Lucæ emanatæ, hiatum Articuli hujus oportune explicant. Nimirum apparet inde, quod hiatus hic nil aliud poſſit continere, quam quod denarii majores 200. minores 400. florenum efficiant.

Digitized by Google

Cæterum viguit hic ab olim in Legiſlatione Hun garica nævus, quod illa omnem extraneam monetar ſemper excluſerit. Per hoc enim circulantis pecuni: maſſam notabiliter imminuit. Verum temporibus illi ars monetaria necdum eo provecta fuit, ut moneta rii externas monetas ad juſtum valorem, & propor tionem domeſticæ reducere ſciviſſent.

Denique ex hoc quoque Articulo patet, quod nor tantum *de Valore*, ſed & de *Forma* monetæ ii Diætis actum fuerit, dicitur enim: *Cujus monetæ - - nunquam immutari poſſit*, *niſi cum conſenſu totiu Communitatis*.

1) In Conſtitutionibus Peſtienſibus Anni 1446. nullu Articulus hac de re occurrit, quæ tamen in Præ fatione hujus vocatur *Noviſſima Peſtienſis Con gregatio generalis circa Feſtum Pentecoſtes pro xime elapſum celebrata*, unde patet nullam inter mediam interveniſſe, in qua de moneta conſtitu potuiſſet. Plura itaque ibi tractata ſunt, quæ ii Articulos relata non erant, uti & indictio huju Diætæ ad Feſt. SS. Trinitatis. Quemadmodum ir Convocatoriis aſſeritur.

ARTICULUS LIV.

Inſpectores cudendæ monetæ per Status eligantur.

„ Ad cujus quidem monetæ cuſionem, & „ incentamenta prudentes, experti, & fideles ho „ mines de Civitatibus per totam Communita „ tem Regnicolarum eligi, & deputari debeant, „ qui favore, vel timore, ſeu aliqua ambitioſita „ te quorumdam Magnatum, & Potentum hujus „ modi monetam vilificare, depravare, & im

„ mu-

Digitized by Google

„ mutare nullatenus præſumant, de quibus tem-
„ pore ſuo tota Communitas Regnicolarum, vel
„ hi, quos ipſa Communitas ad id deputaverit,
„ rationem recipere valeant, atque poſſint. Ut
„ autem ipſi, qui ad hujusmodi cuſionem mo-
„ netæ fuerint deputati, contra præmiſſa, ſeu a-
„ liquod præmiſſorum fecerint, ex tunc pœna
„ alias in talibus conſveta irremiſſibiliter plectan-
„ tur.

ARTICULUS LV.

Fora Ecclesiaſtica ad cognoſcendas Seculares cauſas ſe non ingerant.

„ Item: Nullus Archiepiſcoporum, & Epi-
„ ſcoporum, vel eorum Vicariorum de Judicio
„ ſeculari ſe intromittant, ſed ſolum quod ad Fo-
„ rum ipſorum eccleſiaſticum ſpectat, contractent.

Debuit Forum eccleſiaſticum jam ſub Sigismundo limites activitatis ſuæ exceſſiſſe. Jam enim hujus Decr. II. Art. XIV. & Decr. III. Art. XII. a cognoſcendis profanis cauſis inhibetur. Et hæc diſpoſitio præſenti etiam Articulo renovatur. Omnes tamen hæ Leges in abſtracto tantum loquuntur, ſub Mathia I. jam ad ſpecifica deſcenſum eſt, & cœperunt determinari cauſæ, quæ ad Forum hoc pertineant, 1462. Art. III. 1464. Art XVI. Item Wlad. Decr. I. Art XLVI. ſed quam feliciter, non eſt loci hujus disquirere. Quo tamen titulo cauſæ *Dotum Paraphernorum*, & *Quartalitiorum*, ac præſertim *Perjurii* in ſe Criminales cauſæ, imo ipſæ *extrinſecarum Teſtamenti ſolemnitatum* ad Forum eccleſiaſticum relegari potuerunt, non facile aſſequi licet. Ex Wladislai Decr. III. Articulo LXII. apparet, quod jam ipſas *Jurium poſſeſſionariorum*, id

 eſt,

Digitized by Google

eſt, e Jure radicali motas cauſas ad ſe pertrahere cœperit.

ARTICULUS LVI.

Vacantia Eccleſiaſtica Beneficia per Gubernatorem ſtatim conferantur.

„ Gubernator Eccleſias vacantes tempore „ debito cum Conſiliariis Deputatis, perſonis „ idoneis juxta traditam ſibi poteſtatem conferat; „ ne eædem per longam vacationem ad irrecu„ perabile dampnum incidant, & ruinam, & ne„ que ipſas Eccleſias vacantes per manus Layca„ les faciat occupare, Poſſeſſionesque, & Bona „ eorumdem detinere.

ARTICULUS LVII.

Abbatiæ tantum Religioſis concernentis Ordinis conferantur.

„ Volumus autem, ut Eccleſiæ Religioſorum „ Virorum vacantes, & vacaturas idoneis, & „ Religioſis Viris, habitum illius Ordinis haben„ tibus, cujus ipſæ vacantes, & vacaturæ exi„ ſterent, ſeu exſtiterint, conferat, atque donet.

ARTICULUS LVIII.

Qui in progreſſu Exercitus ſpolia commiſerint, brevi Litis proceſſu cum Inſinuatione in facto Potentiæ convincantur.

„ Item: In exercituali progreſſu ſpoliatio„ nes, rapinæ, & exactiones victualium, ac in„ juſtæ verberationes hominum non committan„ tur,

Digitized by Google

„ tur, nam ſi per quempiam hujusmodi ſpo-
„ liationes, rapinæ, & verberationes fuerint per-
„ petratæ, fiat contra eos Evocatio cum Inſi-
„ nuatione, quarum veritate comperta in primis
„ Octavis tales in facto Potentiæ convincantur.

ARTICULUS LIX.

Qui vero tantum Victualia extorſerint, eodem Proceſſu ad reſtitutionem damni, & expenſas Litis condemnentur.

„ Exactores vero victualium tam exercitu-
„ ando, quam etiam alias quocunque proficiſcen-
„ do, cujuscunque ſtatus, & præminentiæ exi-
„ ſtant, ſimiliter evocentur cum Inſinuatione,
„ quorum veritate comperta, tales condemnen-
„ tur ad valorem victualium ablatorum, ac ex-
„ penſas in proſecutionem hujusmodi cauſæ per
„ Actorem factas cum ſolius Juramento recipien'.

ARTICULUS LX.

Magnates dum peregrinantur, gratuitum hoſpitium apud Nobiles non uſurpent.

„ Item: Potentes, & Magnates tam in
„ progreſſu exercituali, quam alias per Regnum
„ hujusmodi hinc inde peragrantes in domibus
„ Nobilium, ſive locupletum, ſive pauperum
„ non deſcendant.

In prima Periodo contra *Descenſus* Regum Leges condi debuerunt. In 2. abuſum hunc Potentiores privatos exercuiſſe, & ex hac, & ex pluribus ſubſequis Legibus apparet.

ARTICULUS LXI.

Etiam Impoſſeſſionati Nobiles a præſtatione Decima ſint immunes.

„ Item: Nobiles tam Jobbagyiones habentes, „ quam non habentes Decimam, & lucrum „ Cameræ ſolvere non teneantur, prout „ ab antiquo fuit obſervatum.

„ In quorum omnium, & ſingulorum præ- „ miſſorum robur, atque teſtimonium præſentes „ Litteras Sigillo noſtræ Univerſitatis fecimus „ communiri. Datum Budæ, in Feſto Annun- „ ciationis Beatæ Mariæ Virginis, Anno Domini „ M. CCCC XL. ſeptimo.

Apparet ex Edicto Statuum e Diæta 1446. edito, & in Veſt. Comitior. Pag. 260. prolato, quod licet in Articulis hujus Diætæ nihil ea de re contineatur, Status tamen ipſos *Impoſſeſſionatos Nobiles* lucro Cameræ ita ſubjecerint, ut quatuor Nobiles unum Florenum dependere debeant.

Et hæc Ordinatio præſenti Articulo revocatur ea de cauſa, quia antiquum uſum Ordinationi illi contrarium fuiſſe compertum eſt. En novum iterum exemplum, quod complura in Diætis determinata fuerint, quæ in Articulos non referebantur.

Harum Conſtitutionum Art. LIII. reſpicit mandatum Joann. de Hunyad de acceptanda nova moneta. Ex Decreto Comitiorum Poſonii cudenda, & nulla alia antiqua; datum in Karaan in Feſto B. Lucæ Evangeliſtæ. A. D. 1447. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIII. p. 551.

Cum id quaſi generatim obtineat, ut Conſtitutiones in fine Comitiorum confirmentur, hæc ex dato Con-

Digitized by Google

Conſtitutionum in Feſto Annunciationis B. M. V. ſeu die 25. Martii terminata eſſe videri poteſt.

Conſtitutiones quidem iſtæ ſubſcriptæ ſunt *Budæ*, ſed Comitia ipſa Peſtinum indicta fuiſſe patet ex productis Convocatoriis ad eadem Litteris, ibique celebrata eſſe, omnia reliqua Veſtigia teſtantur.

Alia igitur ab hac diſtincta Conventio generalis fuerit, in qua pœnæ, & mulctæ in Invaſores ſubditorum Romanorum Regis conſtitutæ ſunt, ut ex Pray Annal. P. III. p. 60. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIII. p. 541. habent Litteræ Oratorum ad Fridericum Rom. Imper. ad conficiendam pacem miſſorum omnibus, & ſingulis præcipue Prælatis, Baronibus, Comitibus, Capitaneis, Nobilibus, Militibus, Civitatibus, & Oppidis, & cujuscunque ſtatus, vel conditionis hominibus, Civibus, & Incolis Regni Hungariæ, ut quum inter Fridericum Imp. & Regnum Hung. pax a SS. Corporis Chriſti Feſto ad duos annos concluſa ſit, ne quisquam terras illius hoſtiliter invadat.

„ Sub pœnis, & mulctis illis, *quæ Conventione generali in Vetere Buda* in antea conſtituta ſunt „ - - - Dat. in Rackelspurg Feria V. prox. poſt „ Feſtum Pentecoſtes. A. D. 1447.

Alia itidem ab utrisque iſtis illa Comitia fuerint, quorum Inſtrumentum in Veſt. Comitior. p. 265. produxi, quod ex eodem fonte etiam Katona Hiſt. Crit. T. XIII. p. 545. deſumtum edidit. Fuiſſe autem illa generalia Comitia non ſolum multitudo nominatorum ibi Procerum, & Ablegatorum, ſed etiam ſequentes clauſulæ manifeſtant.

„ Electi Nuncii ad præſentem Conventum noſtrum. “

„ Nobis in ipſa noſtra Conventione hic Budæ celebrata conſtitutis de, & ſuper his, quæ quieti, „ & tranquillo ſtatui ipſius Regni noſtri Hungariæ utilia, & commoda eſſent, tractantibus. “

„ Nos de communi arbitrio, & voluntate, ac no„ ſtri, & totius Regni, ac Regnicolarum nomi„ nibus, & perſonis ipſum - - - reddimus „ quietum.

Mirum tamen eſt, hic non ad Decretum Comitiorum hujus anni Feſti B. Gregorii, vel Annunciationis, ſed ad anni præteriti 1446. provocari ſequenti clauſula:

„ Quia in ſerie generalis Decreti Regnicolarum an„ ni proxime præteriti expreſſum eſt, & declara„ tum, ut Gubernator hujus Regni Caſtra, & „ Civitates Regales, & Reginales intrandi, in „ eisdemque ſtandi, pauſandi, & morandi libe„ ram habeat facultatem.

Ad hoc Inſtrumentum ſequentem operoſam, ſed non otioſam, quam ideo hic refero animadverſionem fecit Katona Hiſt. Crit. T. XIII. p. 552.

„ Inter Ablegatos Comitatuum plerumque quater„ nos non comparent Aradien. Arven. Chana„ dien. Chongradien. Gömörien. Kraſſovien. Kraſz„ nen. Marmaroſien. Moſonien. Strigonien. Sza„ ladien. Szathmarien. Szolnokien. Tornen. Ugo„ chien. Zolien. (adeoque 16. Comitatuum) quod „ fortaſſis partim a Bohemis, partim ab Auſtria„ cis tenerentur, ac etiam a Turcis nonnulli de„ tinerentur; Hungariæ contra Comitatibus accen„ ſentur de Poſega, de Valko, de Verôcze; „ nulla vero mentio, Criſienſis, Sirmienſis, Va„ rasdinenſis, Zagrabienſis occurrit, quos fortaſſe „ Cillejenſes Comites detinuerunt. Ex Epiſcopis „ non nominatur Auguſtinus Jaurinenſis, Mathias „ Veſzprimienſis, Joannes Varadienſis, Mathæus „ Tranſylvanienſis; nullus item Chanadienſis, Syr„ mienſis, Zagrabienſis.“

Joan-

Joannes de Hunyad Regni Hung. Gubernator in Litteris Inquiſitoriis ad Capitulum Chasmenſe pro Capitulo Zagrabienſi contra Clementem Parvum de Mykchouch inter Collect. Dipl. Joſephi Hajnoczy ex Originali deſcriptis Congregationis, & generalis Decreti Peſtienſis Anni 1447. ſequentibus meminit:

„ Admoneat eundem, dicatque, & committat eidem
„ verbo noſtro, ut ipſe juxta vim, & formam no-
„ væ generalis Diſpoſitionis, & Decreti Peſthi-
„ enſis ſuperinde editi, & ſtabiliti præſcriptam
„ particulam terræ modo præmiſſo temporibus in
„ prædictis per ipſum occupatam, eidem Capitu-
„ lo remittere - - - debeat, & teneatur - - -
„ Dat. Budæ Sabbatho prox. ante Dominicam
„ Ramis Palmarum A. D. 1447.

Reliqua data Diplomatica, & clauſulæ hujus Anni Comitia concernentes, vel ad notitiam adminiſtrationis Reip. facientes ſequentes ſunt.

In Litteris quærulofis Comitatus Zagrabienſis contra Joan. de Zekel, quas in Veſt. Comit. p. 263. commemoravi, & Katona Hiſt. Crit. T. XIII. p. 533. produxit.

„ Spectabiles Magnifici Viri, cæterique Regni Hun-
„ gariæ Nobiles, Domini honorandi, fidele ob-
„ ſequium cum promptitudine famulatus - - -
„ ſuper quo rogamus ipſas VV. Magnificentias,
„ quatenus præfatas Poſſeſſiones - - - juxta
„ vim, & formam Decreti, nunc per veſtram
„ Univerſitatem Nobilium Regni Hungariæ ſtabi-
„ liti, & ordinati, eisdem exponentibus remitti,
„ & reſtitui facere dignemini - - - Zagra-
„ biæ in Octavis Feſti Epiphaniarum Domini pro-
„ xime præteriti A. 1447.

Quale Decretum hic provocetur, non perſpicio. Niſi Conſtitutiones anni 1446. infra Octavas Pentecoſtes, quæ quidem pridem præceſſerunt, quo minus ſub De-

Digitized by Google

Decreto nunc ordinato intelligi poſſe videantur, & tamen manifeſtum eſt, hic ad Articulum II. illarum provocari, nam hujus anni 1447. Conſtitutiones, quas præmiſi, nondum conditæ erant, medio autem tempore nulla Comitia interceſſiſſe, patet ex Præfatione ad easdem.

Prælati, Barones, Nobiles, & Proceres Regni Hungariæ univerſi præbent conſenſum ſuper donatione cujusdam Poſſeſſionis pro Paulinis in Croatia facta.

„ Unde nos ob devotionem, & ſpecialem affectio-
„ nem quam ad glorioſſiſſimam Dei Genitricem
„ V. M. Patronam hujus Regni noſtri, & cuncti
„ populi Chriſtiani Advocatam, in cujus nomi-
„ ne prædictum Clauſtrum dedicatum fore per-
„ hibetur, gerimus, præſcriptis Donationi, &
„ Statutioni prætactæ Poſſeſſionis - - - ſi, &
„ in quantum ea rite, & legitime facta exſtite-
„ runt, viribusque ejusmodi Donationalium, &
„ Statutoriarum veritas ſuffragatur, noſtrum con-
„ ſenſum præbuimus - - - benevolum - - -
„ ſalvis Juribus alienis, harum noſtrarum, qui-
„ bus Sigillum noſtræ Univerſitatis eſt appenſum,
„ vigore, & teſtimonio Litterarum mediante. Da-
„ tum Budæ Feria II. proxima a Feſto Kathedræ
„ B. Petri Apoſtoli. A. D. 1447. ad Commiſſio-
„ nem Comitis Ladislai de Palocz Judicis Curiæ
„ Regiæ. "

Hinc apparet vigor, & ſimul interpretatio Art. X. A. 1446. ubi de conſenſu in ſimili caſu nihil determinatum eſt.

Prælati, Barones, Nobiles, & Proceres Regni Hung. univerſi Vayvodis, et Vice-Vayvodis Tranſylvaniæ injungunt, ut Jobbagyiones Nobilium ad loca Camerarum migrare prohibeant, niſi perſolutis ſolitis debitis, juſtoque terragio depoſito, migrantes autem ſecus remittant, ac de iis juſtitiam adminiſtrent.

Apud

Digitized by Google

Apud Katona Hiſt. Crit. T. XIII. p. 537. Datum Budæ Feria III. proxima poſt Dominicam Ramis Palmarum A. D. 1447.

Prælati, Barones, Nobiles, & Proceres Regni Hungariæ Conventui B. M. V. de Thurocz mandant, ut Emericum, Thomam, & Jakuſſonem filios Antonii de Folkusfalva in rubeto Mochilapataka Harazt, in tranſitu Vallis Lachnikfölde intra metas Villæ Szebeſzlava in Comitatu de Thurocz exiſtente ſtatuant, ac metas reambulent, Conventus idem Reambulationem refert. Inter M. SS. Cardinalis Jos. a Batthyán in Appendice Dipl. ad Hiſt. Comitatus Thurocziensis pag. 40.

„ Quod nos Litteras Reverendiſſimorum, & Magni-
„ ficorum ſimul Nobilium, & Procerum Regni
„ Hung. univerſorum Dominorum noſtrorum vi-
„ delicet metuendorum - - - ſupremo cum ho-
„ nore recepimus, hunc tenorem continentes.
„ Prælati, Barones, Nobiles, & Proceres Regni
„ Hungariæ univerſi - - - Contradictores vero,
„ ſi qui fuerint, evocent ipſos contra antelatos
„ Emericum, Thomam, & Jakuſſonem noſtram
„ in præſentiam ad terminum competentem - - -
„ & poſthæc - - - nobis ſuo modo reſcribant.
„ Datum in generali Congregatione noſtra Pe-
„ ſthienſi Sabbatho prox. ante Feſtum Barnabæ
„ Apoſtoli A. D. 1447. - - - Retulerunt, quod
„ ipſi die Dominica in Octava feſti Viſitationis
„ M. B. V. - - - Datum 15. die diei introductio-
„ nis, & ſtatutionis, ac metarum erectionis præ-
„ dictarum A. D. ut ſupradicto.

Cum Conſtitutiones hujus anni ſuperius præmiſſæ confirmatæ, ſeu expeditæ fuerint in Feſto Annunciationis B. M. V. ſeu die 25. Martii, Feſtum autem Barnabæ Apoſtoli, ante quod Sabbatho proximo Mandatum hoc ſtatutorium adhuc ex Congregatione generali ex-

pe-

Digitized by Google

peditum fuit, celebretur d. 11. Junii, patet Comiti nequaquam Feſto Annunciationis terminata, vel cert mox reaſſumta fuiſſe; an autem hinc uſque Feſtur Exaltationis S. Crucis protracta, vel iterum prorogat fuerint, ubi plura data habuerimus, determinare poſ ſumus.

In quodam Teſtimonio Conventus Cruciferorur de Alba ſuper depoſitione Juramenti quinquageſimo ſe

„ Reverendiſſimis in Chriſto Patribus Dominis Præ „ latis, ac Magnificis Baronibus, Nobilibusque „ & Proceribus Regni Hungariæ univerſis, Do „ minis eorum honorandis - - - Datum ſecund „ die juramentalis depoſitionis antedictæ. A. D „ 1447. "

Procerum Regni Mandatum de ſolvenda Taxa pe eosdem limitata ad Civitatem Bartphenſem ſonans aſ ſervatur in ejusdem Archivo.

Comitiorum Anno 1448. Peſtini celebratorum indicium in Veſtigiis p. 272. produxi ex Epiſtola 28. Joannis de Zredna, quo & ſequens ejusdem clauſula plus facit.

„ Propoſitum pacis illius negotium omnino non „ aſpernari, ſuperioribus avisamentis ſatis, ſu„ perque expreſſiſſe credimus. Quo acceſſit, ut, „ & Diætam hanc præteritam, Conventionemque „ generalem, in qua rei ipſius concluſio magis „ idoneum locum habebat, ſatis ample protrahi „ feceramus.

In quodam Inſtrumento per SS. & OO. Regni pro Lad. de Gara Palatino confirmato:

„ Nos Prælati, Barones, ac univerſi Proceres Regni „ Hungariæ - - Datum in Civitate Peſtienſi, Con„ gregatione ſcilicet noſtra generali octavo die „ Feſti Penthecoſtes A. D. 1448. " Proinde.

Hæc

Digitized by Google

Hæc generalis Conventio Menſe circiter Junio celebrata fuerit; alterius eodem anno in autumno celebrandæ Veſtigium continent ejusdem Joann. de Zredna Litteræ in Veſtigiis Comitior. p. 272. commemoratæ Epiſt. 38. ſequenti clauſula.

„ Sed quia his, quæ ſupra diximus, rebus videlicet
„ fidei impediti, ad ea plene, ut tantum requi-
„ rit negotium, deliberationem facere ad præſens
„ non poſſumus, ſignanter propter abſentiam alio-
„ rum Prælatorum, & Baronum, ac Conſiliario-
„ rum Regni, quorum in hac re honori deferen-
„ dum eſt, & conſenſus requirendus, atque ob-
„ tinendus, & propterea ordinavimus, ut in pro-
„ ximo fiat una Diæta in Buda, ubi Majores Re-
„ gni convenire debeant, & ſuper eo tractare,
„ & concludere, quod erit ad bonum ſtatum
„ Partium, & Regnorum prædictorum, ubi etiam
„ Cancellarius Regni aderit, qui juxta delibera-
„ tionem dictorum Prælatorum, & Baronum Litte-
„ ras opportunas daturus eſt, cui una cum dictis
„ Prælatis, & Baronibus plenam in hac re dedi-
„ mus facultatem. “

Ex iſtis Veſtigiis utique non continuo ad Comitia generalia arguere licet, ſed textus iſte oppido momentoſus inveſtigantibus conſtitutionem adminiſtrationis Reip. Hung. horum temporum non parum lucis dabit, & ad rite explicandas Leges de authoritate Gubernatoris ſtabilitas plurimum faciet. Talis Conventus Szegedini initio Novembris hujus anni meminit Ivanichius apud Schwandtner SS. Rer. Hung. T. II. p. 58.

„ Captus fuit, imo difficillime liberatus eſt per Præla-
„ tos, & Barones, ac Communitatem Regni, qui
„ mox audito periculo belli, & captivitate ſua
„ celeriter fuerunt in Zegedinum congregati, &

„ abin-

„ abinde tractaverant eliberationem ipſius Gube
„ natoris.

Anno 1449. Comitiorum Peſtini menſe J
nio celebratorum memini in Veſt. Comitior.
273. Ad hæc indubie Civitates partium R
gni Hungariæ ſuperiorum ſequentibus Litteris e
Archivo Civitatis Bartphenſis mecum benevo
communicatis convocatæ erant.

„ Prælati, Barones, Nobiles, & Proceres Regni Hu
„ gariæ; circumſpectis Viris Judicibus, Rectoribu
„ & Juratis Caſſovienſis, Leutschovienſis, Bartpha
„ & Epperies Civitatum Regalium ſalutem,
„ amicitiam; pridem tempore quadrageſimaru
„ quemadmodum amicitias Veſtras ſuperinde e
„ hortatas habuimus, ita præſentibus requirimus
„ & hortamur diligenter, quatenus certos de m
„ dio veſtri huc, ad præſentem noſtram Congre
„ gationem acceſſuros diſponere, transmittereque
„ velitis, qui interſint tractatibus, & diſpoſ
„ tionibus pro pacifico, & tranquillo ſtatu Re
„ gni, & Regnicolarum ſemper pro honore Se
„ reniſſimi Domini noſtri Ladislai, electi Reg
„ gratioſi fiendis, ac procurandis, & ſignante
„ pro intereſſentia tractatui cum Magnifico Joan
„ ne Gyskra de Brandis &c. pro ſecuranda pac
„ habendo, quoniam ex quo, & priorum diſpo
„ ſitionum noſtrarum cum eo habitarum conſci
„ eſtis, per veſtri medium commodius hujusmod
„ tractatum pacis inire poterimus, perficereque u
„ ſperamus, ad quæ eo mente avidiori intendere
„ velitis, quo in eo communem rem promover
„ conſideratis. Datum Budæ in Feſto Sancta
„ Trinitatis Anno Domini 1449.

Inter Epiſtolas Joannis de Zredna Ep. 48. indubie
iſta Comitia commemorantur ſequentibus.

„ Ve-

Digitized by Google

„ Verum quoad ceteras res multum placuiſſet, ſi „ Litteræ ipſæ paulo primo ad proximum hunc „ Conventum DD. Prælatorum, & Baronum ad „ veniſſent, ut tum eorum deliberatione, ſicut in „ ceteris, ita in hoc competentibus requiſitioni „ D. Væ. (Comitis Ciliæ) ſatis facere potuiſſe- „ mus - - - non audemus ſvadere, ut antequam „ inter Partes ipſas Ordo Juris, & Legis plenarie „ obſervetur, bono modo quidquam valeat ar- „ mis in favorem alterius Partis contra alteram „ attentari, quoniam - - - non boni exempli eſ- „ ſet, ſi Regni Hungariæ Leges cogerentur inter „ ipſa veſtra arma ſilere. “

Capitulum Eccleſiæ Varadienſis in Litteris Inquiſitionis, Ammonitionis, Evocationis, & Inſinuationis Relatoriis pro Mathæo Epiſcopo Tranſylvanienſi contra Franc. de Chaak per Ant. Szereday in Episcopis Tranſylv. p. 157. ex Archivo Capituli Alben. Trans. Faſc. 5. N. 38. editis ad Palatinum.

„ Veſtra noverit Magnificentia, Nos Litteras Do- „ minorum Prælatorum, Baronum, Nobilium, „ & Procerum Regni Inquiſitorias, Ammonito- „ rias, Evocatorias, & Inſinuatorias nobis dire- „ ctas, honore quo decuit, recepiſſe in hæc ver- „ ba: Prælati, Barones, Nobiles, & Proceres „ Regni Hungariæ univerſi - - - moneat ipſum „ verbo noſtro, ut ipſe de præſcriptis mille flor. „ auri damnis, per eum modo præmiſſo eidem „ D. Epiſcopo illatis *juxta Statuta*, & *Concluſio-* „ *nes Decretorum noſtrorum alias per nos exin-* „ *de editorum*, *ipſi* D. Epiſcopo omnimodam „ impendere debeat ſatisfactionem - - - præ- „ tactum Stephanum familiarem ſuum eidem *ſta-* „ *tuendum* committendo - - - & poſt hujusmo- „ di Inquiſitionis, Ammonitionis, Evocationis, & „ Inſinuationis ſeriem cum evocati, & *ſtatui*

„ *com-*

„ *commiſſi* nominibus - - - eidem D. Palatin
„ ſuo modo reſcribatis. Dat. Budæ tertio di
„ Paſchæ Domini Anno ejusdem 1449. "

Suſpicabar, an non per DD. Prælatos, Baro nes, Nobiles, & Proceres, quorum nominibus to hujus temporis Diplomata occurrunt, intelligan tur illi, qui tunc Conſilium gerendorum nego tiorum publicorum conſtituebant, ſed contrariũ undique apparet.

Anno 1450. celebratorum Comitiorum Ve ſtigia produxi p. 273. & ſeqq. ab eo tempor obſervavi etiam menſe Januario Conventionen habitam fuiſſe in Epiſtola 53. Joan. de Zredn ad Pontificem *Data Budæ in Conventione no ſtra 29. die menſis Januarii A. D.* 1450.

In Archivo Civitatis Caſſovienſis Lit. B. N. 248. habentur: Joannis Giskra de Brandi Capitanei generalis, Nic. de Tvortkov, alias d Jeſſenicz, Jankovsky de Vlaſymye, & Wences lai de Baſſicz Aſſecuratoriæ ſuper obſervation pacis cum Joanne de Hunyad Regni Hung. Gu bernatore, Lad. de Hedrehvara Epiſcopo Agri enſi, Ladislao de Paloucz Judice Curiæ Regiæ, Joanne de Peren ſeniore Tavernicorum Regaliun Magiſtro, ac aliis Baronibus Regni, & Regni colis in ſimul nomine Regni congregatis, & conſtitutis, ac conſervatione penes eundem Ci vitatum Caſſa, Leutſchau, Bartfa, Eperies Crempnicz, Scebnitz, & Novilolii initæ, & concluſæ A. D. 1450.

In

In Cimelio Székelyiano T. III. p. 51, habentur originales Litteræ Georgii Regni Raſchiæ Deſpoti, & Domini Albaniæ, miſſæ Joanni Lewkes de Kàlló, in quibus Joannis Hunyady malam fidem perſtringit, quod in Comitiis Hungaricis aſſeruerit, ſe ad depoſitionem Lytri Georgio occaſione ſuæ dimiſſionis obſtrictum non teneri, cum in vinculis id fecerit. Cæteri Barones Regni pro eodem Gubernatore fidejubentes, id non in vinculis fecerunt. In Zenderow Anno M CCCC D. Annus quidem hoc modo valde ambigue expreſſus eſt, interim tamen Inſtrumentum hoc vel ad hunc annum commemorandum eſſe cenſui.

Anno 1452. indictorum Comitiorum ambiguum Veſtigium p. 280. indicavi. In quodam Elencho Literarum mecum per avarum quemdam, & arcanorum literariorum ſtudioſum communicato ſequentem rubricam reperi.

„ Regales Joannis de Hunyad Gubernatoris ex De„creto Prælatorum, & Baronum Regni Con„ventum in Civitate Poſonienſi in honorem, & „utilitatem Regis Ladislai ordinantis, pro eodem„que Univerſitatem Comitatus de Zabolch me„dio duorum, vel trium e gremio ſui eligendo„rum, & eorſum expediendorum ad ibidem com„parendum invitantis. “

Quando, & pro quo termino Hunyadi Comitia hæc indixerit, cum harum Litterarum convocatoriarum copiam nactus non ſim, & in Elencho annus duntaxat exprimatur, determinare non poſ-

H ſum.

ſum. Viennæ quidem cum Auſtriacis contra Fridericum Imp. pro eliberando Ladislao, reſtituenda Hungaris Corona, & quibusdam Diſtrictibus ab Hungaria avulſis Tractatum celebratum, & fœdus initum fuiſſe, patet ex prolixo Inſtrumento 62. Hungarorum Sigillis munito, quod Pray Annal. P. III. p. 89. Katona Hiſt. Crit. Tom XIII. p. 819. protulerunt, & in quo ſequentes Hungariæ Optimates Tractatui præſentes initio ſtatim recenſentur.

„ Nos Joannes de Hunyad Regni Hungariæ Gubernator, Dionyſius miſeratione Divina S. Cyriaci in Thermis S. R. E. P. Card. Archiepiſcopus Strigonienſis, Joannes Varadienſis, Andreas Quinque Eccleſienſis, Epiſcopi, Thomas de Brente Gubernator Abbatiæ S. Martini S. Montis Pannoniæ, Item Nic. de Ujlak, Vayvoda Tranſylvanus, C. Lad. de Palocz Judex Curiæ Regiæ, Joannes de Peren Magiſter Taverncorum Regalium, Joannes de Koogh Banus Machovienſis, Rainaldus de Rozgon Comes Siculorum, Sylveſter de Torna Magiſter Janitorum Regalium, Georgius Rozgon Comes Poſonienſis, Simon Zudar de Onod, Joannes Zitse, Paulus de Hudna, Joannes Orzagh de Guth, Bartholomæus de Homonna, Emericus Grof de Bozyn, Emericus de Kaniſa, Nic. & Lad. de eadem, Ladislaus de Neczpál, Stephanus Pongrácz de Szent Miklos; Item Ablegati Buda, Alba, Poſonio, Caſſovia, Leutſchovia, Bartſa, Peſtino, cæterique Milites, Nobiles, Cives, & Nuncii univerſitatis Nobilium, Civitatum, & Incolarum Regni Hungariæ, ipſum totum Regnum Hungariæ repræſentantes. - - - Datum

„ Viennæ

„ Viennæ prædicto loco Congregationis noſtræ
„ jam tactæ, quinto die Menſis Martii A. D.
„ 1452. “

Aliud quoque Inſtrumentum nomine Prælatorum, Baronum, Nobilium, & Procerum Regni Hungariæ univerſorum, quo poſt initam cum Auſtriacis, & Ulrico Ciliæ, Ortemburgæ, Zagoriæque Comite, & Sclavoniæ Bano, de eliberando e manibus Friderici Rom. Imp. Ladislao Rege concordiam conſentiunt, ut Civitates Caſſa, Leutſcha, & Bartpha, quæ hactenus a Joanne Giskra gubernabantur, deinceps non ab eo jam judicialiter convicto, ſed ab eodem Comite Ciliæ gubernentur uſque ad introitum Ladislai Regis, emanatum edidit. Katona Hiſt. Crit. T. XIII. pag. 827.

„ Datum Viennæ Feria IV. proxima poſt Dominicam Reminiſcere A. D. 1452.

Sed hæc licet in priore illo fœderis Inſtrumento Diæta appelletur, Tractatus potius, quam Comitia erant, quæ ſerius per ipſum Ladislaum Regem Poſonium pro Feſto S. Martini indicta fuerunt ſequentibus Litteris Regalibus, prout eæ ad Civitatem Caſſovienſem in papyro mediæ phyleræ, Sigillo foris clauſe appreſſo miſſæ in ejusdem Archivo ſub N. 251. aſſervantur, expeditæ erant, quas ex MSS. Kaprinay ſerie B. in 4. T. XXVII. N. 20. p. 72. profero.

„ Commiſſio propria Domini Regis in Conſilio.
„ Prudentibus, & Circumſpectis Judici, ac Juratis
„ Civibus Civitatis noſtræ Caſſovienſis, fidelibus
„ noſtris ſincere dilectis.

„ Ladiſlaus Dei Gratia Hungariæ, Bohemiæ, Dal-
„ matiæ, Croatiæ &c. Rex, Dux Auſtriæ, Mar-
„ chioque Moraviæ &c. Prudentes, ac Circum-
„ ſpecti, fideles nobis grate, ſincereque dilecti.
„ Oratores, qui hac vice ex parte Regni noſtri
„ Hungariæ miſſi, ad nos venerant, grato, & be-
„ nevolo animo vidimus, & ea, quæ expoſue-
„ runt, nobis grata fuere. Cum igitur major
„ pars earum rerum, quas dicti Oratores Regni
„ noſtri hic apud nos tractabant, ad futuram
„ Diætam, & Convocationem, quæ ad Feſtum S.
„ Martini, & diebus pro eadem conventione,
„ & tractatibus, in ea faciendis, ſufficientibus
„ inſtituta eſt, prorogata exiſtat, credamusque
„ omnia facta noſtra, & illius Regni noſtri
„ in ipſa conventione tractanda melius, & effica-
„ cius pro veſtri medium, & operam diligen.
„ ac aliorum noſtrorum fidelium, quibus ſimilia
„ ſcripta direximus, concludi poſſe. Requirimus
„ ergo fidelitatem veſtram, eidem nihilominus
„ ſerioſe præcipientes, quatenus aliquos tam de
„ Conſilio, quam Communitate maturi conſilii
„ viros concives veſtros plena poteſtatis veſtræ
„ autoritate fulcitos, veſtri e medio eligentes ad
„ prætactam Diætam tranſmittere debeatis, compla-
„ centiam, & fidelitatem, multum gratas, nobis
„ in eo oſtenſuri vobis, poſteriſque veſtris omni
„ bono memorandas. Datum Viennæ die Beati
„ Galli Confeſſoris Anno Domini &c. LII. Co-
„ ronationis vero noſtræ Regni Hungariæ &c.
„ tredecimo. “

An tamen iſta Comitia eodem loco, & termino illis in Regalibus præfixo re ipſa celebrata, vel in alium terminum dilata fuerint, nullo hactenus diplomatico veſtigio docere poſſum.

Anno

Digitized by Google

Anno 1453. celebratorum Comitiorum, de quibus jam in Veſt. Comit. p. 280. actum eſt, mentio fit etiam in Diplomate Ladislai Regis pro I. de Hungyad ex Pray Annal. P. III. p. 125. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIII. p. 871. edito, quo.

„ Ad omnium Prælatorum, Baronum, & Nobilium
„ Regni noſtri Hungariæ nunc hic Poſonii con-
„ gregatorum totum Regnum Hungariæ præſen-
„ tantium inſtantiam nobis pro ipſo viro ex-
„ preſſis tot meritis ſuis factam, ac de conſilio
„ maturo, conſenſu, deliberatione, collaudatione-
„ que, nulla diſcrepantia facta, volentes digni-
„ tatem illam gubernationis temporalem, quam
„ hactenus dignis meritis ad præfinitum tempus
„ geſſit, in aliam perpetuam commutare, ipſum
„ Joannem de Hunyad, ac filios, hæredesque
„ eorum univerſos ſuper Civitate Biſtricenſi, &
„ Diſtrictu, ac ejus pertinentiis in partibus Tran-
„ ſylvanicis habitis, in perpetuos liberos Comi-
„ tes majores, dictum vero Diſtrictum in Comi-
„ tatum perpetuum - - - ſolemniter nominavi-
„ mus, præfecimus, & creavimus. “

Idem Ladislaus in Diplomate eidem Joanni de Hunyad ſuper Donatione Caſtrorum Gergen, & Deva, nec non aliorum Diſtrictuum cum Oppidis, Villis, Prædiis &c. omnibuſque appertinentiis in Tranſylvania facta apud Spieſs Operis Dipl. continuat. I. p. 267. ſimilia habet.

„ De omnium Prælatorum, Baronum, & Nobilium
„ Regni noſtri in hac Congregatione generali
„ eorundem hic nobiſcum exiſtentium, totum
„ ſcilicet Regnum noſtrum Hungariæ repreſentan-
„ tium conſilio, conſenſu, & collaudatione,
„ ymmo eis omnibus petentibus, & inſtantibus

„ - - - Datum Poſonii, Feria III. proxima ante
„ Feſtum Purificationis B. M. V. A. D 1453.

Quoad ipſum Decretum in Comitiis hujus Anni conditum jam in Veſtigiis p. 281. notavi, in authentico exemplari eſſe

„ Datum Poſonii, Feria II. proxima ante Feſtum
„ Purificationis B. M. V. A. D. 1453. "

Zacharias Moſſoczius in prima editione Decretorum Regni Hung. Tyrnaviæ A. 1584. in fol. adornata in ordine Chronologico unicum tantum Ladislai Poſthumi Decretum Anni 1454, quod modo Decretum II. in Corpore J. H. inſcribitur, edidit, ſed poſt Decretum VII. Wladislai Regis Anni 1514. p. 348. ſubjecit etiam Decretum Anni 1453. hodie Decretum I. inſcriptum cum præfixa ſequenti admonitione.

„ Lectori: Cum Ladislai Regis Poſthumi Decretum
„ II. (quod ſuprà fol. 129. extat.) & Mathiæ, ac
„ Wladislai Regum, univerſa pene Decreta eſſent
„ edita, hoc ejusdem Ladislai Poſthumi primum
„ ab amico in pargamento ſub Sigillo ipſius La-
„ dislai Regis miſſum, ne quid operi defuiſſe
„ Lector querare, etiam præter ſeriem hic collo-
„ catum eſt. "

Ad cognoſcendum ſtatum ærarii, & contributionis, ac ſimul quam male Fridericus Imp. pro Ladislao rem familiarem adminiſtraverit, juvat ſequens Inſtrumentum ex copia in Archivo Regni aſſervata proferre.

„ Reverendo in Chriſto Patri, ac Magnificis, &
„ Egregiis Domino Ladislao Epiſcopo Eccleſiæ
„ Agrienſis Supremo Comiti, Ladislao de Palocz
„ Judici Curiæ noſtræ, Joanni de Perén Thaver-
„ nico-

Digitized by Google

„ nicorum, ac Simoni de eadem Palocz Agazo-
„ num noſtrorum Magiſtris, Osvaldo de Roz-
„ gony Comiti Siculorum, Georgio, & Seba-
„ ſtiano de eadem Rozgony alias Comitibus
„ Poſon. Joanni ſimiliter de Palocz, Comiti Co-
„ mitatus de Ungh, Jacobo Czudar de Olnod,
„ Georgio Lórandi de Serke, Bartholomæo de
„ Homonna, item univerſis, & ſingulis Nobili-
„ bus, & alterius cujusvis ſtatus poſſeſſionatis
„ hominibus Comitatuum Heveſienſis, Borſodien.
„ Honthen. Neogradien. Zemplinien. Abaujvarien.
„ de Thorna, de Ungh, de Berek, & de Zabolcs
„ fidelibus nobis ſincere dilectis.

„ Ladislaus DEI Gratia Hungariæ, Bohemiæ, Dal-
„ matiæ, Croatiæ &c. Rex, Auſtriæque, & Sty-
„ riæ Dux, nec non Marchio Moraviæ &c.

„ Reverende in Chriſto Pater, ac Magnifici,
„ Egregii, & Nobiles viri, fideles nobis ſincere
„ dilecti. Omnia, quæ fidelis noſter Joannes de Kálló
„ in Legationibus ſibi per vos injunctis coram noſtra
„ Majeſtate peroravit, intelleximus, & inter cætera,
„ ubi veſtro nomine idem Joannes inſtabat, pro re-
„ laxatione Contributionis illius pecuniæ pro deffen-
„ ſione partium illarum fienda &c. allegans id eſſe
„ contra Libertatem veſtram, dicimus, quod ad eam
„ rem ſumma nos neceſſitas non noſtra tantum, ſed
„ potius veſtra, & illius Regni coegit, quibus hac
„ vice nulla alia via remedium potuit adhiberi; no-
„ viſſime etiam de alienis manibus evulſi paternas Do-
„ mus noſtras ubique vacuas invenimus. Quod autem
„ Contributionem illam peramplius facere, aut in
„ conſvetudinem ducere, aut alias Libertates veſtras
„ infringere nunquam voluerimus, nec velimus, &
„ ex verbis, & ex Litteris noſtris ſufficientem habuiſtis
„ cautionem, propter quod abſque cunctatione, &
„ difficultatibus illis, quæ in hac re per aliquos ex

Digitized by Google

„ vobis fiebant, poterant, & debebant Fidelitates
„ veſtræ relevandis tot periculis Regni, & inevitabi-
„ libus neceſſitatibus cum illa Contributione etiam
„ ſponte ſubvenire, nec videbatur nobis nimis oneroſa
„ eſſe reſpectu tantæ neceſſitatis ſolutio illorum ſin-
„ gulorum Florenorum de uno quoque Jobbagyione
„ veſtro, verum ex quo tanta eſt veſtra Inſtantia,
„ contenti ſumus hac vice recipere Florenum unum
„ de quinque portis, ſecundum quod diſpoſuiſtis, ita
„ tamen, quod ſi pecunia tanti numeri ad conſum-
„ mationem incæpti negotii non ſuffecerit, Contribu-
„ tio illa in majorem numerum augmentetur, ſecun-
„ dum quod vobiſcum pro rerum ingruentia duxeri-
„ mus concludendum, plenius autem hæc, ſed & ea,
„ quæ ad alia veſtra intimata reſpondimus, referet
„ veſtris fidelitatibus præfatus Joannes de Kálló, cui
„ fidem adhibete. Datum in Oppido noſtro Perchoter-
„ dorff appellato, in Feſto Aſſumptionis Beatæ Mariæ
„ Virginis, Anno Domini Milleſimo Quingenteſimo
„ Tertio, Regni autem noſtri Anno Quarto Deci-
„ mo.,“

Quoad Annum hujus Diplomatis ſequens obſervatio clariſſimi Annalium Scriptoris notari meretur.

Non video, qua ratione Wladislaus titulis ſuis etiam illum, *Auſtriæque, & Styriæ Dux :* inſerere potuerit Anno 1503. quo Maximilianus I. certe Dux Auſtriæ fuit. Nec anno hoc ullus *Ladislaus* Agrienſis Epiſcopus erat, cum certum ſit hoc anno Hyppolitum Eſtenſem Agrienſi Sedi præfuiſſe, & Ladislaus de Palocz fuit Judex Curiæ ab Anno 1440. ad A. 1455. & rurſus ab Anno 1459. ad A. 1469. Itaque annus Epiſtolæ reſcribi debet 1453. G. P.

Acci-

Digitized by Google

Accedit, quod Ladislaus de Hedervára fuerit Epiſcopus Agrienſis ut Hierarch P. I. p. 212. notavi, jam ante Octavas Reſurectionis Domini, Anno 1447. uſque ad Annum 1467. proinde ex hoc vel ſolo critirio Epiſtola figenda eſt ad Annum 1453. facile enim in copiam CCCC omitti potuit, & loco 50. 500. irrepere. Idem

Rem totam conficit clauſula illa Ladislao Poſthumo familaris: *noviſſime etiam de alienis manibus evulsi.* M. G. K.

Comitiorum Anni 1454. veſtigium occurrit etiam in quodam Inſtrumento Magiſtri, Tavernicorum Regalium, ex Judiciis Tavernicalibus expedito ſequenti clauſula:

„ Quod cum nos Feria IV. proxima ante Feſtum „ B. Antonii Confeſſoris, ex commiſſione, & „ deliberatione DD. Prælatorum, & Baronum „ Regni Hungariæ, tunc in Conventione gene„ rali conſtitutorum, una cum quibusdam Coaſſeſ„ ſoribus conſediſſemus. - - A. D. 1454.

Ad Decretum II. Ladislai Poſthumi Anni 1454. plura notanda eſſent, quæ ad ſubſidia pro Hiſt. Legislationis reſervo; hic interim obſervo, illud in quibusdam vetuſtioribus Codicibus MSS. qualis eſt Thomæ de Nádasd, ac Szaparianus referri, velut ad Comitatum de Peſt directum, ſubjicitur autem *ad Relationem DD. Prælatorum, & Baronum confirmata* Art. VIII. §. 5. habetur: *ſecundum contenta Decreti DD.*

Præ-

Prælatorum, *&* *Baronum* per quod conſtitutio nes tempore minorennitatis per Status, & Or dines editæ pro veris Decretis, & Legibu agnoſcuntur.

Ladislaus in Litteris ad Joannem de Hu nyad Pragæ 1454. datis ex Pray Annal. III p. 152. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIII. p. 981 ſcribit inter cætera.

„ Et ſicuti tua Fidelitas inter alia ſcribit, quomodc
„ Prælati, Barones, & Nobiles Regnicolæ noſtr
„ Hungariæ, decem, & octo, ſex ex Prælatis,
„ ſex ex Baronibus, & ſex ex Nobilibus ejus-
„ dem Regni pro Regimine ejusdem Regni noſtri
„ Hungariæ deputaſſent. “

Anno 1455. ſtatim in hieme habitæ Congre-gationis Prælatorum, & Baronum Veſtigium oc-currit in ſequenti ſubſcriptione cujusdam Diplo-matis Ladislai Poſthumi:

„ Datum Budæ in Congregatione eorumdem Præ-
„ latorum, & Baronum noſtrorum ſecunda die
„ Feſti S. Scholaſticæ Virginis. A. D. 1455. “

Eodem Anno 1455. Menſe Junio Jaurini Comitia celebrata Julio Budæ continuata fuiſſe in Veſt. p. 282. ſeqq. indicavi, ſed poſteriori hoc loco in Auguſtum adhuc protracta eſſe, docent Litteræ Procerum Hung. ad Calliſtum III. PP. in cauſa Ordinis Seraphici ſcriptæ ex Pavich. p. 14. apud Katona Hiſt. Crit. Tom. XIII. p. 1018.

„ Datum

Digitized by Google

„ Datum Budæ in Congregatione noſtra generali
„ VI. die Auguſti Anno Domini 1455.

Proceres Hungariæ hoc adhuc anno menſe Decembri in Varadino Petri fuiſſe congregatos, mox ex eorumdem Litteris præfixi termini Comitiorum prorogatoriis patebit. Nimirum.

Ladislaus editis Viennæ poſt Feſtum S. Martini Regalibus Litteris indixerat Comitia octavo die Feſti Epiphaniarum Domini anno proxime venturo 1456. Peſtini celebranda. Regales ex MSS. Kaprin. ſerie ſub Littera B. 4. Tomo X. N. 74. pag. 200. prout ad Bartpheſes expeditæ erant, ſequentes ſunt. „ Commiſſio propria Domini Regis.

„ Ladislaus Dei Gratia Hungariæ, Bohemiæ, Dal-
„ matiæ, Croatiæ, &c. Rex, Auſtriæque, &
„ Styriæ Dux, nec non Marchio Moraviæ &c.
„ Fidelibus noſtris circumſpectis Judici, Juratis-
„ que, & cæteris Civibus Civitatis noſtræ Barthfa
„ ſalutem, & gratiam. Quia nos in proximo
„ dante Domino, ingreſſuri Hungariam, gene-
„ ralem omnium Congregationem octavo die
„ Feſti Epiphaniarum Domini, nunc venturo ad
„ Civitatem noſtram Peſtienſem indiximus; Ideo
„ Fidelitati veſtræ mandamus, quatenus viſis præ-
„ ſentibus, certos ex vobis potiores cum pleno
„ mandato omnium veſtrum ad prædictum octa-
„ vum diem Feſti Epiphaniarum Domini ad
„ iſtam Civitatem noſtram Peſtienſem in medium
„ univerſorum Prælatorum, Baronum, Nobilium,
„ Procerum, & terrigenarum dicti Regni noſtri
„ Hungariæ mittere debeatis, acturos nobiſcum
„ omnia ea, quæ ſunt pro defenſione Regni, ac

„ bo-

„ bono, & utilitate omnium veſtrum; ſecus non
„ facturi, Datum Viennæ die Dominico proximo
„ poſt Feſtum Beati Martini Epiſcopi, & Con-
„ feſſoris Anno Domini Milleſimo Quadringen-
„ teſimo Quinquageſimo Quinto. Regnorum au-
„ tem noſtrorum anno Hungariæ &c. ſexto deci-
„ mo, Bohemiæ vero tertio.

Terminus hic Comitiis per Ladislaum præfixus brevior videbatur, quam ut Regnicolæ media hieme commode ad ea tam cito convenire poſſent, & ideo Prælati, Barones, & Nobiles Hungariæ in Varadino Petri congregati eum terminum ad quindecimam diem Feſti Epiphaniarum Domini prorogarunt, uti ſequentes eorum Litteræ ex Archivo Magiſtratus Cibinienſis Saxonum in Tranſylvania deſumtæ per Concipiſtam Cancellariæ Tranſylvanico Aulicæ Fronius mecum communicatæ, quarum fragmentum editum eſt in Libello: Der Verfaſſungszuſtand der Sächſiſchen Nazion in Siebenbürgen 1790. Cibinii excuſo jam editum proſtat, teſtantur.

„ Raphael Archi-Epiſcopus Colocenſis, Andreas
„ Epiſcopus Quinque Eccleſienſis, Johannes de
„ Hunyad Comes perpetuus Biſtricienſis, & Ca-
„ pitaneus Regni Hungariæ Generalis, Ladislaus
„ de Gara ejusdem Regni Palatinus, Nicolaus
„ de Ujlak Vajvoda Tranſilvanienſis, & Joan-
„ nes de Korogh Banus Machovienſis, cæteri-
„ que Prælati Barones, & Nobiles hujus Regni
„ Hungariæ nunc in Varadino Petri congregati.

„ Providis, & circumſpectis univerſis, & ſingulis
„ Saxonibus ſeptem ſedium Saxonicalium partium
„ Tran-

Digitized by Google

„ Tranſylvanarum ſalutem, & amicitiam debito
„ cum honore.

„ Rediens noviſſime a Sereniſſimo Domino noſtro
„ Rege Reverendus in Chriſto Pater Dominus
„ Joannes Epiſcopus Varadienſis Secretarius Can-
„ cellarius Serenitatis ſuæ una cum nonnullis aliis
„ Oratoribus ejusdem Serenitatis plura ad nos man-
„ data detulerunt, in quibus inter cætera de modo
„ ingreſſus ſuæ Serenitatis in hoc Regnum, & ge-
„ nerali Exercitu contra Teucros faciendo, pro
„ quo plura, & magna jam ſubſidia a Principi-
„ bus Allemanniæ conquiſiviſſe Serenitas ſua in-
„ timat, per nos reſpondere optat, vultque Se-
„ renitas ſua pro his, & aliis rebus, quas iidem
„ Oratores detulerunt, unam Congregationem Præ-
„ latorum, Baronum, & Procerum hujus Regni
„ ſui celebrandam, prout ex Litteris ejusdem Se-
„ renitatis cum præſentibus vobis exhibendis
„ plenius accipietis, & quoniam ad terminum
„ in dictis Litteris Domini noſtri Regis expreſſum
„ propter ejus brevitatem Regnum hoc commo-
„ de congregari haud poſſe viſum fuit, ideo com-
„ muni omnium conſilio, ac etiam de præattacto-
„ rum Oratorum aſſenſu præcitatam Congrega-
„ tionem noſtram ad quindecimam diem Feſti
„ Epiphaniarum Domini nunc venturam proro-
„ gantes, Fraternitates veſtras hortamur, requiri-
„ mus, & quantum poſſumus, rogamus, quate-
„ nus juxta mandatum, & Litteras præfati Domi-
„ ni noſtri Regis quatuor ex vobis, vel quot
„ ultra volueritis bonos viros, ad præattactum
„ quindecimum diem Budam cum pleno manda-
„ to mittere velitis, ut cum illis, & aliis Fratri-
„ bus noſtris congregandis tam præfato Domino
„ noſtro Regi reſpondere, quam de ſtatu præ-
„ tacti generalis Exercitus tractare, & conclude-
„ re valeamus. Aliud iterum rogamus, quod
„ ita

Digitized by Google

„ ita faciatis, ut terminum ipſum non negligatis
„ quoniam Judicio noſtro nusquam ad memorian
„ hominum hoc Regnum majora, & utiliora ne-
„ gotia tractanda habuit, quam ea, quæ in ipſa
„ Conventione ſunt concludenda. Datum in Va
„ radino Petri prædicta feria quinta proxima ante
„ Feſtum Beati Thomæ Apoſtoli Anno Domini
„ Milleſimo Quadringenteſimo Quinquageſimo
„ Quinto. *Locus ſex Sigill.*

Vix quidem hoc quoque termino prorogato Comitia cœperint, cum Ladislaus in responſo ad Pontificem Pragæ die 6. Jan. dato ex Pray Annal. P. III. p. 166. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIII. p. 1030. edito de illis tamquam tardius adhuc celebrandis ſcribat:

„ Quam ob cauſam, ut eisdem rebus, quæ non
„ parvi ponderis, laborisque ſunt, efficacior de-
„ liberatio, & finalis reſponſio S. V. reddi poſ-
„ ſit, operæ pretium fuit, Principes, Prælatos,
„ Magnates, & Proceres, ac Communitates Re-
„ gionum, ac Principatuum noſtrorum ſuperinde
„ conſulere, qui ad proximum futurum menſem
„ Februarium habituri ſunt de mandato noſtro
„ Diætas pro rebus iſtis, & earum tractatibus
„ oportunas. "

Licet autem hic non præciſe de Hungaria, ſed generatim de ſuis Regionibus ſcribat, cum tamen Hungaria earum principalis fuerit, nec ullam exceptionem de illa ſpecialem faciat, de hac æque, uti de reliquis id ipſum intelligendum eſt. Et re ipſa menſe Februario primum ea Comitia celebrata fuiſſe aliis Veſtigiis Diplomaticis edoce-

emur. Ipſe Ladislaus eidem Pontifici perſcri- it ſummam in iis decretorum in aliis Litteris, uas ex Dobner Monum. Dipl. T. II. p. 413. dem Katona l. c. p. 1041. profert, & in quibus etera inter ſequentia huc faciunt.

„ Nunc vero mox poſt adventum noſtrum in hoc
„ Regnum coacto Conventu, & accerſitis in præ-
„ ſentiam noſtram Principibus Regni, Præſidibus
„ armorum, atque his, qui rei militaris duces
„ ſunt, ſuſtulimus imprimis e medio complures
„ difficultates, quæ his rebus impedimento erant,
„ demum nudius tertius de mente, animo, &
„ deliberatione noſtra, item ſuper rebus, & ar-
„ ticulis, qui ab ipſo D. Legato propoſiti ſunt,
„ reſponſum publicum fieri, & dari juſſimus,
„ pauca quædam privatæ declarationi reſervantes
„ - - - viam, ductores, ſalvum conductum exer-
„ citui pro commodo, & voto petentium de-
„ crevimus, tempora veniendi juxta oportunita-
„ tis conditionem deſignavimus, pretia rerum,
„ commercia, & commutationes æquo jure futura
„ ediximus. - - Datum Budæ die 7. Menſis Apri-
„ lis A. D. 1456. “

His de rebus & ipſe Legatus S. A. Budæ præſens eidem Pontifici in ſuis Litteris apud eun- dem Katona l. c. p. 1045. editis inter alia per- ſcripſit.

„ Diſtulit Seren. D. Rex Ladislaus reſpondere mihi
„ in negotio fidei propter abſentiam aliquorum,
„ qui majorem peritiam rei militaris habent, &
„ exercitium pugnandi cum Turcis. Quibus ad
„ ſe accerſitis ex magna deliberatione publice
„ reſpondit, præſentibus Prælatis, Baronibus, No-
„ bili-

Digitized by Google

„ bilibus Regni Hungariæ, Boemis, & Auſtrali-
„ bus, qui hic adſunt. - - Hoc ſexta Aprilis actum
„ eſt, ſequenti die fuit Rex certior factus, quod
„ Turcus venit obſidere Caſtrum Nándor Alba,
„ & alia Caſtra, claves, & introitus ipſius Re-
„ gni, & tranſire Danubium. Quare ſublata
„ omni dilatione Rex decrevit obviandum illico
„ hoſti, defendenda vada Danubii, occupare pas-
„ ſus, Caſtraque munire. Propter hoc miſit
„ Regia Majeſtas RR. D. Cardinalem Strigonien-
„ ſem, Epiſcopum Varadienſem, D. Joannem Vaj-
„ voda Gubernatorem ad me notificare, quæ in-
„ tellexerat, & monere me, & monuerunt me
„ ex parte Regis, ut iſta S. V. nota faciam, ac
„ ſupplicem humiliter, ut illico, ſine aliqua di-
„ latione mittat Claſſem contra Conſtantinopo-
„ lim, & bellum per mare fieri mandet, ut po-
„ tentia iſtius hoſtis peſſimi dividatur. - - - De-
„ putati ſunt ad tractandum mecum de rebus
„ bellum, & exercitum concernentibus Dominus
„ meus RR. Cardinalis Strigonienſis, qui omnia
„ facit, quæ poteſt, Epiſcopus Varadienſis, il-
„ luſtris D. Joannes Vayvoda Gubernator, qui
„ offert ſe omnia poſſibilia facturum. - - - Ex
„ Buda 7. Aprilis. A. 1456.

Licet in his Litteris congreſſus duntaxat ali-cujus, & conſultationis memoria latere videri poſſit, omnia tamen adjuncta, & præcedentes diſpoſitiones teſtantur, vera generalia fuiſſe Comitia, an tamen in illis etiam Decretum aliquod conditum fuerit, tam parum adhuc conſtat, quam id, quid in Szegedienſibus Comitiis, hujus itidem anni, quorum Veſtigium p. 287. produxi,

actum

Digitized by Google

actum, aut concluſum ſit, cum ne id quidem conſtet, an re ipſa celebrata fuerint.

Anno 1457. Plurium Comitiorum plura Veſtigia habemus. Præter eas, quibus Ladislaus primo pro Feſto B. Georgii Comitia ad campum Rákos indixerat, & alias, quibus eorumdem terminum ad Dominicam Palmarum retraxit in Veſt. pag. 288. ſeqq. prolatas, obtinui alias Regales Ladislai Litteras, ex Originali Archivi Civitatis Sopronienſis, quibus eandem ad generalem Congregationem pro Feſto B. Margarethæ V. Poſonium indictam evocat, ſunt autem ſequentes.

„ Circumſpectis Viris Juratis, Civibus, & toti Com-
„ munitati Civitatis noſtræ Sopronienſis, fideli-
„ bus noſtris grate dilectis.

„ Commiſſio propria Domini Regis.

„ Ladislaus Dei Gratia Hungariæ, Bohemiæ, Dal-
„ matiæ, Croatiæ, &c. Rex, Auſtriæque, & Sty-
„ riæ Dux, nec non Marchio Moraviæ &c.

„ Circumſpecti Viri, fideles nobis ſincere dilecti,
„ Intelleximus omnia, quæ per hunc fidelem noſtrum
„ Judicem illius Civitatis noſtræ Majeſtati noſtræ ſi-
„ gnificaſtis, Ad quæ nos propter abſentiam Prælato-
„ rum, & Baronum, Regni noſtri Hungariæ hic vo-
„ bis plenam, & optatam relationem facere non po-
„ tuimus, cum res ipſa, quam Celſitudini noſtræ ſi-
„ gnificaſtis, Regnum noſtrum Hungariæ concernat,
„ nosque in ipſis rebus conſilio Prælatorum, & Ba-
„ ronum ipſius Regni noſtri uti debeamus. Quare
„ fidelitati veſtræ mandamus, quatenus ad Feſtum
„ Beatæ Margarethæ Virginis, & Martyris nunc ven-
„ turum, pro quo nos Congregationem generalem
„ omnibus Prælatis, & Baronibus, ac Nobilibus dicti
„ Regni noſtri ad Poſonium indiximus, certos ex vo-

„ bis in Congregationem ipſam mittere debeatis. Ubi „ nos de conſilio eorundem Prælatorum, & Baronum „ noſtrorum vobis plenam relationem faciemus. Da- „ tum Viennæ in Feſto Beati Ladislai Regis Anno Do- „ mini Milleſimo Quadringenteſimo Quinquageſimo „ Septimo. Regnorum noſtrorum Anno Hungariæ &c. „ Decimo Octavo, Bohemiæ vero Quarto.

(L.S.)

Pro his ipſis Comitiis deſcenſurus ratione hoſpitiorum pro Cancellario, & quibusdam Aulicis adventuris deſtinandorum dedit mandata Ladislaus Rex tam Civitati Poſonienſi, quam etiam Magiſtro Agazonum, Marſallo, & diſtributoribus hoſpitiorum, quorum prioris fragmentum edidit etiam Katona Hiſt. Crit. Tom. XIII. p. 1188. ego vero, cum hæc prima de cura hoſpitiorum Diætalium, quæ reperi, documenta ſint, utrumque hic ex MSS. Cornideſianis T. VII. p. 247. referendum eſſe cenſui.

„ Circumſpectis Magiſtro Civium Judici, & Juratis „ Civibus Civitatis noſtræ Poſonienſis, fidelibus „ nobis ſincere dilectis.

„ Commiſſio propria Domini Regis.

„ Ladislaus Dei Gratia Hungariæ, Bohemiæ, Croa- „ tiæ &c. Rex, Auſtriæque, & Styriæ Dux, nec „ non Marchio Moraviæ &c.

„ Circumſpecti fideles nobis ſincere dilecti. Ex „ quo in proximo, in Civitatem noſtram Poſonien- „ ſem, & veſtri medium pro tenenda Diæta per nos „ illic celebrari indicta ſumus ituri, ideo Fidelitati „ Veſtræ firmiter mandamus, quatenus fidelibus noſtris

„ di-

Digitized by Google

„ dilectis Reverendiſſimis, Reverendisque in Chriſto
„ Patribus Dominis Stephano Archiepiſcopo Colocen.
„ Johanni Varadien, ac Nicolao Quinqueeccleſien.
„ nec non - - - - - Olomucen. Eccleſiarum Epiſco-
„ pis, & Alberto de Hangach Præpoſito Agrien. Vice
„ Cancellario noſtro, certas Domus pro honore, &
„ decentia ſtatus, ac exercendi officii eorundem ne-
„ ceſſarias, & convenientes cauſa hoſpitiorum in ea-
„ dem Civitate noſtra nominare, deputareque, & con-
„ ſignare debeatis. Scripſimus etiam alias Litteras
„ noſtras Magiſtris Agazonum noſtrorum, ac Marſal-
„ lis, & diſtributoribus hoſpitiorum per nos conſtitu-
„ tis, quæ cum præſentibus vobis præſentabuntur, ut
„ ipſi illud, quod vos in præmiſſis feceritis, nequa-
„ quam præſumant immutare, ſecus ergo non facturi.
„ Datum Wyennæ in Feſto Viſitationis Beatæ Mariæ
„ Virginis Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo
„ Quinquageſimo Septimo; Regnorum autem noſtro-
„ rum anno Hungariæ &c. Decimo octavo, Bohemiæ
„ vero Quarto.

(L. S.)

Ad Diſtributores Hoſpitiorum.

„ Ladislaus Dei Gratia Hungariæ, Bohemiæ Dal-
„ matiæ, Croatiæ &c. Rex, Auſtriæque, & Styriæ Dux,
„ nec non Marchio Moraviæ &c. Fidelibus noſtris
„ Magnificis, & Egregiis Magiſtris Agazonum, ac
„ Marſallis, & diſtributoribus hoſpitiorum per nos
„ conſtitutis, & exiſtentibus ſalutem, & gratiam.
„ Cum in proximo ad Civitatem noſtram Poſonienſem
„ pro tenenda illic Diæta per nos indicta ſumus ituri.
„ Ob hoc commiſimus aliis Litteris noſtris fidelibus
„ noſtris Circumſpectis Magiſtro Civium, Judicique,
„ & Juratis Civibus dictæ Civitatis noſtræ Poſonienſis,
„ ut ipſi fidelibus noſtris dilectis Reverendiſſimo: Re-

„ verendisque in Chriſto Patribus Stephano Archiepi-
„ ſcopo Colocen. Joanni Varadien, ac Nicolao Quin-
„ que Eccleſien. - - - - - - - - Olomucen.
„ Eccleſiarum Epiſcopis, & Alberto de Hangach præ-
„ poſito Agrien. Vice Camerario noſtro certas Do-
„ mus in eadem Civitate noſtra pro honore, & de-
„ centia Status uniuscujusque ipſorum convenientes,
„ in perſona noſtra pro hoſpitiis deputare, & aſſigna-
„ re debeant. Mandamus ergo Fidelitati veſtræ præ-
„ ſentibus firmiter ſic omnino habere volentes, qua-
„ tenus illas domus, quas præfati Magiſtri Civium,
„ Judex, & Jurati Cives dictæ Civitatis noſtræ Poſo-
„ nienſis antefatis Archiepiſcopo, Epiſcopis, & Vice
„ Camerario noſtris pro hoſpitiis deputaverint, &
„ aſſignaverint, in eo ſtatu, & diſpoſitione, prout
„ iidem ordinaverint, relinquere, nec easdem domus
„ vel aliquam ex ipſis, cuipiam alteri pro hoſpitio
„ nominare, ſeu aſſignare debeatis. Secus in præmiſ-
„ ſis non facturi præſentibus perlectis exhiben. reſti-
„ tutis. Datum Viennæ in Feſto Viſitationis Beatæ
„ Mariæ Virginis Anno Domini Milleſimo Quadrin-
„ genteſimo Quinquageſimo Septimo, Regnorum au-
„ tem noſtrorum anno Hungariæ &c. Decimo Octa-
„ vo, Bohemiæ vero Quarto.

(L. S.)

An alterutro, vel utroque, aut neutro horum iſtius Anni Comitiorum Decretum aliquod conditum ſit, definire non poſſum.

Notari meretur Inſtrumentum quoddam Ladislai Regis, datum XII. Kal. Aprilis A. Incarnationis Dominicæ 1457. in quo Joannes de Hunyad, & Ladislaus filius ejus atris, & memoria tanti nominis prorſus indignis coloribus depingun-

guntur, cujus totus contextus e diametro illis encomiis oppoſitus eſt, quæ Joanni idem Rex in Diplomate ſuper honore Comitatus Biſtricienſis, aliiſque pro merito attribuit, quod ego vel ideo primus integrum vulgandum eſſe non cenſebam, contentus Veſtigio Congregationis in Oppido Futhak habitæ inde deſumto, quod ita habet:

„ Indixeramus de conſilio ipſorum Prælatorum,
„ & Procerum noſtrorum Congregationem in Oppido
„ Fwthak in facto Turcorum celebrandam, vocavimus-
„ que inter alios præfatum Ladislaum adoleſcentiorem
„ filium præfati Joannis Gubernatoris ſicut ceteros
„ Barones, ut veniret, proponentes ipſum lateri noſtro
„ habere continuum, ſed majori parte Baronum in
„ multis laboribus, & expenſis venientibus a remotis,
„ ipſe, qui oportunius venire poterat, ſuum nobis
„ denegabat acceſſum. “

Ex hac qualicunque Congregatione ego generalia Comitia nullatenus facere volo. Ceterum Cl. Pray de hoc Inſtrumento Exemplari meo ſequentem criſim adſcripſit.

„ Autographum exſtat in Tabulario Cameræ inter
„ ea, quæ D. Archivarius Spieſs Anspachino miſit,
„ ex quo id etiam in meos uſus exſcripſi, magnopere
„ mihi tamen ſuſpectum Sigillum certe ab aliis ejus-
„ dem Regis valde diverſum eſt, ipſe autem Diplo-
„ matis tenor vix conciliari poteſt cum laudibus, quas
„ ſæpe alias Joanni de Hunyad tribuit. Et cur tam
„ ſero poſt ejus obitum hæc vulgantur? Videtur mihi
„ Diploma hoc excogitatum, ad invidiam, quæ Regi
„ ob cædem Ladislai Hunyady non ſolum domi, ſed
„ foris etiam conflata eſt, ab eodem removendam.
„ Conſtat quoque illos, qui poſt verba: *ne igitur*,
„ recenſentur, capitales hoſtes familiæ Hunyadianæ

I 3 „ fuiſſe,

„ fuiſſe, & primos autores Regi, ut Ladislaum ſup-
„ plicio capitis affici juberet. Hinc eſt, cur ſibi,
„ ſuisque poſteris a Rege caveri tam anxie petierint,
„ & impetrarint, quod male coſcii animi ſemper in-
„ dicium eſſe ſolet. Hinc plerique ex his metu pœnæ
„ electioni Mathiæ imprimis reſtiterant. G. P.

Etiam Jaurini hoc Anno Proceres congregatos fuiſſe, fortaſſis poſt obitum Ladislai, colligitur e ſequenti Fragmento, in Libello: **Der Verfaſſungszuſtand der Sächſiſchen Nation, in Ungarn** edito, ſi annus ibi rite conſignatus eſt, obſervo enim in eo libello multos ejusmodi errores, & alioquin dolendum eſt, monumenta Diplomatica, quæ ibi referuntur, non eſſe in ſua integritate eidem inſerta:

„ Univerſis, & ſingulis Saxonibus partium Tran-
„ ſylvanarum Dionyſius miſeratione Divina, Sanctæ
„ Romanæ Eccleſiæ Tituli S. Cyriaci in Thermis Pres-
„ byter (non Præpoſitus) Cardinalis Archi Epiſcopus
„ Strigonienſis, Auguſtinus Jaurinenſis, & Thomas
„ Zagrabienſis Eccleſiarum Epiſcopi; Ladislaus de
„ Gara Regni Hung. Palatinus, Nic. de Ujlak Vajvo-
„ da Tranſylvanus, & Michael Orzagh de Guth Ma-
„ giſter Curiæ Regiæ, cæterique Prælati, Barones, &
„ Nobiles Regni Hungariæ, nunc Jaurini congregati
„ ſalutem, & fraternum amorem Reverendi Patres,
„ Magnifici, & Nobiles Viri, Fratres, & Amici
„ chariſſimi. “

SUB MATHIA I. CORVINO.

Anno 1458. in Comitiis pro eligendo novo Rege, Feſto Circumciſionis coactis, ut in Veſt. p. 290. deduxi, Conſtitutiones Regnicolarum per

Mich.

Mich. Szilágyi nomine Mathiæ adhuc abſentis eo ipſo, quo hic in Regem, ille in Gubernatorem electus eſt, die 24. Congregationis confirmatæ ſunt, quibus poſt concluſionem in Cod. MS. Thomæ de Nádasd, Feſtetichiano item, & Szapariano, ſequens adhuc adjicitur Articulus, ex Corpore Juris Hung. exmiſſus.

„ Item ad hoc, quod Litteræ præceptoriæ proclamatæ Congregationis generalis vires integras habeant, juramentum ad caput deponen. concluſum eſt, ut adminus ſex commetanei, totidem vicini, ac duodecim Nobiles comprovinciales atteſtati habeantur; ubi autem defectus pluralitatis commetaneorum fuerit, ſuppleatur talis defectus per vicinos tantumdem numeri. “

Forte Szilágyius, quia non ſuo, ſed Mathiæ nomine Conſtitutiones confirmat, clauſula illa ſibi etiam, qua Gubernatori minime competente utitur: In Civitatem *noſtram* Peſtienſem.

Ad has Conſtitutiones Mathias ipſe in Diplomatibus ſuis hoc anno editis frequentius provocat. In Mandato Inquiſitionis apud Kaprinay, Hiſt. Diplom. P. II. p. 222. & ex illo Katona Hiſt. Crit. Tom. XIV. p. 128. vulgato.

„ Dicatque, & committat iisdem verbo noſtro, ut ipſi juxta contenta prædicti novi generalis Decreti poſthæc de præſcriptis captivationibus hominum, poſſeſſionum deprædationibus, & actibus potentiariis eisdem exponentibus omnimodam impendere debeant ſatisfactionem - - - Dat. Budæ Fer. V. poſt Feſt. B. Marci Evang. A. D. 1458.

Katona l. c. p. 130. ex hoc ipſo loco ſatis convenienter arguit Sanctiones illas (Mathiæ,

de quibus mox, quaſve ipſe quoque ibidem p. 69. exhibuit) jam ante 27. Aprilis conditas eſſe, non igitur poſt Feſtum Pentecoſtes differendas, niſi forte Szilágyianas intelligeret. Cum nihilominus tam in Szilágyianis, quam Corvinianis hujus anni Conſtitutionibus Peſtienſibus de actibus potentiariis, & occupationibus Bonorum leges conditæ ſint, niſi poſitive doceri poſſit, Mathiam Decretum ſuum poſt has Litteras edidiſſe intelligi haud poteſt, quas nomine novi Decreti generalis indigitet.

Evidentius adhuc ad easdem Conſtitutiones Szilágyianas provocatur in ternis Diplomatibus Mathiæ circa cuſionem monetæ editis, apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 136. 137. & 138. quorum primum ſequentem clauſulam habet.

„ Quæ nunc in hac noſtra Budenſi, & aliis Ca-
„ meris Regni noſtri ex diſpoſitione Prælatorum, Ba-
„ ronum, Nobilium, & Procerum Regni noſtri cu-
„ ditur - - - Datum Budæ in Vigilia Feſti An-
„ nunciationis B. M. V. A. D. 1458. “

Alterum:

„ Quia nos ejus monetæ, quam nuper in princi-
„ pio Regiminis noſtri ex deliberatione Prælatorum,
„ & Baronum noſtrorum cudi fecimus, undique per
„ totum Regnum noſtrum curſum habere volumus. -
„ - - Datum Budæ Feria II. prox. ante Feſtum B.
„ Osvaldi Regis A. D. 1458.

Tertium demum tantum de plano commemorat:

„ Hanc monetam noſtram, quam ex deliberatio-
„ ne Prælatorum, Baronum, ac Regnicolarum noſtro-
„ rum cudi fecimus - - - Datum Budæ Feria V.
„ prox.

Digitized by Google

„ prox. poſt Feſtum ad Vincula B. Petri Apoſtoli A.
„ D. 1458.

In omnibus iſtis Diplomatibus, præciſe ad Decretum Mich. Szilágyi, ſeu Conſtitutionem Regnicolarum Anni hujus 1458. Art. XII. provocari manifeſtum eſt.

Inter MSS. Wagneriana, jam Nicolao Jankovichiana reperitur:

Formula Juramenti, per omnes Civitates neo electo Regi præſtiti.

„ Das uns Gott helffe, unſere Liebe Frau, und
„ alle Gottes Heiligen, das wir von der Stadt N. we-
„ gen kein anderen König haben wellen, nach erwelen
„ werden, den den Herrn Waydaſia Matyaſch, und wel-
„ len im gehorſam ſeyn, und dienen mit Recht und
„ worer trew, als unſerm gnädigen Herrn, und der-
„ gleichen dem Großmächtigen Herrn Zilágyi Mihál
„ an ſeiner ſtat dieweil und er Gubernator iſt.

Hoc eodem Anno alia Comitia per Mathiam Regem Peſtinum ad Octavas Feſti Pentecoſtes indicta fuiſſe, oſtendi Litteris Mathiæ R. in Veſt. p. 297. productis, an ea tamen hoc termino re ipſa celebrata ſint, nullo ſat claro Veſtigio adhuc firmare poſſum. In Teſtimonio Mich. Szilágyi pro familia Marnavich, ex Kerchelich Notit. Præ- lim. p. 273. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 90. legitur.

„ Quumque nunc nobis in Civitate Peſth cum
„ DD. Prælatis, Baronibus, ac Nobilibus Regni Hun-
„ gariæ pro diſponendis dicti Regni rebus congrega-
„ tis, idem Comes Tomko ſuo nomine, & tamquam
„ heres

Digitized by Google

„ heres præfati Georgii Patrui ſui Teſtimonium pub
„ cum a nobis, ceteriſque Dominis nobiſcum congr
„ gatis de dicta voluntate Regis Wladislai, & Joann
„ Wayvodæ requiſiverit, ac requirat, nos, qui præ
„ fatis omnibus rebus cum plurimis præſentibus Præ
„ latis, & Baronibus interfuimus, tenore præſentiui
„ fatemur, & atteſtamur. - - - Datum in Peſt
„ vigeſima die Congregationis noſtræ A. D. 1458.

Katona recte obſervat, non in prima hujus Anni Congregatione hoc Teſtimonium fuiſſe datum, quod ejusdem vigeſima die nondum Mathias Rex declaratus fuerit, cujus hic tamquam Regis mentio jam occurrit, addo: nec Szilágyi Gubernator, quem ſe hic jam nominat, ſed cum aliæ temporis notæ nullæ apponantur, terminus Congregationis hinc quidem erui non poteſt. Si hoc Inſtrumentum ad eandem Congregationem referre velimus, in qua Mathias Rex Articulos a Regnicolis ſibi oblatos confirmavit, illa iterum occurreret difficultas, quod confirmationis illius ſit datum duodecima, hujus Inſtrumenti vigeſima die Congregationis, cum tamen Decreta, & Conſtitutiones in Comitiis conditæ plerumque in fine horum, vel tardius confirmari ſoleant, aut illis confirmatis Comitia terminari, nec facile exemplum habeamus, ut confirmatis jam Conſtitutionibus diutius protrahantur, quod hic adminus octo diebus adhuc fieri debuiſſet, ſi Teſtimonium Szilágyii pro Marnovichiis in iisdem Comitiis datum fuiſſet, in quibus Mathiæ Decretum conditum eſt; quod proinde ſine difficultate Chrono-

logi-

Digitized by Google

logica nec ad Comitia Decreti Szilágyiani, nec ad Comitia Decreti Corviniani commode referri poteſt, cum tamen hæc diverſa fuiſſe, vel inde etiam manifeſtum evadat, cum datum confirmationis Szilágyianæ die 24. Corvinianæ vero die 12. Congregationis ſit, adeoque ſi in eadem Congregatione editæ eſſent, Corvinianam Szilágyianæ priorem fuiſſe oporteret, quod dici non poteſt, cum Mathias duodecima die Congregationis Feſti Circumciſionis Domini neque Rex adhuc denominatus fuerit, neque Comitiis adhuc Pragæ captivus interfuerit, Conſtitutiones proinde cofirmare non potuerit.

Comitiorum inter prima illa, Feſto Circumciſionis celebrata, in quibus Mathias in Regem electus, & Conſtitutio Regnicolarum per Szilágyium eodem die in Gubernatorem electum (cujus electionis inſtrumentum adhuc non deteximus) approbata eſt, & hæc pro die Octavo Feſti Pentecoſtes indicta celebratorum, quibus vel Decretum Mathiæ, vel Teſtimonium Szilágyii adſcribere poſſemus, nullum hactenus reperimus Veſtigium, nullum indubitatum indicium, quo vel hæc poſteriora re ipſa celebrata fuiſſe, probare poſſemus, & tamen indubium eſt, tum ex Teſtimonio Szilágyii pro Marnavichiis dato, tum ex confirmatione Decreti Mathiæ Regis, ſi non duas, certe unam Congregationem generalem, præter illam Feſti Circumciſionis, in qua Mathias electus eſt, & aliam Szegedinum pro Feſto Nicolai, per Mathiam

thiam

Digitized by Google

thiam convocatam, aliam ab hac utraque diverſam, poſt ejus adventum, & ante Feſtum B. Michaelis, ut ex Art. XLI. XLII. & XLIII. Decreti per Mathiam duodecima die ejusdem confirmati evidenter patet. Vero ſimillimum igitur videtur eſſe, in ſequelam Art. XIII. Conſtitutionis Szilágyianæ, Comitia pro die octavo Pentecoſtes indicta, re ipſa celebrata, & in illis Decretum Mathiæ, quo ego in Veſtigiis Comit. p. 298. primus vulgavi, conditum eſſe, cum non ſit credibile Mathiam Regem jam 16. Februarii reducem ſtatim nova Comitia, prioribus vix diſſolutis coegiſſe, vel ſi id feciſſet, alia iterum jam tertia ad Octavas Pentecoſtes, & quarta deinde eodem adhuc anno Szegedinum pro Feſto B. Nicolai convocaturum fuiſſe. Id ipſum confirmari videtur, Articulis Decreti Mathiæ Regis ſupra citatis XLI. XLII. XLIII. in quibus provocatur, Feſtum B. Michaelis Archangeli nunc proxime venturum, quod utique diei duodecimæ Octavarum Feſti Pentecoſtes longe propius eſt, quam diei 27. Aprilis, ante quam Katona hoc Decretum retrahendum eſſe exiſtimat.

Confirmatur hæc jam non tam conjectura, quam hiſtorica veritas ex Diplomate Mathiæ in controverſia inter Georgium Ivanovich, & Tomko Marnavich ſuæ deciſioni ſubmiſſa ex Kerchelich. Notit. Prælim. p. 280. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 360. in quo ſequentia occurrunt.

„ Prout

„ Prout hæc omnia latius patent in Litteris de-
„ claratoriis Magnifici Viri Michaelis Zilágyi de
„ Horogzeg, Avunculi noſtri, tunc temporis nomi-
„ ne, & in perſona noſtra Gubernatoris Hungariæ,
„ Dalmatiæ, Croatiæ &c. conſtituti, publicatis in uni-
„ verſali Congregatione omnium Ordinum Regni con-
„ gregatorum in Civitate Peſthienſi. Anno Domini
„ 1458. - - - Quumque præterea talis cognitio
„ eatenus ad nos pertineat, quatenus dictus Comes
„ Tomko per alias noſtras Litteras inter Barones Re-
„ gnorum noſtrorum ſit cooptatus, & admiſſus con-
„ ſenſu omnium Ordinum Regni juxta continentias
„ dictarum Litterarum hoc ipſo Anno menſe Julio
„ expeditarum - - - Datum Budæ in Feſto Omni-
„ um Sanctorum 1459.

Licet hic ex contextu non ſatis pateat, quem annum indicet clauſula illa: *hoc ipſo anno* præmiſſum videlicet 1458. an. 1459. quo hoc Inſtrumentum editum eſt, cum tamen Tomko Marnavichium inter Barones Regni *conſenſu omnium Ordinum Regni* cooptatum, & admiſſum eſſe teſtetur, anno autem 1459. menſe Julio Comitia, vel concurſum aliquem Ordinum Regni, in quibus talis conſenſus haberi potuiſſet, niſi forte ex Art. XIII. Conſtitutionis Szilágyianæ poſt Feſtum Pentecoſtes celebranda fuiſſe argueremus, celebrata eſſe nullo indicio doceamur, non incongrue hunc menſem Julium ad annum 1458. retrahemus, & hunc locum diplomaticum pro Veſtigio Comitiorum eodem Anno ad Octavas Feſti Pentecoſtes indictorum re ipſa celebratorum adoptabimus. Ex hoc ipſo loco præterea diſcimus,

mus, Congregationem illam, cujus die 20. Szilágyius Teſtimonium pro Marnavichio dedit, non aliquam particularem Prælatorum, & Baronum conſultationem, quod fors aliquis opponere poſſit, (licet ejusmodi concurſus, illa præſertim ætate, non facile in vigeſimam diem protracti fuerint) ſed univerſalem Congregationem omnium Ordinum Regni congregatorum; deinde Staroſtam Regni Raſciæ inter Barones Regnorum S. Coronæ Hungaricæ cooptatum fuiſſe.

Decretum hoc Mathiæ I. ſub ejus nomine editum, & confirmatum primum, hactenus nec in Corpore Juris Hungarici habebatur, nec ab ullo, quod ſciam, Scriptorum vulgatum, ac ne commemoratum, & ipſi Kaprinayo adhuc ignotum erat, usque dum ego illud Veſtigiis Comit. p. 298. infererem. Habebam tum quidem ad manus copiam illius ita mendoſam, ut plurima divinando ſaltem non tam ad textum, quam ad ſenſum, & ſtylum emendare debuerim, cum tum adhuc ad Archivum Regni nondum acceſſum habuerim, ubi quod peculiare aliquid eſt, gemina illius authentica ſervantur exemplaria, aliud ſub pendenti, aliud ſub appreſſo Sigillo, teſte etiam ejusdem Archivi Regeſtratione inter Acta Diætalia Anni 1764. quorum utriusque genuinam copiam deſumtam habeo, quæ a textu in Veſtigiis producto non magnopere, nec in rebus majoris momenti differunt, & ideo etiam variantes lectiones, quod intendebam hic adferre, prætermitto,

cum

Digitized by Google

tum ſperem me illud brevi cum ceteris omnibus Decretis Regum noſtrorum in una collectione, ut promiſi ex authenticis exemplaribus religioſiſſime editurum eſſe, ſequentes tamen notabiliores adducendas eſſe putavi:

Articulo 3. in Veſt. pag. 301. poſt voces: *Donec hujusmodi ſtipendiarii exercituantes inimicis reſiſtere poterunt, non indicetur* reliqua legenda ſunt:

„ niſi tunc, cum tantæ, & tam magnæ multitu-
„ dini inimicorum ſupervenire contingeret, cui
„ Dominus Rex de proventibus Regalibus, ac
„ ex concurrentia Banderiorum Prælatorum, &
„ Baronum, & ſtipendiis a Viris Eccleſiaſticis
„ more alias conſveto debentibus reſiſtere non
„ poſſet, promulgetur; alias autem Dominus Rex
„ de proventibus &c.

Poſt Articulum XII. loco XIII. erroneæ impreſſum eſt Art. XIV. pag. 305. omnes igitur hunc ſequentes Articuli unitate minori numero ſignandi eſſent, ita, ut totum Decretum non 60. ſed 59. Articulis conſtet, quod notandum eſſe putavi, ne Lector integrum Art. XIII. cum textu exmiſſum eſſe putet.

Pag 307. lin. fin. loco: *ſi Jure mediante &c.* legendum.

„ Et jure mediante vigore hujusmodi recaptivatio-
„ nis Jure Regio pertinere debent, poſſe non va-
„ lentium, ipſa Regia Majeſtas &c.

Pag. 318. Art XXXIII. poſt voces: *pro quorumcunque parte* legendum:

„ ema-

„ emanandas, demtis ſolummodo illorum parte,
„ qui ſuperius notificati ſunt, poſſint prorogari.

Pag. 320. §. *Item de æſtimatione poſſeſſionalia, &c.* legendum.

„ Item de æſtimationibus poſſeſſionar. judiciar.
„ Commiſſione fiendis denarii centum.

„ Item: de poſſeſſionar. diviſione, & ſingulis poſ-
„ ſeſſionibus diviſis ſinguli denarii centum.

Ut autem pateat Decreti hujus plures circumferri copias, adnotabo illas, quæ mihi notæ ſunt. Ego illud edidi ex copia Cl. Pray, ut profeſſus ſum in Veſt. p. 298. Habetur autem etiam in Coll. Dipl. Car. Fejérvárj. Tom. III. N. 414. in Collect. Wagneriana, nunc Jankovichiana Tom. IV. p. 105. — 115. ubi de illo apponitur: *Inſtrumentum pulchrum, & in Corpore Juris non viſum.* Inter MSS. Cornideſiana Exemplari, quod ad manus habebam T. VII. p. 262. qui reſpondet Tomo XII. a Katona citato. Atque ex his ipſis copiis, indubie ab una deſumtis arguere licet, latere uſpiam vel antiquam aliquam Decreti hujus copiam, vel exemplar authenticum ab utroque Archivi Regnicolaris diverſum, ex quo illæ deſumtæ fuerint, quæ certe omnes Hiſtoria Diplomatica Steph. Kaprinay recentiores ſunt, cum illi adhuc ignotum manſerit, quod futurum non erat, ſi recenſitorum Collectorum, quos omnes Kaprinay noverat, aliquis tum illud in copia poſſediſſet. Non ſunt proinde copiæ iſtæ ex authenticis Archivi Regnicolaris deſum-

ſumtæ, ad quæ jam ab Anno 1765. non facilis acceſſus erat, ſed ex alio ut præmiſi nobis adhuc ignoto.

Cæterum ad Decretum hoc provocatur in ſequenti ſtatim Decreto Szegedienſi Anni 1459. Art. XXIV. XXVIII. & XXXVII.

Jam ad Annum 1351. retuli quædam Diplomatica Documenta, ubi Reges demandarunt ſuis, ut quidquid dictum vel factum fuerit, ſibi fideliter reſcriberent; addo & hic ſimile exemplum, ſed & audax reſponſum, ex quo una apparet, quam parum potentiores, & Friderico viciniores Proceres juveni, & novitio Regi Mathiæ detulerint. Inſtrumentum e MSS. Cornideſianis T. VII. p. 236. deſumtum eſt, Comes autem Sigismundus de Bozin, & S. Georgio, de quo hic agitur, ille ipſe eſt, qui inter cæteros Proceres cum pluribus Comitibus de Bozin pro Friderico contra Mathiam confœderatis in Inſtrumento Veſt. Comitior. p. 348. legitur. Sic autem in mandato Mathiæ Regis ad Capitulum Poſonienſe, & hujus Relatoriis inter cætera habetur:

„ Fidelitatibus veſtris firmiter præcipiendo mandamus, quatenus viſis præſentibus alias has noſtras pro parte fidelium noſtrorum Civium Civitatis noſtræ Poſonienſis, fideli noſtro M. Sigismundo Groff de Bozin, Capitaneo Civitatum noſtrarum Tyrnavienſis, & Zakolczenſis præceptorie loquentes cum præſentibus vobis exhibendis, per veſtrum teſtimonium fide dignum eidem Sigismundo Groff exhi-

K „ be-

„ bere , & præſentare faciatis, & quid quid idem ac
„ contenta earundem fecerit, vel reſponderit, nobis
„ fideliter reſcribatis. Dat. Budæ Fer. IV. prox. ante
„ Feſtum B. Mariæ Magd. A. D. 1458. Nos igitur
„ - - - alias Litteras veſtras - - - per homines no-
„ ſtros fide dignos Viros honorabiles Magiſtros Ma-
„ thiam de Themeswar, ac Wolfgangum in Medicinis
„ Doctorem ſocios, & concanonicos noſtros eidem Si-
„ gismundo Groff exhibere commiſimus. - - Qui
„ tandem ad nos exinde reverſi, nobis concorditer
„ retulerunt, quomodo ipſi heſterna die, videlicet
„ in Feſto B. Jacobi Apoſt. jam præterito dictas Lit-
„ teras alias veſtras Regales ipſi Sigismundo Groff
„ in Poſſeſſionem Neuſidl vocatam exhibuiſſent, ac
„ præſentaſſent, & antequam idem D. Sigismundus
„ Groff hujusmodi Litteras veſtras in manus ſuas re-
„ cepiſſet, dicere debuiſſet, quomodo ipſe haberet, alias
„ Litteras ipſis Litteris veſtris præſentibus multo effica-
„ ciores, quia tribus Sigillis, uno videlicet Veſtræ
„ Serenitatis, altero Genitricis Veſtræ Sereniſſimæ, &
„ tertio hujus Regni veſtri Hungariæ Gubernatoris,
„ de quarum continentiis, ac diſpoſitionibus, & or-
„ dinationibus ibidem conſcriptis nullo modo exire
„ vellet, nec easdem quomodolibet immutare, etiamſi
„ Veſtra Serenitas propria ſua manu quantascunque,
„ & qualescunque alias Litteras eisdem in contrarium
„ ſcriptas transmitteret, quum ſperaret, ut Vos ipſum
„ in eisdem prioribus diſpoſitionibus prænotatis con-
„ ſervare. Ubi autem V. S. ipſum forſitan in eisdem
„ non ſervaret, ex tunc oporteret, quod ipſe ſe
„ ipſum per ſe in eisdem conſervaret, quia easdem
„ nullo modo vellet immutare, & ſi dicti noſtri ho-
„ mines de talibus Litteris ſibi credere nollent, extunc
„ venire deberent cum ipſo ad Caſtrum ſuum Ovar,
„ & ibi eisdem oſtendere vellet. Addidiſſetque idem
„ Sigismundus Groff, quomodo ipſe mulctam minare-
„ tur, quod iſti Cives Poſonienſes tales homines, ta-
„ les

Digitized by Google

„ les Litteras exhiberent prioribus Litteris veſtris contrarias absque ſcitu fratris ſui Joannis, qui apud V. S. continuo præſens eſſet, & quod talia eidem non notificarent. Subjunxiſſet etiam, quomodo ipſe Triceſimatorem eorumdem Civium in Zarand ideo captivaſſet, quia idem contra libertates ſuas, & ſuorum per olim alium Seren. Principem. D. Ladislaum R. Veſtrum ſcilicet Prædeceſſorem in facto Triceſimarum ſibi datas, & conceſſas feciſſet, et laboraſſet, facereque in futurum prætendiſſet, de quibus libertatibus etiam nullo modo exire vellet. Quibus tamen non obſtantibus eundemTriceſimatorem,ſeu hominem ipſorum Civium Poſonienſium libertati reſtituiſſet. Dixiſſet etiam, ſe neſcire dampna, & præjudicia aliqua eisdem Civibus minus juſte intuliſſe. Quibus quidem reſponſis ſic per eum factis, tandem prænotatas Litteras Veſtræ Serenitatis de manibus ipſorum, videlicet noſtrorum hominum, & teſtimoniorum noſtrorum fide dignorum recepiſſet, & copiam earum ſibi ſcribi commiſiſſet. Datum ſecundo die exhibitionis præmiſſæ, videlicet in Feſto B. Annæ Matris Mariæ A. D. 1458.

Confœderationis illius, per quam Fridericus in Regem Hungariæ electus fuit, & in qua non poſtremam partem Comites de Bozin habuiſſe paulo ante monui, memor Fridericus mox iisdem præmia contulit, dum ſcutum eorum gentilitium auxit, & confirmavit, qua de re editas Litteras ex Kaprinai P. II. p. 325. vulgavit Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 234. ubi ſequentia leguntur.

„ Pro ampliori decore noſtræ Cæſareæ ſublimitatis, totiusque Chriſtianæ Religionis conſolatione cum nonnullis aliis Spectabilibus, Magnificis, atque Nobilibus dicti Regni noſtri Hungariæ Proceribus

„ nos in Regem ejusdem Regni noſtri Hungariæ cui
„ magna, & intima cordis affectione elegiſtis. Da
„ Viennæ 19. die Menſis Junii A. D. 1459.

Perſtrinxit hunc Friderici Regno, & Chriſtianitati tam fatalem ambitum ipſe Mathias Rex ſequentibus Litteris admonitoriis Civitati Poſonienſi ſcriptis, in quibus etiam juramenti a Civibus præſtiti, cujus formulam ſuperius retuli, aperte meminit. Deſumſi eas ex MSS. Cornideſianis Tom. VI.

„ Prudentibus ac Circumſpectis Judici Jurato, & „ cæteris Civibus, ac totius Communitatis Civitatis „ noſtræ Poſonienſis fidelibus nobis ſincere di„ lectis.

„ Mathias Dei Gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ „ Croatiæ &c.

„ Prudentes, & circumſpecti fideles nobis ſincere „ dilecti. Audivimus, qualiter Fridericus Romanorum „ Imperator de nova Civitate, non advertens rectitu„ dinem Imperialis dignitatis, & honorem ſuum pro„ phanari conſentiens publice ſe per nonnullos dictos „ Regni noſtri pacis turbatores Regem pronunciari pro„ curavit,& in idem Regnum noſtrum Hungariæ, ac illam „ Civitatem noſtram Poſonienſem introduci facere ma„ chinaretur. Cum autem vos ſemper ipſi Regno noſtro „ adeo fideles, & conſtantes in fidelitate fuiſtis, quod „ vos nunquam a veſtra fidelitate Regni noſtri decli„ naſſe quipiam hominum commemorare poſſint, „ quin imo etiam alios nonnullos Regni noſtri ſubdi„ tos ſæpius a vobis ſinceræ fidelitatis exempla ſum„ ſiſſe aperte ſciamus, & nos quidem ad hujus Regni „ regimen Deo volente, eo tempore, quo nec expo„ ſcere ſciviſſemus omnium Regnicolarum noſtrorum „ unanimi, & concordi animo nullo penitus diſcre-

„ pan-

Digitized by Google

„ pante electi ſimus, vos etiam veluti membra Regni „ fidelitatem juramento corporali præſtito nobis ut „ Regi Hungariæ promiſeritis, igitur requirimus vos, „ ac in virtute juramenti præſtiti ad ipſam fidelitatem „ nobis promiſſam præcipimus vobis, quatenus præfa- „ tum Fridericum Imperatorem, qui ut præmiſimus „ honoris ſui immemor, ad hoc Regnum noſtrum in „ detrimentum fidei Catholicæ, ad paganorum exal- „ tationem ſe ingerere machinatur, ac etiam alios „ quoscunque pacis prætacti Regni noſtri turbatores „ in prætactam Civitatem noſtram Poſonienſem, & „ medium veſtri intromittere nullatenus præſumatis „ - - - - - - eandem Civitatem noſtram, & - - - - „ - - - - veſtram nobis Regi Hungariæ, & Domino „ veſtro naturali, cui ut præmiſimus juramentum præ- „ ſtitiſtis, & nemini alteri fideles, & conſtantes ſub- „ diti vigilantiſſime, ac fideliter, & conſtanter tenere, „ & conſervare velitis, & debeatis, ſecus ſi honori, ac „ fidei, & juramento veſtris ſatisfacere velitis, ac „ Regni hujus commodum, & utilitatem cupitis, non „ faciatis. Datum Budæ in Feſto Beati Gregorii Papæ „ Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Quinqua- „ geſimo Nono.

Anno eodem 1458. tertium Comitia Szegedinum pro Feſto B. Nicolai Epiſc. convocata fuiſſe, docui in Veſtigiis p. 331. Decretum autem in illis A. 1459. conditum edidi ibidem p. 335. cujus Exemplar authenticum exſtat in Archivo Regni, & Secretiori Auguſtæ Domus. In Elencho Actorum Archivi Archiepiſcopatus Strigonienſis commemorantur etiam. *Acta de ſolvendis Decimis in Diæta Szegedienſi.* Inter MSS. Széchényiana Dipl. Tom. VII. N. 3. habetur Mathiæ R. mandatum Capitulo Albenſi in Tranſyl-

vania miſſum, ut Petrum Plebanum de Martonfalva, & Gubernatorem Abbatiæ de Kercz, Congregationisque ejusdem in Poſſeſſione Galto Comitatus Albenſis partium Tranſylvanarum novæ donationis titulo cum annexo Jure regio ſtatuat. Datum Szegedini in Feſto Circumciſionis Domini Anno ejusdem 1459. Inſtrumentum hoc non pertinet quidem ad Acta Diætalia, patet tamen ſub Comitiis eſſe editum.

Anno 1460. in Inſtrumentis Diplomaticis plura, ſed minus determinata Veſtigia Comitiorum reperiuntur.

An ad congregatos, an diſperſos Hungaros Pius II. Papa de Conventu Mantuano ſcripſit Litteras, ex Kaprinay Hiſt. Dipl. P. II. p. 388. apud Katona Hiſt. Crit. Tom. XIV. p. 325. quarum ſequens eſt exordium.

„ Pius PP. II. Ven. Fratribus noſtris, & dilectis filiis univerſis, & ſingulis Prælatis, Baronibus, „ Nobilibus, & Proceribus, ac toti Communitati Regni Hung. ſalutem - - - Dat. Mantuæ „ 24. Menſis Januarii 1460. “

Mathias in Litteris, quibus a Papa petit, ut Æmulis Eccleſiæ Zagrabienſis, ad quam Varadienſem transtuliſſet, ſilentium imponeret, ex Epiſtola Mathiæ Corvini XIII. p. 37. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 400. habet:

„ Quapropter V. S. humiliter, & quam poſſumus „ ſtudioſiſſime ſupplicamus, ut miſereatur tandem

„ illi-

Digitized by Google

„ illius Eccleſiæ triginta fere jam ab annis quo-
„ tidie labentis in pejus; & juxta deliberationem
„ noſtram, quam ex dictorum Prælatorum, & Ba-
„ ronum, ac omnium Regnicolarum noſtrorum
„ conſilio fecimus 1460. "

Dantur & Procerum eodem Anno & ad Pontificem, & ad Cardinalem Portuenſem in hoc ipſo negotio datæ Litteræ inter easdem Epiſtolas XIV. p. 37. & XV. p. 39. in quibus ſequentes occurrunt clauſulæ.

„ Juxta formam deliberationis Regiæ, ac noſtræ. "

„ Nunc autem inter alia, quæ his diebus utiliter
„ proviſa ſunt. "

„ Proinde hæc eſt Sereniſſimi D. N. Regis, omnium
„ noſtrum deliberata, & unanimis Sententia. "

Certiora ſunt ea, quæ ex originalibus Litteris Mathiæ Regis in Archivo Civitatis Bartphenſis deſumtis erui de Congregatione Agriam indicta, ad quam & Cives Bartphenſes per Nuncios evocati ſunt, id unum dolendum, ibi plane lacunam eſſe, ubi terminus hujus Congregationis exprimitur, patet tamen ex dato, fuiſſe circa Feſtum Pentecoſtes. Profero ipſas Litteras Regales Lectori relinquendo, an eas pro Veſtigio generalium Comitiorum ex præſcripto Art. XIII. Decreti Szilágyiani 1458. indictorum habere velit.

„ Comiſſio propria Domini Regis.

„ Matthias Dei Gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ,
„ Croatiæ &c.

„ Prudentes, & Circumſpecti Viri fideles nobis „ ſemper dilecti. Ut Negotia harum ſuperiorum parti- „ um Regni noſtri & dirigi melius, & componi poſ- „ ſint, conſtituemur - - - - proximo perſonaliter, „ una cum fratre noſtro chariſſimo Michaele Szilágyi „ de Horogſzék perpetuo Comite Biſztricienſi, & ali- „ is Prælatis, & Baronibus Regni noſtri, in Civitate „ Agrienſi, quam ob rem, cum nos velimus, vos „ horum omnium, quæ illic tractabuntur, & conclu- „ dentur, conſcios facere, Fidelitati veſtræ firmiter „ comittimus, quatenus ſtatim receptis præſentibus „ certos ex vobis potiores eligendo ad noſtram Ma- „ jeſtatem in præfatam Civitatem Agrienſem cum ple- „ na informatione, & facultate veſtra pariter cum „ fideli noſtro Magnifico Comite Ladislao de Palocz „ Judice Curiæ noſtræ, quem ſimiliter vocavimus, „ mittere, & dirigere debeatis, tractaturos nobiscum, „ & cum Prælatis, & Baronibus noſtris, ſuper his, „ quæ pro meliori ſtatu dictarum partium Regni no- „ ſtri utilia videbuntur. Datum in Varkon Sabatho „ proximo ante Feſtum Aſcenſionis Domini Anno ejus- „ dem 1460.

Anno 1462. celebratorum Comitiorum, & in illis actorum plura Veſtigia Diplomatica occurrunt, quæ uti collegi, hic referam. Mathias ipſe in Epiſt. IV. Part. II. pag. 9. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 515. ubi eam ad A. 1462. refert.

„ Deinde cum Comitibus de Bozyn facta pax eſt. „ Porro cum Imperatore tractatum, prout ſcripſimus „ ex Berecz, ſuper qua re, ut ſcilicet tractata cum „ eo pax confirmetur, nec non & pro aliis neceſſi- „ tatibus nunc generalem habituri ſumus Congrega- „ tionem, & ſperamus omnia ad effectum ſucceſſura. „ Dat. Vaciæ 1460.

In

In Epiſt. XLVIII. Par. I. p. 112. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 527. De ſucceſſu Joannis Epiſcopi Varadienſis ad Fridericum Imp. Oratoris miſſi hæc habet:

„ Noviſſime illinc reverſus certos habitorum „ Tractatuum Articulos attulit, quibus reſpondere, & „ eos firmare, aut infirmare, prout ab eo percepimus, „ non eſt noſtrum, cum non perſonam noſtram ut „ dicunt, ſed totius Regni Univerſitatem concer- „ nant, imo nec adhuc in ſpecie oſtenſi ſunt, aut „ publicati, ſed in hac proxima generali omnium „ Regnicolarum noſtrorum Congregatione, ob hoc „ ipſum præcipue advocata ſunt publicandi. “

Idem in Epiſt. XXV. P. II. p. 60. ad Raguſanos: apud Katona Hiſt. Crit. Tom. XIV. p. 530.

„ Nec alia magis de cauſa cum Imp. Rom. certæ „ compoſitiones tractatæ ſunt, quas ſperamus in pro- „ xima generali omnium Regnicolarum noſtrorum „ Congregatione confirmari, & votivos tandem per- „ duci ad effectus. “

Idem ad Fridericum Imp. Epiſt. I. p. I. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 535. „

„ Dictorum autem Tractatuum Articuli nobis qui- „ dem Maj. Veſtræ benevolentiam, & rerum, & „ temporum conditiones conſiderantibus ſatis placue- „ runt, ſed ut etiam ab Univerſitate Regni accepten- „ tur, in hac Congregatione generali proxime futura „ dabimus operam, & rem curabimus deduci ad effe- „ ctum. “

Ibidem Epiſt. V. p. 13. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV p. 536. ſcribit Epiſcopus Quinque Eccleſienſis juſſu Regio ad Legatum Apoſtolicum.

„ Qua

Digitized by Google

„ Qua in re tam Regia Serenitas, quam DD. „ Prælati, & Barones, ac Regnum univerſum quam „ poſſunt, maximas gratias agunt SS. Domino noſtro „ - - - Ceterum ad quales Articulos tandem deducti „ ſint cum Imp. Rom. habiti Tractatus, Regia Ma- „ jeſtas intellexit, ſuper quibus cum Conſiliariis ſuis, „ & Univerſitate Regnicolarum merito exiſtimavit con- „ ferendum - - - acceptare ſe profitetur - - - non at- „ tentis dictorum Articulorum difficultatibus, ſed ma- „ gis rerum, & temporum conditione penſata, aqui- „ evit in eo Sua Serenitas, Prælatorum, ac Baronum „ ſuorum ſanioribus conſiliis, & maluit in præſentia- „ rum Chriſtianorum vacare defenſioni, quam injuria- „ rum ſuarum vindictæ quomodo inſiſtere. Domini „ autem Prælati, & Barones, quorum in perſona „ omnia illa tractata ſunt, idem fere pro ſua parte „ reſpondent. Communicaverunt ea cum fratribus „ ſuis, & communitate Regni, *quantum opus fuit*, „ & non quidem Articulorum facilitate allecti, quo- „ rum ſane graves ſunt quidam, ſed aliis etiam mul- „ tis, & rationabilibus inducti etiam oneroſas concor- „ diæ partes amplectuntur - - - Poſtremo R. P. „ V. tam Rex, quam DD. Prælati, ac Barones, & „ univerſi Regnicolæ quantas animis ſuis concipere „ valent, grates ſpecialiter referunt pro tanta in ſe „ affectione. “

Idem in Epiſtola XXIX. p. 72. apud Katona Hiſt. Crit. Tom. XIV. p. 539. ſcribit ad Cardinalem S. Angeli.

„ Nunc ſumus in Congregatione generali, & „ concluſa ſunt, quæ ad firmandam cum Imperatore „ Rom. concordiam pertinebant. “

Ex parte quorumdam Regni Procerum ſcriptæ ſunt ad Fridericum Imperatorem Litteræ, quibus ſignificant, Tractatuum Articulos ab Epi-

Digitized by Google

ſcopo Varadienſi cum Sua Serenitate habitos, ſibi ſat, ſuperque explicatos pro moderna rerum, & temporum conditione ſatis placuiſſe; omnimodam proinde ſe habituros operam, ut in præſenti generali Congregatione ab univerſitate Regni etiam acceptentur. Profero illas ex MSS. Kaprinay B. 4. T. XV. p. 142.

„ Sereniſſime Princeps!

„ Reverendus in Chriſto Pater Dominus Joannes „ Epiſcopus Eccleſiæ Varadienſis, qui de nonnullo„ rum ex nobis conſilio ad veſtram Majeſtatem acceſ„ ſerat, his diebus ad nos reverſus, habitos cum „ Veſtra Majeſtate Tractatus nobis, & aliis fratribus „ noſtris nunc hic exiſtentibus retulit, & explicavit. „ Proinde plurimas V. S. gratias agimus de tam be„ nevolo reſponſo, & his temporibus plane acco„ modatiſſimo, quibus Populus Chriſtianus Pagano„ rum vexationibus affligatur, dictorum autem Tracta„ tuum Articuli nobis quidem Majeſtatis Veſtræ Bene„ volentiam & rerum, & temporum conditiones con„ ſiderantibus ſatis placuerunt, ſed ut etiam ab uni„ verſitate Regni acceptentur, in hac Congregatione „ generali proxime futura dabimus operam, & rem „ deduci curabimus ad effectum pro honore Veſtræ „ Serenitatis, ac noſtra, & omnium Chriſtianorum „ utilitate, prout ex his Georgio Præpoſito Poſonien„ ſi, & Stephano Plebano Budenſi latius intelliget „ Veſtra Majeſtas. “

Mathias in Litteris, quibus a Civitate Bartphenſi pro redimenda Corona 2000. fl. auri petit, ex Wagner Diplomat. Saroſienſis p. 123. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 543.

„ In quibus rebus Prælati, & Barones, ac No„ biles Regni noſtri pridem Budæ congregati, con-

ſide-

„ ſiderando facultatem noſtram minime ſufficere poſ-
„ ſe, ultro, ut bene noſtis ad hanc rem contribue-
„ runt, & non ſolum ipſi, ſed etiam fidelis noſter
„ Illuſtriſſimus Princeps D. Stephanus Rex Boſniæ, &
„ Civitas noſtra Raguſana, & multæ aliæ in longin-
„ quo poſitæ nobis notabiliter ſubvenerunt - - -
„ Dat. Szegedini in Feſto B. Laurentii M. A. D.
„ 1462.

In Epiſtola Mathiæ Part. II. N. XLVII. p. 110. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 545. ad Raguſanos in merito ejusdem ſubſidii ſequentia habentur:

„ Spem bonam, & prope indubiam ad nos retu-
„ lit (Joannes Epiſ. Varadienſis Orator) de reſtituenda
„ Corona præfata, & earundem diſcordiarum fomite
„ penitus exſtingvendo. Quas quidem res, cum ad
„ Regni tranquillitatem, & publicam ſalutem maxime
„ pertineant, omnibus conditionibus duximus ample-
„ ctendas, accedente ad id Prælatorum, Baronum,
„ ac Nobilium noſtrorum cohortatione, & conſenſu
„ adeo, quod cum ex certis Articulorum conditioni-
„ bus notabilis quædam ſumma pecuniæ quam pri-
„ mum per nos deponenda ſit, & perſolvenda, ſin-
„ guli pro ſua facultate ad id ipſum ſubſidia contri-
„ buere liberaliter obtulerunt. “

Epiſtola XXXVIII. P. I. p. 95. Joannes Epiſcopus Varadienſis de eodem negotio apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 547.

„ Ladislaus de Busla Magiſter Curiæ Reginalis
„ illuc (in Tranſylvaniam) per D. N. Regem, & DD.
„ Prælatos, Barones, ac univerſos Regni Hungariæ
„ Proceres miſſus eſt.

Dolendum eſt, has Epiſtolas fere univerſim menſium, & dierum, quasdam etiam anno-

rum

Digitized by Google

rum notis deſtitui, has quidem poſteriores ſæpe erronee apponi, ut adeo ſæpe parum determinati ex iis erui poſſit. Monumentis diplomaticis plurimum utilitatis, quæ ex iis in Hiſtoria haberi poſſet, decedit, ſi achrona ſint.

In Indice Decretorum Telegdiano jam alias commemorato adnotantur de Decreto hoc Anno 1462. condito ſequentia:

„ Scribunt aliqui, concepta in Clerum invidia,
„ hoc Decretum non ſervari, quod ante Coronatio-
„ nem editum ſit, ſed perperam. “

In hoc Decreto id peculiare eſt, quod Articuli ad certas claſſes ſub communes Rubricas revocentur, & ita enumerentur, ut, ſi illæ Rubricæ demerentur, ex toto eorum contextu, ſeu nigro nihil intelligeretur, quid velint, videntur proinde illæ Rubricæ ad textum authenticum Decreti pertinere, & non ab Editore præfixæ fuiſſe, quod unicum hactenus in Legislatione noſtra ſaltem ante Seculum XVII. exemplum eſſet authenticarum Rubricarum, ſed tunc Editores eas Rubricas non debuiſſent curſivo, & a reliquo textu diſtincto charactere imprimi curare, aut ſaltem admonendus Lector erat, eas non privata autoritate præfixas eſſe, quod hic magni eſt momenti, quid enim illi reſponderi poſſet, qui ſe ex his Legibus Art. II. condemnari poſſe negaret, niſi oſtendatur eas de nota infidelitatis ſonare, id autem non aliter fieri poteſt, quam demonſtrando, Rubricam eſſe authenticam, quod non niſi ex authentico exemplari pateret. Quod

ſi

ſi tali hoc ſolum opponeretur, ita hanc Legem accipi ſolere, jure ille regerere poſſet, ſe igitur ſecundum conſvetudinem, non ex Lege judicari, & ita hæ Leges prorſus inertes eſſent. Exemplar authenticum hujus Decreti an uſpiam ſuperſit, nondum detexi, quod tamen ad ſolvendam hanc non otioſam quæſtionem neceſſarium eſſet. Dum autem enumerati in ſingula claſſe caſus *Articuli* inſcribuntur, non vulgari eo ſenſu, quo Decretorum Articuli ita appellari ſolent, hoc intelligendum eſt, ſed in ſenſu latius ſumto, ſecus Articuli iterum in Articulos dividerentur.

Memorabilis hic eſt Art. II. §. 1. ubi inter caſus notam Infidelitatis concernentes exponitur etiam:

„ Evidenter ſe erigens contra ſtatum publicum
„ Regis, & Coronæ.."

Caſus iſte notæ Infidelitatis in multis anterioribus, & poſterioribus iſto Decreto Legibus recenſetur, cum tamen in concluſione Decreti Andreæ II. A. 1222. facultas detur, ſemet Regi libertatibus Regni contrarium agenti ſine nota infidelitatis opponendi, ut adeo hæc duo contraria ſibi eſſe videantur. Verum Andreas id tantum tunc admiſit, ſi ipſe contra immunitates a ſe conceſſas ageret, hic vero, ubi jam in Præfatione præmittitur antiquam Legem, & conſvetudinem Regni innovari, & declarari, non de illo caſu intelligitur, ubi fundamento violatæ libertatis quiſpiam ſemet Regi opponeret, ſed

qui

qui aut eo prætextu indebite, aut ex ambitione, ſtudio prædandi, vindicta, vel alio motivo in Regem ſe erigeret, & ſtatum publicum turbaret. Ut primo illo Lege admiſſo caſu ſe quispiam Regi opponeret, non facile in Hiſtoria noſtra caſus occurrit, ſolebant nihilominus ad eam Legem provocare, qui in Reges aliquid moliebantur, & deprehenſi in quæſtionem trahebantur, ut hoc prætextu ſemet tuerentur, quod, cum perturbationibus viam aperiret, merito diſerta Lege ſublatum eſt.

Anno 1463. Comitiorum Budæ celebratorum Veſtigia p. 367. deduxi, ſed in Inſtrumento Mathiæ Regis ſuper Tractatu cum Friderico apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV. pag. 610. detexi aliam Congregationem noviſſime, ut videtur, eodem Anno in Tolna celebratam. Utriuſque, tam ſcilicet Budenſis, quam Tolnenſis Congregationis mentio ibidem hiſce clauſulis facta continetur:

„ In vim amicabilium Tractatuum' - - - cum „ Sua Majeſtate inchoatorum, & expoſt per Prælatos, „ Barones, & Nobiles Regni noſtri Hungariæ in generali Congregatione Regni in Oppido noſtro Regali Budenſi deſuper celebrata (quod de Comitiis „ Anni 1462 intelligi poteſt) ſub certis modis approbatorum, & acceptatorum, & nunc - - - per „ nos, & dictos Prælatos, Barones, & Nobiles Regni „ ad hoc cum plena poteſtate ſpecialiter deputatos „ - - - Nos de conſilio, & conſenſu Prælatorum, „ Baronum, Comitum, Nobilium Regni, ne dum in „ præfata Congregatione Budæ obſervata; ſed & in

„ alia

„ alia Congregatione noviſſime in Tolna tenta habi-
„ tis, & obtentis - - - Dat. in Oppido noſtro
„ Budenſi Feria III. poſt Feſt. B. Mariæ Magd. A.
„ D. 1463.

In Inſtrumento, quod in Veſt. Comitior. p. 368. produxi, ſtatim initio loco *non multi* legendum eſt: *nonnulli*, hoc tamen non obſtat argumento, quod inde deduxi. In Epiſtola LVII. P. I. p. 128. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 577. Domino in Podiebrad ſcripta habet Mathias:

„ Nos ea ſuſpicione ducti ita omnia paramus, &
„ eo modo cum Regnicolis noſtris concordavimus,
„ ut ſi opus ſit, tanti inimici (Turcæ) impetum for-
„ titer excipiamus. “

Seu in Budenſibus, ſeu Tolnenſibus hujus anni Comitiis, in quibus de excipiendo Turcarum impetu cum Regnicolis concordatum eſſe ſcribit Podiebradio Mathias, Decretum ea de re conditum fuiſſe, quod tamen nondum ab oblivione vindicatum, & in lucem protractum eſt, patet e ſequenti Mathiæ Regis ad Tranſylvanos de obſervandis Conſtitutionibus Epiſtola, quam ex P. I. N. LXIV. p. 143. edidit Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 664.

„ Intelligetis cum ex Nuntiis veſtris ad Vos re-
„ deuntibus, tum præcipue ex Magnifico Joanne Groff
„ Vajvoda noſtro in illis partibus conſtituto earum
„ rerum ordinem, quæ modo in hac generali Præla-
„ torum, Baronum, ac Nobilium noſtrorum Congre-
„ gatione diſpoſitæ ſunt, quæ quidem res quoniam
„ non ad aliquam diminutionem libertatis communis,
„ ſed potius ad conſervationem ejus tendunt: & pro

„ me-

Digitized by Google

„ meliori ſtatu, & defenſione Regni provide, & ſa-
„ lubriter excogitatæ ſunt, Fidelitates V. attentiſſime
„ requirimus, & eisdem nihilominus firmiſſimo noſtro
„ Regio jubemus ſub edicto, quatenus & vos præ-
„ fatam diſpoſitionem libenter amplecti, & eidem
„ per omnia obtemperare nullatenus recuſetis. Nam
„ cum membrum hujus Regni ſitis, & Legibus ejus
„ vivatis, conveniens eſt, ut quascunque capitis veſtri
„ ordinationes, præſertim tales, & ad tam bonum fi-
„ nem factas obedienter acceptetis; nec ſoli grave re-
„ putetis id, quod omnes cæteros ſubire, non piguit.
„ Eo potiſſimum, quod defenſio, ad quam omnes
„ iſtæ diſpoſitiones ſpectant, Vobis etiam forte multo
„ magis neceſſaria eſt, quam quibuscunque aliis par-
„ tibus Regni noſtri. Secus igitur prout benevolen-
„ tiam erga vos noſtram, & protectionem veſtram di-
„ ligitis, & prout unum corpus cum hoc Regno no-
„ ſtro eſſe vultis, nunquam facere præſumatis. Cæte-
„ rum referet pro parte FF. veſtris nonnulla memo-
„ ratus Vajvoda Joannes, quem hoc tempore Nos
„ maxime ob tuitionem veſtram tam cito in medium
„ veſtri remiſimus. Quapropter volumus dictis, ut-
„ pote de mente noſtra procedentibus fidem omni-
„ modam adhiberi. 1463. “

Indubie in his Comitiis potiſſimum de ſub-ſidiis belli in Turcas præſtandis actum, & decre-tum fuerit. In Cimelio Székelyiano T. III. p. 83. reperitur originale Mathiæ Regis Diploma ſuper dignitate, ſeu officio Exactoris lucri Cameræ in Comitatu de Zathmar Paulo Leukes de Kalló collata. Tenebantur dare de ſingulis quin-que Portis unum florenum auri integraliter, & absque omni defectu. Datum in Civitate Jaycza, A. D. 1463.

Digitized by Google

In Extractu Tabularii Nationis Saxonicæ inter MSS. C. J. de Batthyán, p. 347. notantur Litteræ Procerum Regni Hung. quibus Saxonibus VII. Sedium Saxonicalium notificant, S. Coronam Regi, & Regno reſtitutam eſſe, nimirum, ut in MSS. Cornideſianis ex Archivo Cibinienſi N. 221.

„ Stephanus Colocenſis, & Bachienſis Archi Epiſco-
„ pus, Joan. Epiſcopus Varadienſis, C. Ladislaus de Palocz
„ Judex Curiæ, Emericus de Zapolya Theſaurarius, &
„ partium Superiorum Capitaneus. - - - Quomo-
„ do Divina favente Clementia, die Dominico in Fe-
„ ſto videlicet B. Jacobi Apoſt. proxime præterito,
„ circa horam ſextam ejusdem diei S. Corona Regni
„ Hung. quæ dudum ab hoc Regno alienata fuerat,
„ Domino noſtro gratioſo Regi, & Regno prætacto
„ reſtituta eſt, & exiſtit in manibus noſtris; ſuper
„ quibus gaudiis ſcimus bene, quod multum gratule-
„ mini, & gaudeatis. - - - Datum Sopronii in
„ Feſto B. Jacobi Apoſtoli A. D. 1463. “

Anno 1464. celebrandorum adhuc Comitiorum Veſtigium exſtat in reſponſo nomine Mathiæ Regis dato Galliarum Regis Legato, quod Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 704. edidit, ubi ſequens elegans locus legitur:

„ Ceterum quoad ea, quæ ſecretius retuliſtis, Re-
„ gia Serenitas ita reſpondet: primum erat de remiſ-
„ ſione injuriarum; quam petitionem ſimiliter ſuper-
„ vacaneam eſſe cenſet Regia Majeſtas, quippe qui
„ adhuc tempore electionis ſuæ omnibus inimicis ſuis
„ clementer indulſerit, & multis etiam poſtmodum
„ denuo culpabilibus veniam præſtiterit ita, quod a
„ nullo fere dici poteſt, quod de aliquo inimicorum
„ ſuorum, vel in perſonis, vel in rebus qualemcunque
„ ſumſe-

„ ſumſerit vindictam. Nec unquam in mundo Hunga- „ rorum aliquis exul, aut relegatus a Patria pro- „ cul vagatur. Hoc idem & in proxima ſua coro- „ natione factura eſt Regia Majeſtas, laudabili in eo „ Prædeceſſorum ſuorum conſvetudine obſervata. „ Quamvis & alioquin Regni hujus Inſtitura, & le- „ gales ritus ita tenent, quod contra quoslibet etiam „ Regiæ Majeſtati culpabiles, non ſtatim, & ex ab- „ rupto animadvertitur, ſed ſecundum Juris vias, & „ legitimas proceditur ſanctiones. “

Re ipſa Mathias Comitia ſequentibus Litteris Regalibus ex MSS. Cornideſianis jam apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 675. editis indixit.

„ Commiſſio propria Domini Regis.

„ Matthias Dei Gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, Cro- „ atiæ &c.

„ Prudentibus, & Circumſpectis Magiſtro Civi- „ um, Judici, Juratis, cæterisque Civibus, & toti „ Communitati Civitatis noſtræ Poſonienſis fidelibus „ noſtris dilectis.

„ Prudentes, & Circumſpecti fideles noſtri dile- „ cti. Poſteaquam feliciter dono Domini geſtæ ſunt „ res pro recuperatione Regni Bosnæ, quod infelici „ caſu amiſſum erat, congrue viſum eſt profectui pu- „ blico, & pariter honori noſtro, ut pro corrobora- „ tione bonæ ſpei, quæ ex his geſtis ad futura ge- „ renda nobis a Deo tribuitur, intendamus *ad ſuſci-* „ *piendam Coronam Regni, in qua totius pene di-* „ *gnitatis Regiæ virtus quædam, & ſumma conſiſtit.* „ Habita igitur deliberatione matura cum Prælatis, & „ Baronibus noſtris, cæterisque Conſiliariis nobiſcum „ exiſtentibus, decrevimus nos præparare ad aſſumptio- „ nem ipſius Coronæ Sacræ, in loco olim deſtinato, „ diemque coronationis ſtatuimus circa Dominicam

 „ Ra-

„ Ramiſpalmarum proxime affuturam. Ad cujus qui-
„ dem coronationis noſtræ ſolemnia peragenda vos
„ inter alios fideles noſtros invitare dignum duximus,
„ ut quod omnium profectibus accedit, ab omnibus
„ celebretur. Quam ob rem requirimus fidelitatem
„ veſtram, eidemque mandamus, quatenus ad diem,
„ & locum ſupra tactos, certos potiores ex vobis mit-
„ tatis, qui ipſi coronationi, ac ſolemnibus, & cæ-
„ remoniis fieri in ea, & celebrari ſolitis, intereſſe
„ non negligant. Datum in Oppido Dombro Regni
„ Sclavoniæ Sabbatho proximo ante Feſtum Purifica-
„ tionis Beatæ Mariæ Virginis Anno Domini Milleſi-
„ mo quadringenteſimo LX quarto."

In hiſce Comitiis cætera inter ratificata ſunt Inſtrumenta pacis cum Friderico Rom. Imp. anno ſuperiore initæ tum Regis, tum Oratorum pro ea tractanda miſſorum, tum denique potiorum Prælatorum, & Baronum Regni conſenſu. Ex Litteris poſteriorum iſtorum hac ſuper re editis apud Kollár in Auctar. Dipl. p. 234. & Katona Hiſt. Crit. Tom. XIV. p. 715. eruuntur aliqui in Comitiis illis præſentes, Oratores quidem Stephanus Colocenſis, & Bachienſis Archiepiſcopus Cancellarius Regius, Joannes Epiſcopus Varadienſis, Emericus de Zapolya Gubernator Bosnæ, Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Banus, Nicolaus de Wylak Vayvoda Tranſylvanus, ac Machovienſis, & Sclavoniæ Banus, & C. Ladislaus de Palocz Judex Curiæ Regiæ.

„ Datum in Alba Regali, in Congregatione no-
„ ſtra generali die tertia Menſis Aprilis A. D. 1464."

Præ-

Digitized by Google

Prælati vero, & Proceres in ſuis conſenſus Litteris eadem die ſeorſim datis: Dionyſius Archiepiſcopus Strigonienſis, Ladislaus Agrienſis, Joannes Quinque Eccleſienſis, Nicolaus Tranſylvanienſis, Albertus Weſprimienſis, & Albertus Chanadienſis Epiſcopi, Michael Orſzágh de Guth Regni Hung. Palatinus, Joannes Pongrácz Waywoda Tranſylvanus (fuit igitur ſimultanee cum Nic. de Wylak) Joannes de Rozgon Magiſter Thavernicorum Regalium, Job de Gara, Stephanus de Peren, Ludovicus de Maroth, & Franciſcus de Chaak, cæterique Prælati, Barones, Nobiles, & Proceres Regni Hungariæ. Hæc pacis Inſtrumenta eodem ipſo tempore vel ſub Wladislao II. aut demum poſt interitum Ludovici II. in favorem Ferdinandi I. typis impreſſa erant, quorum unum Exemplar Romæ in Bibliotheca Vaticana exſtare adnotatum reperi in MSS. P. Martini Czeleſz, duo autem Exemplaria Viennæ reperiri teſtatur Adamus Kollàr in Cod. MS. Decreta quædam, & Diplomata continente; ipſe unius fragmentum vidiſſe memini.

Alterum ſed principale negotium, cujus cauſa Comitia hæc coacta erant, fuit Mathiæ Regis coronatio, cui Oratores Ducis Venetiarum interfuiſſe ipſe Mathias eidem cum gratiarum actione perſcribit. P. I. Epiſt. XLII. p. 205. & inde apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 687. ſequentibus.

„ Interfuit felicis coronationis noſtræ myſticis „ ſolemnibus una cum alio Collega ſuo Magnificus „ D. Franciscus Juſtinianus Illuſtris D. V. Orator ſpe- „ cialis; qui quidem pro ſua ſingulari prudentia, & „ virtute nihil prætermiſerunt, quod ad ſummum de- „ coris noſtri cumulum pertinebat - - - Datum 1464.“

His iisdem Comitiis intendebat etiam Catharinam Georgii de Podiebrad filiam ſponſam, & futuram Conſortem ſuam in Reginam Hungariæ coronari curare, niſi prius obiiſſet, prout in Inſtrumento, quo de dote eidem cavit, apud Kaprinay Hiſt. Dipl. P. II. p. 447. & Katona Hiſt. Crit. T. XIV. p. 464. edito patet.

„ Sexto: Qua die nos coronabimur, eadem, „ vel ſequenti immediate Dominam Cunegundem Re- „ ginam Hungariæ coronari faciemus - - Datum „ Trenchinii in Feſto Converſionis S. Pauli Apoſtoli. „ A. D. 1461. “

Mathiam Regem ſtatim in aditu Regiminis, licet coronatus non fuerit, Juramentum aliquod depoſuiſſe teſtatur Art. LV. Anni 1458. in Veſt. Comitior. p. 328.

„ Quod prout D. Rex præſtitit juramentum, quod „ nullo tempore ſuper Regnicolas, & Jobbagyiones „ Regnicolarum Taxæ unius floreni, vel medii flo- „ reni, aut aliæ executiones indebitæ per D. Regem „ - - - petantur, vel imponantur. “

In Archivo Archi Episcopi Strigonienſis teſte ejusdem Elencho inter MSS. Heveneſiana quin annus exprimatur, habetur Inſtrumentum, quo Mathias promittit ſe nullam unquam contributionem velle imponere Regno. Sed hoc

val-

valde indeterminatum, de quo Inſtrumento, cum plura ſimilia ediderit, intelligendum ſit non pervideo.

Sed an iſtud Juramentum generatim de obſervandis Regnicolarum immunitatibus, an ſolum ſpeciatim de iis non taxandis depoſitum fuerit, hinc quidem non patet, id unum inde colligitur, evidenter, præceſſiſſe illud Comitia Anni 1458. in quibus hoc Decretum editum eſt, aut ſaltem ipſum Decretum. Occaſione tamen ſui in Regem coronationis ex antiqua Regni conſvetudine Mathiam jurare debuiſſe, patet ex Friderici Rom. Imp. Diplomate ſuper Inſcriptione Oppidorum Forchenſtein, Kobelsdorff, Ferreæ Civitatis (Eiſenſtad) Ginz, & Rechnitz occaſione Tractatus Neoſtadienſis ſibi per Mathiam in 40000 fl. auri Hung. facta edito in Nova Civitate Feria III. ante Feſtum Mariæ Magdalenæ A. D. 1463. ubi ſequentia leguntur.

„ Non obſtante juramento - - - quod ipſe Rex „ Mathias in coronatione ſua de conſervandis, & recuperandis libertatibus, juribus, & dominiis Regni „ Hungariæ, ſeu ad Regnum pertinentibus præſtare „ debebit, in quo concordiam, & inſcriptiones per „ eum, & Regnum - - - Hungariæ nobiſcum factas „ expreſſe excipere habebit, & pro exceptis habere „ vult, quas & poſt coronationem ſuam innovabit, & „ innovare facere debebit. “

Patet ex his antiquam jam eſſe formulam juramenti a Regibus noſtris præſtari ſoliti, quæ hodiedum obtinet, an tamen Mathias in Decretum

Digitized by Google

Andreæ II. expreſſe juraverit, nondum liquide conſtat, probabile tamen eſt, cum Verbőczius illi proxime coævus Tripart. P. II. Tit. 14. §. 12. teſtetur cunctos Reges uſque in præſens tempus ei ſuccedentes ſuper obſervando Decreto juramentum præſtare conſveviſſe, quod certe ſcribere tam audacter non potuiſſet, niſi per immediate præcedentem Regem factum fuiſſe probe noſſet.

An Mathias in ſuo juramento exceptionem, quam Fridericus pactari volebat, fecerit, non ſatis conſtat; vix tamen credi poteſt, id Mathiam præſtitiſſe, tum quod contra pignoris, temporale duntaxat jus tribuentis naturam, adeoque injuſtum fuerit juramento velle obſtringere Regem, cujus nec hereditarium, nec patrimoniale fuit Regnum, ne loca illa pignoris duntaxat titulo Friderico inſcripta aliquando repetat, tum quod imprudens futurum fuerit, jus temporale hoc modo in perpetuum transmutare, quod nec ipſe pactorum tenor directe poſtulabat. Poterat igitur Mathias pacta ipſa, quod ſubinde Hungaris ipſis, quorum caput, & Rex erat, quin fidei ſuæ exiſtimatio læderetur, juramento firmare, reluibilitati Jurium renunciare nullo modo poterat, nec erant 40000 fl. tanti, ut ea de cauſa in ipſo juramento Inaugurali mutatio induceretur, quæ nonniſi graviſſimis ex rationibus, & rariſſime fieri ſolet. Re ipſa Mathias Diplomate Dato Budæ in Feſto B. Georgii Martyris A. D. 1464. ex Kollàr Auct. Dipl. p. 237. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIV. pacta

hæc

hæc confirmavit quidem de *Articulo in Articulum*, quin tamen juramenti de non redimendo pignore a ſe nuncupati, quemadmodum & pactatæ ſucceſſionis ullam faceret mentionem.

Videtur in his Comitiis inauguralibus etiam de ſubſidio contra Turcos Regi præſtando actum fuiſſe. In Archivo Conventus Leleſzienſis N. Faſc. 3. Actorum Anni 1464. Lit. M. N. 41. habetur Edictum D. Mathiæ Regis Hung. fidelibus ſuis univerſis, & ſingulis Prælatis, Baronibus, Nobilibus, & alterius cujusvis ſtatus poſſeſſionatis hominibus Comitatuum circa Caſſoviam exiſtentium in facto certi ſubſidii contra Turcas eidem D. Regi præſtandi ſonans.

Jam alias nonnulla exempla produxi, quibus Reges Conſtitutionibus comitialibus ſubinde in particularibus caſibus derogarunt; ſimile ad hunc annum pertinens habetur in Diplomate, quo Mathias Rex Michaeli, & Thomæ filiis Joannis de Zwz, ac Dominico filio Emerici de eadem Zwz prædium Zwz, & medietatem prædii Cheker in Comitatu Albenſi ſita novæ donationis titulo confert Budæ Feria IV. proxima poſt Feſtum B. Barnabæ Apoſt. A. D. 1459. & confirmat ex MSS. Dipl. Jos. Hajnoczy.

„ Non obſtante Decreto in Alba Regali tempore „ felicis coronationis noſtræ edito, in quo declaratur „ (Art. XXIII.) quod infra lapſum unius anni integri „ omnes Litteræ Seren. quondam D. Ladislai Regis „ Hung. inmediati Prædeceſſoris noſtri, ſimiliterque „ no-

„ noſtræ ante coronationem noſtram datæ confirma
„ debuiſſent, alioquin viribus cariturae relinquerenti
„ - - - A. D. 1465. IV. Nonas Martii. “

Cum Inſtrumentum hoc Collector alias ac curatiſſimus ex ipſo Originali deſumſerit, non facile in dato errorem interveniſſe credo, & tamen non video cur hæcce clauſula. *Non obſtante* his Confirmatoriis inſerta ſit, cum a die I Aprilis Anni 1464. usque d. 4. Martii A. 1465 quo hæc Donatio confirmata eſt, nondum unius integri anni revolutio peracta ſit.

Aliud ſimile Exemplum habetur in Diplomate, quo Mathias I. Rex pro Dwymo de Frangepanibus Segniæ, Weglæ, & Modruſiæ Comite inter cætera confirmat Relationem Capituli Tinninienſis ſuper ſtatutione ejusdem in Dominio Caſtri Uywár Anno 1464. d. 22. Julii ſibi factam. In MSS. C. Fr. Széchényi XIV. Dipl. T. VIII. N. 20.

„ Non obſtante Decreto in Alba Regali tempo-
„ re coronationis edito, in quo declaratur, quod
„ infra lapſum unius integri anni Ladislai Regis, &
„ Matthiæ ante coronationem datæ confirmari de-
„ buiſſent, alioquin viribus cariturae, ſupplendo omnem
„ defectum, ſi quis propter lapſum dicti unius anni
„ objici poſſet, ac auctoritate Regia decernit, ut
„ præſens Privilegium ſimul cum donatione, & ſta-
„ tutione confirmatis in ſuo vigore permaneant per-
„ inde, ac ſi ante lapſum unius anni reportatæ fuiſ-
„ ſent. Dat. die 3. Aug. 1465.

Ter-

Digitized by Google

Tertium demum Exemplum Mathias in Diplomate, quo Lypcſenſium Prærogativas confirmat, apud Katona Hiſt. Crit. T. XV. p. 151. habet:

„ Non obſtante Decreto nuper in Alba Regali „ edito, ubi declaratur, quod Litteræ Sereniſſimi „ quondam D. Ladislai Regis Hungariæ, immediati „ Prædeceſſoris noſtri, atque noſtræ ante coronatio„ nem noſtram datæ, infra lapſum unius integri an„ ni confirmari debuiſſent, alioquin ſine vigore ma„ nerent. "

Simili attentione dignum eſt, quod inter additiones Mathiæ Regis hujus A. 1464. Art. I. §. 1. habetur: *Quod Decreta* (Ludovici Sigismundi, & Andreæ) *confirmabimus*, cum tamen ea immediate jam præmiſerit, & hiſce confirmet. Quod evidenter indicat, has additiones eſſe Art. ante coronationales.

Anno 1465. geminorum Conventuum, diverſis locis celebratorum, reperio Veſtigia. Szegedinum initio anni Conventum fuiſſe indictum ipſe Mathias in Epiſt. XIV. P. II. p. 43. apud Katona Hiſt. Crit. T. XV. p. 7. teſtatur ſequentibus.

„ Et quia proximis futuris diebus Conventum „ Prælatis, & Baronibus Regni noſtri Szegedini in„ dixeramus, placuit, ut ipſe quoque illi Conventui „ intereſſet, in quo potiſſimum de rebus fidei, & „ ſtatus communis tractandum erat. In eo igitur „ Conventu id præcipue noſtri conſilii fuit, ut ad „ Pontificem Romanum ſolemnes mitterentur Orato„ res. Et cum id munus legationis Fidelibus noſtris „ R. P. D. Quinque Eccleſienſi, & Magnifico Joanni „ de Rozgon obveniſſet, viſum fuit nobis multis de

„ cau-

„ cauſis, & toti conſilio Prælatorum, & Baronum, ut „ a memorato Joanne Emo jam a nobis alioquin „ diſcedente hoc expoſtularemus, quod cum præfatis „ Oratoribus noſtris una ad provinciam prius amici- „ tiæ veſtræ, ac deinde quantum id Illuſtriſſima D. „ V. indulgeret, Romam pergeret. - - - Die 16. Ja- „ nuarii 1465.

Hunc locum non ideo profero, ut ejus autoritate Szegedini hac occaſione Comitia Regni generalia celebrata fuiſſe adſtruam, ſed quia inde diſcimus, quod vix ex alio clarius jam ſub Mathia, & indubie ante illum quoque Conventus pro conſultationibus de rebus ſtatum publicum concernentibus; præter Comitia inſtar recentiorum Concurſuum Regnicolarium, vel potius convocationum pro conferentiis in uſu fuiſſe, prout ætate noſtra præcipuos Regni Proceres in gravioribus negotiis ad Aulam Regiam frequentius convocari ſcimus. Hic certe Conventus generalia Comitia non erant, tum quod tantum Prælatorum, & Baronum, nuſpiam Nobilium, & Procerum occurrat mentio, tum quod diſerte hic de eo habeatur, *viſum eſt nobis, & toti conſilio Prælatorum, & Baronum*, tum denique quod celerius terminatus fuerit, quam generalia Comitia terminari ſoleant. Nam cum habita temporis, quo Turcas bello aggreſſus eſt, ratione, probabiliter ante initium hujus Anni convocatus non fuerit, & Litteræ iſtæ jam die 16. Jan. ſcriptæ de illo velut jam præterito ſonent, veriſimillimum eſt, Conventum illum initio Januarii convo-

vocatum, & paucos intra dies terminatum eſſe. Non igitur omnis locus Diplomaticus, in quo Conventus, vel Congregationis occurrit mentio, pro Veſtigio Comitiorum generalium eo ipſo habendus eſt, niſi eo nomine Comitia generalia venire aliunde confirmetur.

Alterius Congregationis mentio in aliis ejusdem Mathiæ Litteris occurrit P. I. N. XLIII. p. 103. apud Katona Hiſt. Crit. T. XV. p. 96. quin tamen ſive locus, ſive terminus ejusdem inde colligi poſſit.

„ Ipſe etiam Comes Michael (de Maydburg) „ hujusmodi venditionis non fuit, nec eſt capax (vel „ ut extraneus) ideo nos de conſilio Prælatorum, „ Baronum, ac omnium Regnicolarum noſtrorum „ in hac Congregatione decernimus. "

Hic jam Congregationis meminit, in qua Prælati, Barones, & omnes Regnicolæ conſultaverint, meminit vero in aliis Litteris ad Fridericum Imperatorem ſcriptis P. II. N. XLII. p. 107. apud Katona Hiſt. Crit. Tom. XV. p. 99. etiam Decreti generalis, cujus quidem conditi tempus non ſatis patet, probabiliter tamen ad hunc annum referendum eſt.

„ Prima querela eſt contra Præfectum Sopronienſem, quæ hanc ſummam continebat: quod S. V. „ ſæpe numero nos hortata ſit, ut ipſi Præfecto mandaremus, ne prætextu contributionis pecuniariæ, „ generali Edicto, ac Decreto Regni noſtri pro exercitu contra Turcos deducendo imperatæ homines, „ & ſubditos S. V. quos intra terminos ipſius Regni „ noſtri tenet, indebite moleſtet, aut impediat. - - -

„ Non

Digitized by Google

„ Non enim ſatis intelligimus, quo pacto licite imp
„ tari poſſit ipſi Præfecto Sopronienſi, quod cont
„ pacem initam, & ejus conditiones quicquam ege
„ in hoc, dum generale Decretum Regni, cui &
„ V. ut debebat, conſenſit, debitæ executioni dema
„ daret, niſi forte debitum modum, vel officii ſ
„ metas exceſſiſſet. Equidem ſcitum eſt, quod ſubd
„ ti S. V. quos intra terminos Hungariæ habet, e
„ forma pactorum (ubi ſequentia habentur) *Quod*
„ *Paſſagium generale contra Infideles, & pro defe*
„ *ſione fidei, & Regni fieri contigerit, in ea re r*
„ *quiſitione prævia a dicto D. Imperatore fienda i*
„ *dem ſubditi maneant incluſi*) omnino obedire tene
„ bantur illi generali Decreto Regni, quod non e
„ aliqua privata cauſa, ſed pro publico fidei negoti
„ editum eſt. Illud quoque palam factum eſt, quo
„ obedire negligentibus acres pœnæ comminatæ, fue
„ rant. "

Si quod Decretum hoc anno conditum fuit, illud non ad Conventum Szegedienſem, ſed ad Budenſem referendum eſt, ubi Menſe Junio vel ante, Comitia, vel Conſilium Regium celebratum eſſe, colligitur ex Epiſt. Mathiæ R. P. I. N. X. p. 129. apud Katona Hiſt. Crit. T. XV. p. 123. in qua eorum ſequens habetur Veſtigium.

„ Fuit apud nos Egregius Ambroſius Doctor Me-
„ dicinæ Orator veſter, qui ex parte Fr. V. tractavit
„ apud nos rem quamdam, & ut fateamur, dum il-
„ lam nobis propoſuit, novi quiddam videbatur; &
„ quia non parvi erat momenti, diſtuleramus illam
„ usque Prælatorum, & Procerum noſtrorum Conven-
„ tum, quem hic Budæ mandato noſtro tunc proxi-
„ me erant habituri; Quo habito, ubi res ipſa per
„ hos, qui ejus ante conſcii fuerant, in medium pro-
„ poſita fuiſſet, facta deliberatione viſum eſt hac
tem-

Digitized by Google

„ tempeſtate propter occupationes, quas in rebus „ fidei habemus maximas, & alias nonnullas cauſas, „ negotium illud tractari non oportere - - - Datum „ Budæ 21. Junii 1465."

Subjicit Katona l. c. p. 124.

„ Hic factum fuerit Decretum, quod Kercheli- „ chius Hiſt. Eccl. Zagrab. p. 181. in hæc verba no- „ tat: Anno 1465. Expeditio contra Turcas hac lege „ decreta eſt, ut omnes Nobiles, & poſſeſſionati „ Sclavoniæ ſinguli exercituare, & de ſingulis 20. „ Seſſionibus unum armatum ſecum ducere ad exer- „ citum teneantur."

Sed hic non Hungarica Comitia, verum Sclavoniæ generalis Congregatio notatur.

Congregationis alicujus ſive illius Budenſis, ſeu alterius, quin locus, & terminus exprimatur, occurrit mentio etiam in aliis Litteris cujusdam Epiſcopi inter Epiſt. Mathiæ Corv. P. II. N. L. p. 144. apud Katona Hiſt. Crit. T. XVI. p. 132. ſequentibus.

„ Nunc ſumus hic in Congregatione generali, „ & tractamus nonnulla ad tranquillitatem, & defen- „ ſionem Regni pertinentia R. P. V. cito cognoſcet „ per Oratorem Regium mox venturum."

Hæc omnia tamen nondum ſufficiunt, ad adſtruenda generalia Comitia hoc anno celebrata, niſi alia accederent, quæ plus lucis adferant.

Anno 1466. generalia Comitia Budam ad Dominicam Invocavit ſequentibus Regalibus Litteris, quas ex Cod. MS. Dipl. Bibliothecæ Joſephi Cardinalis de Batthyán p. 135. deſumſi, indicta erant.

„ Co-

Digitized by Google

„ Commiſſio propria Domini Regis.

„ Matthias Dei Gratia Rex Hungariæ, Dalmati
„ Croatiæ &c. Fidelibus noſtris univerſis, & ſingul
„ Nobilibus, & alterius cujusvis ſtatus Poſſeſſiona
„ hominibus Comitatus Heveſienſis ſalutem, & gr
„ tiam. Convenimus in his diebus cum certis Præl
„ tis, & Baronibus noſtris in Oppido Tolnavár,
„ tractaremus de rebus Regni noſtri, tum de hi
„ quæ propter glacioſa flumina nos urgebant, tum v
„ ro quæ incumbunt ad æſtatem futuram, uti habi
„ conſilio, quantum ad primum, prout repente fie
„ potuit, diſpoſuimus, gentes armatas, quæ ſi nece
„ ſe fuerit, inferiores partes Regni noſtri ab incurſ
„ bus Turcorum defendant. Ulterius autem, quantu
„ ad ſecundum, videlicet ad tractandum pro exped
„ tione contra Turcos ad proximam æſtatem viſum e
„ nobis, & dictis Prælatis, & Baronibus noſtris, u
„ fiat Conventio generalis, quam quidem Conventio
„ nem nos eorumdem Prælatorum, & Baronum no
„ ſtrorum conſilio ad Dominicam Invocavit proxim
„ affuturam ſtatuimus. Quam ob rem Fidelitati ve
„ ſtræ mandamus ſtrictiſſime, quatenus quatuor ex vo
„ bis potiores cum plena facultate, & mandato a
„ dictam Dominicam Invocavit proxime affuturam
„ in hanc Civitatem Budenſem ad prædictam Con-
„ ventionem transmittere debeatis, & ſecus facere non
„ audeatis *præſentibus perlectis Exhibenti reſtituti.*
„ (inſolita in Regalibus clauſula) Datum Budæ,
„ Octavo Die Feſti Epiphaniarum Domini anno ejus-
„ dem Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo Sexto
„ Regni noſtri anno Octavo, coronationis vero ſe-
„ cundo.

Ex his Regalibus Litteris id inter cætera etiam diſcimus, ultimis ſuperioris, vel primis hujus anni diebus Conventum, ſive Conſultationem Re-

Digitized by Google

Regis cum Prælatis, & Baronibus in Tolnavár inſtitutam fuiſſe. Comitia vero illis indicta re ipſa termino, & loco præfixis celebrata, imo Decretum quoque, cujus tamen copiam hactenus nemo in lucem protulit, in illis conditum eſſe, ſequentes Regis patentes Litteræ, quas ex Adverſariis Georgii Lakich deſumſi, teſtantur.

„ Mathias DEI Gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, „ Croatiæ &c. Fidelibus noſtris univerſis, & ſingulis „ Nobilibus, & alterius cujusvis ſtatus poſſeſſionatis „ hominibus Comitatus Jaurienſis ſalutem, & gratiam. „ Tractavimus *in Conventione noviſſime habita* cum „ Prælatis, & Baronibus, ac Electis ex vobis, & cæ„ teris Nobilibus *ſexaginta Comitatuum* Regni noſtri, „ & ad requiſitionem eorundem ita concluſimus, ut „ tam in rebus contra Turcos, quam alios Inimicos „ Regni, ſinguli veſtrum more antiquo per ſingula „ capita exercituare debeant. Cum autem jam certa „ fert fama Imperatorem Turcorum cum ingenti po„ tentia, & apparatu bellico, nec non machinis, qui„ bus alias veniſſe non recolitur, contra hoc Regnum „ noſtrum venire, & ſpecialiter Caſtrum noſtrum Nan„ doralbenſe, & alia Caſtra noſtra finitima obſidere, „ & expugnare velle; igitur ut perverſi conatus ſui „ ad effectum deduci non poſſint, & nobis, Regnoque „ noſtro, de hinc vero Chriſtianitati ex improviſo pe„ riculum non eveniat, ſtatuimus contra eundem Im„ peratorem quam celerius exercitum movere, & de „ facto ſine mora his diebus etiam nos perſonaliter „ cum omni potentia noſtra procedere, & licet, ut „ concluſeramus, in ipſum exercitum juxta conſvetu„ dinem veſtram antiquam omnes per ſingula capita „ cum Equitibus, & Peditibus veſtris venire deberetis, „ tamen propter magnitudinem rei, & magnum appa„ ratum hoſtium volen. in hac re modum meliorem

„ tenere, de conſilio Prælatorum, & Baronum no„ ſtrorum diſpoſuimus, ut quilibet Baro, Nobilis, „ ac poſſeſſionatus homo juxta exigentiam Bonorum „ ſuorum, & poſſeſſionum ſuarum in quocunque „ Comitatu exiſtentium, exceptis Prælatis, & Abbati„ bus, ac Præpoſitis, quos ſecundum diſpoſitionem „ antiquam exercituare faciemus, in ipſum exercitum „ ſine mora venire —— qui plures poſſeſſiones ha„ bent, illi cum pluribus veniant, qui vero pau„ ciores habent, cum paucioribus hominibus armis be„ ne fulciti ſint, ita ut ultimi armati habeant *Gladi„ um*, *Lanceam*, & *Clipeum*, vel *Arcum* cum *Pha„ retra*, ac *Gladium*, & *Clipeum*, & ſint diſpoſiti ta„ liter, quod prout hoſtis urgebit, illi conſtanter ob„ ſiſtere poſſimus; Item quod ille ex Regnicolis no„ ſtris, qui a nobis, vel ab aliquo Prælato, Barone, „ aut Nobili ſtipendium acceperint, & ita in exerci„ tum proceſſerint, in ipſo exercitu per hujusmodi „ ſtipendium præſentia eorum ſatisfacere non poſſit, „ niſi pro perſona ſua armatum mittat, & juxta præ„ dictam diſpoſitionem ratione omnium Bonorum ſuo„ rum homines armatos diſponat, & eos, quos diſpoſuerit, „ oſtendat Comiti, vel Capitaneo noſtro, præterea „ quincunque cum prædictis armis bene diſpoſitus „ juxta exigentiam omnium Bonorum ſuorum non ve„ nerit, vel ſecum homines armatos pauciores aliis ſibi „ ſimilibus in eundem exercitum duxerit, aut miſerit, „ ille pro non veniente, & pro transgreſſore hujus„ modi diſpoſitionis habeatur, & incurrat pœnas in„ fraſcriptas. Quamobrem Fidelitati veſtræ, & cujus„ libet veſtrum firmiſſime mandamus, quatenus viſis „ præſentibus cum armis, & apparatibus bellicis jux„ ta diſpoſitionem prætactam omnes vos paratos tenere „ debeatis ita, ut dum alias Litteras noſtras videritis, „ ſimiliter juxta prædictam diſpoſitionem bene diſpoſiti „ inſurgere, & illuc, quo juſſerimus contra Turcos, & „ Hoſtes hujus Regni, mora, dilatione, & difficultate

„ ſine

„ ſine omni nobiscum proficiſci valeatis. Quorum „ ſi aliqui ex vobis parati non fuerint, talium perſo- „ nas captivari, ac Bona, & Poſſeſſiones univerſas „ pro nobis occupari faciemus, ymmo omnes tales, qui „ viſis dictis aliis Litteris noſtris ſe paratos ad exer- „ citum movere non poterunt, cum amiſſione omnium „ Bonorum ſuorum, pœnæ capitis ſubjici volumus. „ Secus ergo facere non præſumatis. Præmiſſis *præ- „ ſentibus perlectis exhibenti reſtitutis.* Datum Budæ „ Sabbatho proximo ante Dominicam Quaſimodo, Anno „ Domini Milleſimo Quadringenteſimo Sexageſimo „ Sexto, Regni noſtri anno nono, coronationis vero „ tertio.

Aliæ illæ Litteræ, quas hic promittit, paulo ſerius editæ, a nullo quod ſciam vulgatæ, cum ad illuſtrationem priorum pertineant, ex iisdem Adverſariis deſumtæ ſequentes ſunt.

„ Mathias DEI Gratia Rex Hungariæ, Dalmatiæ, „ Croatiæ &c. Fidelibus noſtris univerſis, & ſingulis „ Nobilibus, & alterius cujusvis ſtatus poſſeſſionatis „ hominibus Comitatus Jaurienſis ſalutem, & gratiam. „ Increbeſcunt quotidie nova ex parte Turcorum, retu- „ lerunt enim pro certo exploratores noſtri, quod Tur- „ corum Imperator cum omni potentia ſua in campo „ Sophiæ ſit conſtitutus, contra nos, & Regnum no- „ ſtrum continue venire feſtinans, nos ergo, ante- „ quam ille fines Regni noſtri attingat, obviam ei „ procedere ſtatuimus, & in Feſto Inventionis Sanctæ „ Crucis proxime venturo ſine ulteriori mora abhinc „ iter noſtrum movebimus. Quamobrem fidelitati uni- „ verſitatis veſtræ, & cujuslibet veſtrum firmiſſime „ mandamus ſub pœnis in aliis Litteris declaratis, „ quatenus in quindecimo die Feſti Beati Georgii „ Martyris proxime venturi juxta priora dicta noſtra, „ & diſpoſitionem ibidem expreſſam iter veſtrum mo- „ vere, & cum omni apparatu verſus Nandoralbam

 „ ad

„ ad nos venire debeatis, quoniam omnes illi ex vo-
„ bis, qui dicto quindecimo die parati ſe non move-
„ rint, & ad nos non venerint, incurrent pœnas præ-
„ dictas, amiſſionis ſcilicet capitum, & bonorum omni-
„ um, ſecus ergo nullo modo facere præſumpmatis,
„ *præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis.* Datum
„ Budæ Feria quinta proxima ante dictum Feſtum Beati
„ Georgii Martyris, Anno Domini Milleſimo, Qua-
„ dringenteſimo Sexageſimo Sexto. Regni noſtri anno
„ nono, coronationis vero tertio.

Habetur etiam in Archivo Conventus Leleſzienſis N. Faſc. 54. Actor. A. 1466. Lit. Z. N. 108. Edictum Mathiæ Regis Hung. univerſis Nobilibus, & ſingulis alterius cujusvis ſtatus poſſeſſionatis hominibus Comitatus Zemplinienſis in facto exercituantium pro defenſione Regni contra Turcas juxta antiquam conſvetudinem Regnicolarum ſubminiſtrandorum ſonans; quod an illud ipſum paulo ante relatum, datum Sabbatho prox. ante Dominicam Quaſimodo, vel ab eo diverſum ſit, certo definire non poſſum, certum tamen eſt, hujusmodi Patentes Litteras ad omnes Comitatus fuiſſe expeditas.

Anno 1467. Budæ Comitia celebrata, & in illis Decretum conditum eſſe, indicavi in Veſt. Comitiorum p. 372. Non fuiſſe vanam de condito Decreto conjecturam, neque caſſam in eo quærendo diligentiam meam, fragmentum illius, quod nunc proferam, teſtabitur. Cum in expeditione litteraria Poſonium tranſirem, exhibuit mihi Ignatius Bärnkopf Abbas de Monte Giſing, Po-

ſo-

ſonienſis Canonicus, Vir non vulgaris eruditionis, cujus plura in publicum edidit ſpecimina, Codicem quemdam MS. chartaceum Mathiæ temporibus coævum in Bibliotheca V. Capituli, cujus ipſe curam habuit, aſſervatum, & cætera inter, quæ ibi multa de rebus ejus ætatis Hungaricis habentur, monuit eo Litteras Mathiæ de Tributo Fiſci Regalis ad Comitatum Poſonienſem miſſas, quas Ill. Batthyánius ex eo deſumtas, ego vero ab eo mutuatas in Veſt. Comitior. p. 375. edidimus, tum deinde aliquos Articulos contineri. Facile adverti, eos eſſe ex ipſo Decreto, quod adeo cupide quæſivi, dolebam tamen non integrum adeſſe, nam præter Diploma confirmatorium Regis, Articuli initio ſtatim manci ſunt, & potior pars ex eorum continuatione deeſt, cum ſolum Articuli de contributione Dicæ, & ii, ut videtur non omnes adſint, deſint vero Articuli tam de ſublato nomine Triceſimæ, ejusque loco inducto Vectigali Coronæ, quam de antiquata nomenclatione Lucri Cameræ, & inducta compellatione Tributi Fiſci Regalis, de quibus tamen Articulos conditos fuiſſe, patet ex geminis Inſtrumentis in Veſtigiis ad hunc annum productis, & forte de pluribus aliis objectis Leges conditæ fuerint, prout e Veſtigiis colligitur, quæ prolixum ſatis hoc Decretum effecerint. In Codice, ubi hi aliquot Articuli deſinunt, reliquum chartæ Librarius album, & vacuum reliquit. Sed vel ita monumentum hoc legislationis noſtræ inedi-

tum, nec ulli hactenus commemoratum, cujus & indicium, & copiam propria manu e Codice religioſe deſumtam laudato Viro clariſſimo gratus in acceptis refero hiſce Veſtigiis inſerendum lacunam in parte explebit, & reliquis lumen addet.

Mathiæ I. Çorvini Regis Hungariæ Decreti Budæ in Comitiis Anni 1467. *conditi Fragmentum.*

ARTICULUS I.

„ Item: Primo quod omnes ſolvant pro Dica „ de fundis dicalibus, item, & Nobiles Regni „ de fundis nobilitaribus cum non ſolvant Lu- „ crum Cameræ ſeu. *a*)

a) In MS. eſt lacuna unius pollicis.

ARTICULUS II.

„ Nobiles autem Regni intelligantur, qui „ habent meram Nobilitatem a Regibus, ſeu pri- „ vilegium Nobilitatis Hungariæ, ſive tales ſub „ . . . . Regio, ſive ſub Eccleſiis, ſive ſub qua- „ cunque alia Jurisdictione degant, alii autem „ omnes ſolvant, utique ſive ſint Nobiles ca- „ ſtrenſes, ſive Prædiales Eccleſiarum, qui non ha- „ bent privilegium Nobilitatis a Regibus, ſive „ Cives liberarum Civitatum, ſive Cumani, ſive „ Philiſtæi, Rwtheni, Tartari, Walachi, ſive cujus-

„ cun-

Digitized by Google

„ cunque alterius conditionis, aut ſectæ præter
„ Wahahas b) qui loco Lucri Cameræ in Tranſ-
„ ſilvaniam ſolvant Decimam.

b) Exſtantiſſime legitur: *Wahahas*: item *ſolvant Xmam.*

ARTICULUS III.

„ Ab iſta ſolventium regula excepti intelli-
„ gantur duo, qui de domibus Dominorum ſuo-
„ rum terreſtrium vivunt, nec colunt terram
„ quampiam in . . . . vel ruſtico-
„ rum loci quales ſunt, qui . . . .
„ in domibus vel . . . . Dominorum
„ vel quicunque artifices, ſeu ſervitores, qui de
„ manibus Dominorum ſuorum ſuſtentantur, ſi
„ autem pro ſe vivunt, vel terram ſuam colunt,
„ cujuscunque artificii ſint, vel exercitiorum, ſol-
„ vere teneantur.

ARTICULUS IV.

„ Item: Solutio fiat per Portas ita, quod ſi in
„ uno integro fundo, ſeu ſeſſione cum terra ad
„ eundem unum fundum pertinente ſub una Por-
„ ta unus habitet, ſolvat denarios XX. ſi autem
„ duo unum fundum, & unius fundi terram ſub
„ una Porta obtinent, ambo ſolvant ad rationem
„ unius Portæ & mediæ, quod ſi autem plures
„ fuerint, puta tres, ſolvant ad rationem unius &
„ mediæ Portæ, ſi vero quatuor, duarum &c. de-

Digitized by Google

„ inceps qualitercunque terra inter eos diviſa ſit,
„ . . . hoc ad dominum terreſtrem pertinet, qui
„ autem ſolus tenet terram duorum fundorum,
„ vel plurium, ſolvat pro duabus, vel pluribus
„ Portis liberis ſemper inquilinis in Villis, vel Op-
„ pidis exterioribus, qui utuntur aliqua particula
„ terræ, videlicet qui nec terreſtri Domino quid-
„ quam ſolvunt. . . .

ARTICULUS V.

„ Nobiles Regni profugi ante Turcos, &
„ ſimiles ubicunque habitent ut Nobiles, ſint a
„ tali ſolutione exempti, niſi ſi ſe tradiderunt ſub
„ . . . . . eorum, in quorum terris commoran-
„ tur, quod ultimum volumus generaliter ubique
„ intelligi.

ARTICULUS VI.

„ Si Rex Lucrum Cameræ dedit in concam-
„ bium, reſcindatur Contractus, vel contentetur il-
„ le alio modo ſecundum arbitrationem Prælato-
„ rum, & Baronum.

ARTICULUS VII.

„ Prælatis autem Eccleſiarum . . . ſub . . .
„ immunes . . . . . exercituare tenentur, qui-
„ bus Lucrum Cameræ hac ratione cognoſcitur,
„ relaxatum fiat per Regem, vel competens
„ alleviatio in antea, ſecundum quod arbitrabuntur

„ in-

Digitized by Google

„ inter Dominum Regem tales Prælati, & Ba-
„ rones.

ARTICULUS VIII.

„ Item: Dicator exmittatur in principio anni,
„ ſcilicet intra octo dies Januarii, & non habeat
„ Dicator ſalarium trium florenorum pro ſingulo
„ equite ut hactenus, ſed minus, prout fuerit com-
„ peten. & ſemper dicet cum Judlium, & fa-
„ ciat tot dicas, quot portiones ſunt in unaqua-
„ que poſſeſſione nec plures nec pauciores.

ARTICULUS IX.

„ Singulæ autem dicæ redimantur duobus de-
„ nariis tantum, & ſi inter dicandum fuerit ab
„ orta aliqua differentia, puta de domibus deſſer-
„ tis, vel de numero Portarum, & ſimilibus ſte-
„ tur juramento. Villici vel Officialis cæterum
„ Villicus, apud quem Dicator voluerit deſcenſum,
„ gaudeat immunitate, ſed prebeat hoſpitium Di-
„ catori, ne tamen poſſit ab eo nimis angariari,
„ hoc eſt unam pintam vini communem, unum
„ panem vulgo Kalatz, unum pullum, unum quar-
„ tale Budenſe de avena, ſive ſit alia menſura tan-
„ tundem continen. completa vero dicatione Dica-
„ tor deponat ſe in loco Sedis judiciariæ illius Co-
„ mitatus, & inter quindecim dies exigat dicas,
„ & ſiquis allegaverit ſibi factam eſſe injuſtitiam,
„ ſtetur aſſeverationi Judlium, niſi Dicator deferat
„ juramentum conquerenti, poſt quindecim dies

„ cum

Digitized by Google

„ cum Birſagiis trium marcarum ſuper contuma
„ ciam dicata exigantur, & Sedes Nobilium ipſi
„ quindecimo die teneantur . . . . cum Litteri:
„ Birſagialibus Comitem, vel Vice-Comitem ad
„ verſus contumaces alioquin pro ſe vadat, ex-
„ ceptis de injuſtitia dicæ querulantibus . . . cor-
„ rigant ut dictum eſt ſuperius.

ARTICULUS X.

„ Item: Non minus quam decem part. ſit
„ unus Villicus, & quod pluribus Villicis in poſ-
„ ſeſſione una dimittatur una parte, & illi omnes
„ exhibeant unam hospitalitatem, & ſi inde orie-
„ tur differentia inter Villicos, in Sede Nobilium
„ ratificetur. . . .

In Exemplari mihi ſubmiſſo Articulis iſtis ſequens præmittitur adnotatio:

„ N. B. Quæ lineola ſubducta ſunt, ob inſolitas ab-
„ breviationes legi non poterant, attamen ex-
„ ſcripta ſunt eodem ductu litterarum. “

Cum ejusmodi calami ductus typis tam apte exprimi non poſſint, ut uſum eorum Lector habere poſſit, malui in textu lacunas omittere, nec enim ego meo judicio id ſupplere fidebam, quod Vir acutiſſimus in medio reliquit.

Item Vir Cl. de Litteris a me in Veſt. Comitior. p. 375. e Batthyánio editis in eodem Cod. MS. contentis ſequentia notavit.

„ Litteræ Regis Mathiæ ad Comitatum Poſonienſem
„ hoc in Codice immediate præcedentes eæ ipſæ
„ ſunt

Digitized by Google

„ ſunt, quæ habentur in Legib. Eccl. Hung. T.
„ I. pag. 506. quasve memini juſſu Authoris A.
„ 1784. aut 1785. inde deſcriptas fuiſſe. Adno-
„ to, quas obſervavi varietates.

Pag. 506. col. 1. lin. 16. (Veſt. Comit. p. 375. lin. 3. a fine) legi deberet: Onus defendendi Regnum noſtrum *potiſſimum* contra tot.

Ibid. lin. 22. (Veſt. Comit. p. 376. lin. 2. init.) Multa *circa eosdem* pro noſtra dignitate.

Ibid lin. 32. (Veſt. Comit. pag. eadem lin. 10.) ſicut jam dudum *ultro* majori ex parte.

Ibidem: col. 2. lin. 20. (Veſt. pag. ead. lin. 12. a fine) lacuna expleri debet: Sequentibus quidem annis ſemper *circa initium anni.*

Ibid. lin. 23. (Veſt. p. ead. lin. 10. a fine) loco Dominorum Deputatos legi debet: *Dominorum Deputatorum.*

Pag. 507. col. 1. lin. 1. (Veſt. Comit. p. 377. lin. 5. init.) loco expreſſis ſtricte, & irremiſſibiliter legendum: expreſſis *ſtatim,* & irremiſſibiliter.

Denique pag. 506. col. 1. lin. ult. & col. 2. lin. 1. & 2. (Veſt. p. 376. lin. 12.) ſic legenda: *aboleretur, annularetur, & caſſaretur, nec quisquam impoſterum hominum cenſum Cameræ Regiæ ſolvere teneretur.*

Cæterum in Codice nulla uspiam interpunctio, ſed nec littera i uspiam punctuatur.

In vicem commentarii ad Art. II. hujus Decreti ſubjiciam gemina inſtrumenta apud B. Kerche-

chelich Hiſt. Eccle. Zagrab. p. 48. producta, & inde apud Katona Hiſt. Crit. T. XV. p. 211. edita, una cum ipſius Katona obſervatione, qui locus licet paulo prolixior ſit, Lectori tamen Hiſtoriæ Legislationis, & Juris prudentiæ Hungaricæ ſtudioſo vel ideo etiam tædioſus eſſe non poteſt, quod principia quædam ea ætate in inveſtiganda nobilitate ſtabilita prodat.

„ Quum non tantum (ſcribit Katona l. c.) Hun-
„ garis, ſed etiam Croatis, & omnibus Sacræ
„ Coronæ ſubjectis eadem ſolutio Fisci Regalis im-
„ poſita fuiſſet; orta fuit quæſtio de Nobilibus
„ prædialibus, qui prædia quædam Eccleſiæ Za-
„ grabienſis poſſidebant, an illi non tantum titu-
„ lo, ſed etiam privilegio Nobilium gauderent.
„ Antequam Mathias reſponſum ad eam redderet;
„ Sclavoniæ Proceribus tunc Criſii Comitiorum
„ cauſſa congregatis, ut de hujusmodi privile-
„ giis edoceretur, his Litteris præcepit:

„ Mathias - - - Pro parte fidelium noſtrorum præ-
„ dialium Epiſcopatus Zagrabienſis, noſtræ expo-
„ ſitum eſt Majeſtati eo modo: qualiter videlicet
„ ipſi ex antiqua eorum conſvetudine, ac indultis,
„ & conceſſionibus divorum Regum Hungariæ,
„ noſtrorum videlicet prædeceſſorum, ſemper in
„ medio eorum laudabiliter obſervatis, omnibus
„ illis libertatibus, & Nobilium prærogativis,
„ quibus cæteri Nobiles Regni quomodolibet
„ utuntur, & gaudent, iſto dumtaxat excepto,
„ in quantum videlicet Jurisdictioni præfatæ Ec-
„ cleſiæ Zagrabienſis Epiſcopo, in eadem Eccle-
„ ſia pro tempore conſtituto, cum debitis, &
„ conſvetis ſervitiis, & obedientia ſubjecti habe-
„ rentur, uſi fuerunt, & gaviſi. Super quibus
„ qui-

„ quidem prærogativis eorum Jura, & Litteras
„ præfatorum Divorum Regum emanatas habuiſ-
„ ſent, & confectas; ſed eædem præteritis diſtur-
„ biorum temporibus, quæ in dicto Regno noſtro
„ Sclavoniæ ante crebro invaluiſſent, ab eis ali-
„ quo modo alienatæ eſſent. Quapropter nunc
„ Dicatores proventuum Fisci noſtri Regalis in
„ eodem Regno noſtro Sclavoniæ exiſtentes,
„ eosdem Nobiles juxta formam Decreti noviſſime
„ per Prælatos, & Barones noſtros editi, in me-
„ dium aliorum Regnicolarum noſtrorum ignobi-
„ lium annumerare, & ab ipſis dictos proventus
„ Fiſci noſtri exigere vellent; ſupplicarunt nobis,
„ ut ipſis ſuperinde opportune providere dignare-
„ mur. Et quia nos in notitiam, & certitudi-
„ nem præmiſſarum nobilitatum, ac prærogativa-
„ rum ipſorum prædialium dicti Epiſcopatus pro
„ eo, quod Litteræ eorumdem ut præmittitur, ſu-
„ perinde alienatæ eſſent, efficaciſſime devenire
„ nequimus; volentes tamen ipſis ſuperinde ali-
„ quo remedio opportuno ſubvenire, una cum
„ dictis Prælatis, & Baronibus noſtris ſtatuimus,
„ & decrevimus, ut dummodo iſtud perfecte
„ compertum, recognitum fieret, an ſcilicet ipſi
„ prædiales juramenta, & faſſiones, uti Nobiles
„ Regni deponere, & facere habuiſſent, eorum-
„ que faſſiones, & juramenta tanti roboris fuiſ-
„ ſent, velut ipſorum Nobilium Regni, hoc
„ ideo ſolummodo quoad ratificationem, firmita-
„ temque libertatis veræ nobilitatis eorum inte-
„ rim, quousque iidem Litteras, & Jura eorum de-
„ & ſuper præmiſſis libertatibus, & gratiis nobi-
„ litatum ſuarum requirere, & reinvenire pote-
„ runt, ſufficiens, & efficax ſit, & habeatur ro-
„ bur, & teſtimonium. Idcirco Fidelitati veſtræ,
„ & veſtrum cujuslibet firmiter præcipientes
„ mandamus, quatenus viſis præſentibus, præmiſ-
„ ſam

„ ſam eorumdem conſvetudinem prædialium, & „ nobilitatum prærogativam, an ſcilicet prædiales „ ipſi, & eorum alter juramenta, & faſſiones „ eorum tali modo, ſicut videlicet iidem Nobi- „ les Regni deponere potuerunt, tantæque effi- „ caciæ, & roboris habita fuerint, ad fidem ve- „ ſtram DEO debitam, fidelitatemque nobis, & „ ſacro noſtro regio diademati obſervandam fa- „ teri, & diligenter inveſtigare debeatis; tandem- „ que, ſi ita fuiſſe comperietis, in Litteris veſtris „ patentibus ſub ſigillo veſtro ad unum certum „ terminum noſtræ Majeſtati reſcribatis, præſenti- „ bus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum Budæ „ in Feſto B. Margaritæ Virginis Anno Domini „ 1467. Regni noſtri anno 10. coronationis ve- „ ro 4.

„ Reſponſio Procerum Sclavoniæ:

„ Sereniſſimo principi D. Mathiæ, D. gr. Regi „ Hung. Dalm. Cro. &c. Domino ipſorum naturali, „ univerſitas Nobilium Regni Sclavoniæ, in præſenti- „ bus Octavis Feſti S. Jacobi Apoſtoli Criſii conſtitu- „ torum obſequium ſincerum ſervitutis cum perpe- „ tua fidelitate. Veſtra noverit Serenitas, nos Litteras „ ſuas ad ſuam commiſſionem editas pro parte No- „ bilium prædialium univerſitatis Epiſcopatus Zagra- „ bienſis nobis præceptorie loquentes, & directas, „ ſuprema cum obedientia recepiſſe. - - - - Nos „ itaque mandatis Serenitatis V. ipſius obedientes, ut „ tenemur, juxta mandatum ejusdem habentes cer- „ titudinem de præmiſſis, ad fidem noſtram DEO de- „ bitam, fidelitatemque V. S. & ſuo ſacro diademati „ obſervandam, fatemur, & atteſtamur, prætactos uni- „ verſos Nobiles prædiales jam fatæ Eccleſiæ, & Epi- „ ſcopatus Zagrabienſis fuiſſe, & eſſe gaviſos veræ „ nobilitatis titulo, prærogativa, & libertate ab anti-

„ quo;

„ quo; atteſtationes etiam, faſſiones, & juramenta
„ eorum, & ipſorum medio orientes, emergentesque,
„ & ſervatos in propriis Judicum ipſorum ordinario-
„ rum, Vicariorum ipſius Epiſcopatus Zagrabienſis
„ temporalium, pro tempore conſtitutorum, præciſe,
„ & prorſus ita egiſſe, ſervaſſeque, & exercuiſſe,
„ prout & quemadmodum hujusmodi atteſtationes,
„ faſſionesque, & juramenta in noſtri medio, ſeu in
„ curſu, & modo Regni, ac conſvetudine peragitur,
„ & fieri ſolet. Temporibus etiam opportunitatis
„ quam plures ex ipſis prædialibus Nobilibus ad at-
„ teſtationes, faſſionesque, & juramentales depoſitio-
„ nes peragendas, & exercendas in noſtri medium,
„ & in Sedem noſtram judiciariam pro conjuratoribus
„ exſtiterunt ſæpius, creberrimeque vocati, atque pro-
„ ducti; atteſtationesque, & faſſiones ipſorum, jura-
„ mentaque in noſtri medio, & alias penes quoſcum-
„ que ex nobis factæ, & depoſitæ, tantæ efficaciæ,
„ tantique roboris faſſiones, atteſtationesque, & jura-
„ menta Nobilium Regni habent, reputatæ, & habitæ
„ ſunt, ratæque, & acceptæ, tantæque hactenus exſti-
„ terunt atque, ſervatæ. Pluribus autem ex nobis ex
„ reali, & vera viſione conſtat, conſtititque certo cer-
„ tius, præfatos Nobiles prædiales Epiſcopatus Zagra-
„ bienſis prædicti ſuper nobilitatibus, libertatibus, præro-
„ gativisque, & gratiis, ac indultis, & conceſſionibus di-
„ ctorum divorum Regum Litteras veras, veraque jura
„ ſcripta, & litteralia inſtrumenta habuiſſe, prænarratas
„ ipſorum nobilitates, libertates, prærogativas indul-
„ ta, & conceſſiones, per memoratos divos Hunga-
„ riæ Reges ipſis gratioſe factas denotantes, atque ex-
„ primentes. Seriem itaque præmiſſorum eidem Ve-
„ ſtræ duximus fideliter reſcribendam Serenitati; Lit-
„ teras etiam S. V. prædictæ præfatis Nobilibus præ-
„ dialibus duximus reſtituendas; præſentes vero Sigil-
„ lis Vice-Baronum, ac Comitum, & Judlium Comi-
„ tatus Criſienſis more conſveto firmiter conſignari.
„ Da-

Digitized by Google

„ Datum Criſii, ſexto die Octavarum prædictarum Fe-
„ ſti S. Jacobi Apoſtoli prænotati Anno Dom. 1467.
„ ſupra denotato. "

„ Mathias ſubinde his acceptis quarto poſt an-
„ no Privilegia Nobilium Prædialium publico Diplo-
„ mate confirmavit.

Præmiſſa Inſtrumenta deſerviunt ad illuſtrandam Nobilium diverſitatem, quæ innuitur ſupra 1467. Art II.

Ejusdem & Congregationis generalis, & Decreti in ea conditi meminit idem Mathias Rex, in Epiſt. P. III. p. 11. apud Katona Hiſt. Crit. T. XV. p. 24. quam iterum profero, cum in illa nova objecta & tractatuum comitialium, & Decreti occurrant, quæ aliunde nondum didicimus.

„ Inter cætera, quæ in hac proxime præterita
„ generali Prælatorum, Baronum, & Nobilium no-
„ ſtrorum Congregatione pro meliori ſtatu Regni cir-
„ ca bona Regalia, & proventus Fiſci noſtri provide,
„ & utiliter reformata, & diſpoſita ſunt, id etiam
„ ſtatutum exſtitit, ne unquam nos, vel ſucceſſores
„ noſtri Reges Provincias Fogaras, Omlas, & Radna
„ cum pertinentiis earundem quoquomodo a ſe alie-
„ nare, ſeu abſtrahere poſſimus, vel valeant; ſed ſem-
„ per præfati diſtrictus in manibus Regiis prompti, &
„ parati ad hoc teneantur, ut ſi quando opportunum
„ fuerit, Vajvodæ alicui Transalpino, vel Moldavien-
„ ſi, ad partium ſcilicet illarum terrorem, ſeu recu-
„ perationem aſſignari poſſint pro deſcenſu. Quia
„ vero & hæc, & alia per dictos Prælatos, & Baro-
„ nes noſtros diſpoſita de noſtra fuerunt voluntate,
„ & manifeſtiſſime ad noſtrum, & totius Regni noſtri
„ commodum pertinere dignoſcuntur. Ideo F. V.

„ fir-

„ firmiter præcipientes mandamus aliud omnino habe-
„ re nolentes, quatenus memorata territoria Fogaras,
„ Omlas, & Radna cum pertinentiis eorundem apud
„ quoscunque, & qualitercunque habita, quam pri-
„ mum viſis præſentibus ad manus veſtras occupare,
„ & in eisdem durante beneplacito noſtro conſervare,
„ ac ſicut quælibet alia bona noſtra propria tueri,
„ & defendere debeatis, ſecus nullo modo auſuri
„ 1467.

Congregatio generalis, de qua hic ſermo eſt, pro plenis, & legalibus Comitiis haberi poteſt, tum quod Rex ipſe *generalem Congregationem* appellet, tum quod plures characteres in hiſce tribus Inſtrumentis diplomaticis, quæ produximus, ei tribuantur, qui de concurſu regnicolari prædicari non poſſunt.

Denique in Decreto 1468. mox proferendo ſpeciatim Art. IV. provocatur ad hoc ipſum Decretum ſequentibus:

„ Exigant Vectigalia ab omnibus ſecundum Inſtitu-
„ tum noſtrum Anno præterito in diſpoſitione
„ Budenſi. “

Exſtat nobile Inſtrumentum inter MSS. Cornideſiana T. III. p. 145., ex Apographo Sigism. Keler, qui ex originali chartaceo deſumſit, quo Mathias Corvinus generalia Judicia pro Comitatu Szaladienſi ad Quinquennium differt, quod cum multa peculiaria de Judiciis generalibus contineat, hoc loco referendum eſſe duxi:

„ Nos Mathias Dei Gratia Rex Hungariæ, Dal-
„ matiæ, Croatiæ &c. Memoriæ commendamus, per

Digitized by Google

„ præſentes, quod cum Nos in Comitatu Szaladienſi
„ inter cæteros Comitatus Regni noſtri, in proximo
„ generale, ſeu Palatinale Judicium de more facere
„ intenderemus; Prælati, Barones, & Nobiles iſtius
„ Comitatus intelligentes ſe exinde multipliciter
„ onerari debere, ſupplicarunt nobis, ut eos hoc
„ tempore Judicio illo non gravaremus, offerentes
„ inſuper ſe, quidquid nobis proventurum eſſet, id
„ totum aliter refuſuros, ſeu recompenſaturos; Nos
„ igitur hujusmodi Supplicationibus inclinati, matura
„ ſuperinde deliberatione præhabita, univerſos, &
„ ſingulos hujus Comitatus Szaladienſis Prælatos, Ba-
„ rones, Nobiles, ac alterius cujusvis ſtatus poſſeſſio-
„ natos homines, tam ſcilicet Spirituales, quam Se-
„ culares, eorumdemque Populos, & Jobbagyiones,
„ ab omni onere Judicii generalis, ſeu Palatinalis du-
„ ximus ad præſens ſupportandos, taleque Judicium
„ cum ipſis ad quinque annos a dato præſentium
„ computando penitus differimus. Cæterum de be-
„ nignitate noſtra Regia, qua delinquentibus veniam,
„ & lapſis ſublevamen ſolemus impertiri, Jurisque
„ rigorem interdum lenitate noſtra conſvevimus tem-
„ perare, præfatis ejusdem Zaladienſis Comitatus Præ-
„ latis, Baronibus, Nobilibus, poſſeſſionatisque ho-
„ minibus tam Spiritualibus, quam Secularibus, &
„ omnibus Subditis, ac Populis, & Jobbagyionibus
„ eorum, Capitibusque, ac Caſtris, Civitatibusque,
„ Oppidis, Villis, Poſſeſſionibus, & Juribus poſſeſſio-
„ nariis, nec non rebus, & Bonis eorundem Populo-
„ rum ſuorum univerſis, de & ſuper omnibus exceſ-
„ ſibus, & criminibus eorum, per eos, aut alios
„ tempore quocunque, & quotiescunque usque ad
„ menſem Martium proxime præteritum commiſſis, &
„ quibuscunque illatis, quocunque nomine hujusmodi
„ exceſſus, & facinora, ſeu crimina occulta, vel pu-
„ blica appellentur, pro quibus vel ipſi, vel alter
„ eorumdem, ſingilatimque Capitularia, ſeu Conven-

„ tua-

„ tualia, vel Telonia - - - quæcunque in Judi-
„ cio generali præſcriptionem de Lege Regni noſtri
„ quoquo modo merentur, remiſſionem, & omnimo-
„ dam relaxationem fecimus ſpeciales, taliaque omnia
„ abolemus in perpetuum ita, ut nullus eorum pro-
„ pterea de cetero qualitercunque notari poſſit, ſeu
„ gravari. Sed inſuper ex gratia noſtra ſpeciali eis
„ omnibus, & cuilibet ipſorum in ſolidum univerſa
„ Birſagia, & quævis pro Judiciariis gravaminibus,
„ in quibus ad felicem coronationem noſtram ipſi,
„ aut alter eorum qualitercunque, in præſentia quo-
„ rumcumque Judicum, & Juſtitiariorum Regni noſtri
„ convicti eſſent, & gravati, ſimiliter relaxamus, &
„ dimittimus, declarantes, crimina prænotata cum Bir-
„ ſagiis relaxatis abolita eſſe, & nunquam in detri-
„ mentum ipſorum, vel alterius illorum de cetero,
„ ſive in tali judicio, ſive expoſt moveri debere, vo-
„ lumusque, crimina, quæ deinceps a Martio ſcilicet
„ proxime præterito in illo Comitatu committerentur,
„ futuro Judicio poſt dictum quintum annum cele-
„ brando reſervamus, ita tamen, quod ipſi cum læſis
„ inter ſe, prout oportunum fuerit, juxta Legem Re-
„ gni noſtri concordare teneantur, imo differimus,
„ facimus, & relaxamus præſentium per vigorem;
„ Quæ etiam omnia mandamus per omnes Judices
„ Regni noſtri, aut Birſagiorum Exactores firmiter ob-
„ ſervanda, præſentibus perlectis reddi præſentanti.
„ Datum Budæ die Dominica proxima ante Feſtum
„ B. Petri, & Pauli Apoſt. A. D. 1467. Regni noſtri
„ anno 10. coronationis vero quarto.

Anno 1468. Comitia celebrata fuiſſe, docui in Veſt. p. 377. Diploma, quod ibidem p. ſequ. produxi, primus vulgavit Mathias Belius, in Notit. P. I. p. 165. Videntur omnia ejus Exemplaria & edita, & MSS. ex originali Szé-

Digitized by Google

kelyiano deſuncta fuiſſe. Sed provide illud in Veſtigiis Diplomatis duntaxat nomine inſignitum fuit; nec enim Decretum Comitiale eſt, verum quod ibidem p. 377. & 381. ſeq. non vana conjectura inſinuabam, conditum fuit in iisdem Comitiis aliud genuinum Decretum, quod adhuc ineditum, ex eodem fonte, quem indicaveram, Codice nimirum MS. Kolláriano, nunc in Archivo Secretiori Auguſtæ Aulæ domeſtico aſſervato, ubi additur: *Quod apud Magiſtrum Georgium Sigillatum habetur.* Rubricis, & Notis illuſtratum hic primum profero:

Mathiæ I. Corvini Regis Hungariæ Decretum in Comitiis Poſonium ad Feſtum Nativitatis B. V. M. indictis, & celebratis editum die penultima menſis Septembris Anno M. CCCC. LXVIII.

„ Nos Mathias Dei gratia Rex Hungariæ, „ Dalmatiæ, Croatiæ, notum facimus tenore præ„ ſentium, quibus expedit univerſis. Quod cum „ his diebus rediiſſemus de Moravia gravi bel„ lo per totam hanc æſtatem fatigati, in hanc „ Civitatem noſtram Poſonienſem, ibidem per „ certos dies cum Prælatis, & Baronibus noſtris, „ ac de uno quoque Comitatu electis Nobili„ bus permanſuri, iidem Prælati, ac Barones, „ & Nobiles inter alia, quæ nobiſcum pro fir„ miori ſtatu Regni noſtri concluſerunt; quosdam „ Articulos duxerunt in medium *a*) qui eis de

„ Regno

„ Regno noſtro in prorogatione Octavarum, ac „ occupationibus Poſſeſſionum, & ædificationibus novorum Fortalitiorum, nec non locatione Camerarum ſalium noſtrarum, ac exactione victualium Sacræ Coronæ, & Decimarum; „ item captivatione Nobilium, & occupatione „ Poſſeſſionum eorum: item illationibus damnorum per exercituantes, ac laboribus Caſtrorum, Civitatum, & exactionibus victualium, „ & receptionibus curruum, ac in abductionibus, & areſtationibus Jobbagyionum ſine Lege, & in multis aliis rebus, præjudicio non „ parum fore declarabant. Supplicantes inſuper, „ ut eis ſuperinde remedium adhibere dignaremur. Unde nos cupientes Regnum noſtrum ab „ omni levare inquietudine, ut eo melius incitetur ad obſequium noſtrum, bonisque mentibus ſervire poſſint nobis, & Coronæ.

a) Videtur errore ſcribentis litera *a* emanſiſſe, & ſcriptum fuiſſe: adduxerunt in medium id eſt propoſuerunt.

ARTICULUS I.

De celebrandis ſingulo anno 4. Octavis. Et quibus poſſit Prorogatorium concedi.

„ Statuimus primo: Quod omnes Octavæ „ celebrentur in terminis juxta Decretum noſtrum tempore coronationis noſtræ Albæ editum, absque omni favore, & perſonarum acceptione, omnibus tam majoribus, quam mi-

„ noribus æqualiter, ſed certis, & rationabili„ bus de cauſis præſens Octava Sancti Michae„ lis differatur, nec cuiquam deinceps proroga„ tio cauſæ ſervetur, niſi extra Regnum mili„ tanti, vel in Legatione, & circa Negotia pu„ blica occupato, aut alias legitima neceſſitate „ impedito. Servientes etiam in Caſtris fini„ timis, aut aliis intra Regnum medio tempore „ quietis. Et ſi Hoſtes propingvi non infeſtant, „ ſaltem per Procuratores in cauſis ſuis reſpon„ dere teneantur.

ARTICULUS II.

Recenter occupata Bona intra 15. Dies reſtituantur, quoad antiquiores occupationes procedatur præſcripta per Leges forma.

„ Secundo: Quod omnes Poſſeſſiones, & „ Portiones, ae Jura poſſeſſionaria quorumcun„ que, per quoscunque indebite occupatæ, ſi „ hujusmodi occupationes novæ, recentes, & no„ toriæ ſunt, infra quindecim dies a die am„ monitionis computandos remittantur, in aliis „ autem antiquioribus occupationibus procedant „ ſecundum id, quod Jura Regni dictant, & „ Decreta continent priora.

ARTICULUS III.

Erecta poſt 1458. Fortalitia diruantur, demptis iis, quæ pro ſecuritate Regni neceſſaria ſunt.

„ Tertio: Quod omnia Fortalitia, poſt ele„ ctionem noſtram in Regem erecta, & maxime

„ in

Digitized by Google

„ in proventibus ſuis deficien. quæ pro utilitate
„ Regni noſtri non ſunt neceſſaria, nec alioquin
„ privilegiata, diſtrahantur, demtis Fortalitiis in
„ Partibus inferioribus, contra incurſus Thurco-
„ rum erectis, & illis, quæ pro defenſione Con-
„ finiorum ubique poſſunt, & debent remanere.

ARTICULUS IV.

Officiales Salium, & Triceſimarum ab exceſſibus abſtineant.

„ Quarto: Quod Cameræ noſtræ Salium
„ fiant in locis neceſſariis, & præſertim prout
„ declaratum eſt in Decreto quondam Domini
„ Sigismundi Imperatoris, & Regis, nec per
„ Comites ipſarum Camerarum Salium aliqua
„ alia ſpolia fiant ratione Salium extraneorum,
„ nec aliter habito in perquirendis Salibus ipſos
„ vexent, niſi ſecundum limitationem in dicto
„ Decreto Domini Sigismundi expreſſam, ſimi-
„ liter exactiones vectigalis fiant in locis anti-
„ quis juxta formam Decreti ejusdem Domini
„ Sigismundi Regis ſub nomine Triceſimæ ex-
„ preſſis, & non in aliis novis locis; ceteri Exacto-
„ res Vectigalium ab injuſtis exactionibus ceſſent,
„ & damna, ſi cuipiam intuliſſent, rectificent, nec
„ de cetero aliquibus, ſive Nobilibus, ſive Igno-
„ bilibus damna inferre audeant, ſed exigant
„ Vectigalia ab omnibus ſecundum Inſtitutum
„ noſtrum anno præterito in diſpoſitione Bu-
„ denſi.

Digitized by Google

Lex, ad quam hic provocatur, eſt 1405. Art. XX. Prohibetur ibi uſus exteri Salis, & ſi hic apud aliquem reperiatur, confiſcandus; ſi vero quis eum jam vendidiſſe comperiatur, in ejus pretio mulctandus decernitur. Et hoc, & præſenti, quem comentamur Articulo, tantum de impedienda *Exteri* Salis inductione agitur. De eo: ne quis domeſticum Salem aliunde, quam e Depoſitoriis Cameralibus ſibi procurare poſſit, nihil diſponitur. Videtur itaque liberum adhuc fuiſſe cum *domeſtico* Sale commercium.

In clauſula: *nec aliter habito in perquirendis Salibus ipſos vexent*, aut error ſcribentis cubat, & loco *habito*, ſcribi debuiſſet: *HabitatoresRegni hujus*, aut Compilatori ſtylus hic adſcribi debet.

ARTICULUS V.

Quoad Decimas exigendas Epiſcopi cum Diæceſanis accordent.

„ Quinto: Quod Decimæ exigantur ſimi-
„ liter juxta formam ejusdem Decreti Domini
„ Sigismundi Regis, & ubi Epiſcopi non ſunt
„ concordes, cum ſuis Diœceſanis concordent:
„ ſi poſſunt, ſi autem non poſſunt, coram Archi-
„ Epiſcopo, vel coram nobis fiat.

ARTICULUS VI.

Etiam Inpoſſeſſionati Nobiles a Contributione, & Decima ſint immunes.

„ Sexto: Quod Nobiles Jobbagyiones non
„ habentes in ſuis libertatibus permaneant, nec ad
„ ſolutionem Tributi Fiſci Regalis, neque præſen-
„ tis Contributionis, neque Decimarum quoad ſeſ-
„ ſio-

Digitized by Google

„ ſionem Nobilitatis ſuæ compellantur, in alio-
„ rum autem terris poſſint, & debent compel-
„ li, ſalvis etiam Spiritualibus juribus, & con-
„ ſvetudinibus Eccleſiarum, tempore quondam
„ Domini Sigismundi Imperatoris obſervatis.

Prolata ſunt in Veſtigiis Comit. Pag. 373. & 375. duo Mathiæ I. Edicta, de 1467. quorum primo Civitati Eperieſienſi intimat, in recenter terminata Diæta *Triceſimam ſublatam*, & eidem *Vectigal Regium* ſubſtitutum eſſe. Alio vero, Comitatui Poſonienſi ſignificat, in iisdem Comitiis *Lucrum Cameræ* perinde antiquatum, & ejus loco *Tributum Fiſci Regalis*, inductum eſſe. In Decreto enim 1470. quod in Veſtigiis Comitior. Pag. 383. prolatum eſt, & Præfatione, & Articulo 1. *Tributi Regalis* compellationem cum nomenclatione *Lucri Cameræ* conjungit. In Decreti vero de Anno 1471. Art. XI. prætermiſſa *Tributi Fiſci Regalis* phraſi, veteri iterum *Lucri Cameræ* appellatione utitur. Status e converſo Regni in peculiari illo 1474. Decreto, cui ſoli ſanctionem addiderunt, in vicem conſvetæ hactenus nomenclationis, *Taxæ extraordinariæ* inuſitatum antea *Subſidii* nomen Articulo I. invexerunt, quod ſubinde civitate donatum, ad noſtra usque tempora retinetur.

Quod Triceſimas attinet, in proferendo ab infra Anni 1472. inedito hactenus Decreto nomen *Triceſimatoris* jam iterum uſurpatur, adeoque illa etiam *Vectigalis Regii nomenclatio* ſenſim obſoleſcere debuit. Cæterum in clauſula: *in aliorum autem Terris poſſint, & debent pelli*, error ſcriptoris cubare, & *compelli* legendum videtur. Obſcurum autem hunc Textum explicat, prolati in Veſt. Comit. Pag. 298. Decreti Peſthienſis de 1458. Articulus XXV. qui poſtquam impoſſeſſionatos etiam Nobiles a Decimis exemiſſet,

miſſet, in fine ſic habet: *Niſi Nobilis vineas, aut agros in alieno Territorio habeat, qui ſolvere debet.*

ARTICULUS VII.

Nobiles nec in Bonis, nec in Perſona citra viam Juris turbentur, niſi Officiolatum gerant.

„ Septimo: Quod nos ad ſimplicem querelam ſive majorum, ſive minorum Poſſeſſiones „ aliquorum Nobilium occupare non committemus, & ſi Poſſeſſiones aliquorum hoc modo „ ſine Jure, & indebite forent occupatæ, remittantur tam per nos, quam per alios quoscunque. Captivationes autem Nobilium, niſi ſententiatorum, vel infidelium, & illegitimæ occupationes Poſſeſſionum ceſſent omnino, niſi „ *fuerint* in notabili crimine per Dominos eorum deprehenſi, aut obligati ad rationes reddendas, vel convicti in eisdem, & in his „ procedant ſecundum Decretum dicti Domini „ Sigismundi Regis, & Imperatoris.

ARTICULUS VIII.

Inſurgentes in profectione ſua nulla damna inferant, ſecus ad eorum compenſationem compellantur.

„ Octavo: Quod exercituantes in eorum „ progreſſibus Incolis Regni damna nulla inferant, ſed procedant in eorum expenſis, & „ ſint contenti ſtipendiis ſuis: Et quod in Do-

„ mibus,

Digitized by Google

„ mibus, & Curiis Nobilium, & Presbyterorum
„ non deſcendant. Qui vero ex eis contrarium
„ fecerint, in primis Octavis juxta formam De-
„ creti noſtri Albæ tempore coronationis noſtræ
„ editi, ex parte eorum læſis, ſeu damnificatis
„ judicium, & ſatisfactio impendatur, & tales
„ nulla ratione poſſint habere prorogationes,
„ imo etiamſi aliquo caſu neceſſario abeſſent, in
„ hoc ſolo teneantur reſpondere, & mittere
„ Procuratorem.

ARTICULUS IX.

Vectores rerum Regiarum in via nulla damna inferant.

„ Nono: Quod dum equi, vina, currus,
„ ingenia, & aliæ res noſtræ hinc inde deferun-
„ tur, vectores in via ex utraque parte viæ
„ damna non inferant, nec indebitas exactiones
„ victualium faciant de cetero.

Debuerunt ergo Vectores Regii non tantum in adjacentibus viæ fœnilibus, & campis damna inferre, ſed & victualia gratuito exigere. Verum querelæ hæ jam ſub aliis etiam Regibus occurrerunt. Videbimus ſtatim tales, quæ ſub nullo antea Rege uſuvenerunt.

ARTICULUS X.

Rex gratuitos laboratores a Regnicolis non extorqueat, ſi autem hi ad finitima Caſtra neceſſarii fuerint, eatenus cum concernentibus Comitatibus tranſigat.

„ Decimo: Quod indebiti labores Caſtro-
„ rum, vel Civitatum per Incolas Regni noſtri

„ non

Digitized by Google

„ non fiant de cetero, niſi in periculo Caſtro-
„ rum finitimorum, & tales res ſemper bono
„ modo, & ordine cum Comitatibus diſponan-
„ tur.

ARTICULUS XI.

Libera Colonorum migratio nec in Regiis, nec in Potentiorum Bonis impediatur.

„ Undecimo: Quod in abductionibus Job-
„ bagyionum ſervetur antiqua conſvetudo Re-
„ gni, hoc eſt; majores ita mittere debeant
„ ſuos Jobbagyiones ad Bona minora ire volen-
„ tes, ſicut minores mittunt de eorum Bonis,
„ & ſi facere recuſarent, per Comites more ſo-
„ lito nihilominus compellantur, quam quidem
„ liberam miſſionem nos etiam in Bonis noſtris
„ obſervari volumus.

ARTICULUS XII.

Vadimonia ſub ſtatuta tempore Regis Sigismundi poena prohibentur.

„ Duodecimo: Quod neque majores, neque
„ minores areſtationem facere valeant in eorum
„ Bonis, & alias propria authoritate ſic proce-
„ dant per omnia, ſecundum formam annotati
„ Decreti Domini Sigismundi Regis.

ARTICULUS XIII.

Aulici, currus, & equos, aut alias Regnicolarum res in via occupare non auſint.

„ Tredecimo: Quod currus, equos, & ali-
„ as res Nobilium, & Ignobilium, aut virorum
Eccle

Digitized by Google

„ Eccleſiaſticorum familiares noſtri, & aliorum
„ quorumcunque in viis eorum, & progreſſibus
„ auferre non præſumant.

Hæc quidem querela, quod Familiares Regis in itinere equos, currus, aliasque res Regnicolarum violenter occupaverint, ſub nullo antea Rege occurrit. Sed quid mirum! quando ex inſerti Corpori Juris de 1471. Decreti Art. XX. apparet, quod Factores Regii plane in nundinis res, quas ipſis collibuit, non perſoluto pretio abſtulerint.

ARTICULUS XIV.

Dicatio oblatæ Taxæ qualiter inſtitui debeat.

„ Decimo quarto: Quod in iſta Taxa præ-
„ ſenti pro ſubſidio noſtro oblata, quæ ſolum
„ hac vice exigi debet, & etiam in Tributo
„ Fiſci Regalis proxime futuro Portæ dicentur.
„ *a*) Quemadmodum antiquitus fuit, videlicet,
„ quod pro una Porta computetur etiam ſi plu-
„ res Familiæ intra eam conſiſtant, ſeu morentur
„ *b*) & eligantur probi Dicatores, qui dicatio-
„ nes indebitas, & exactiones injuſtas non fa-
„ cient: in Litteris dicationis exprimatur modus,
„ quo procedere debeant: & quod propter hu-
„ juſmodi Taxæ conſtitutionem infra integrum
„ Jobbagyionem unus alii mittere non tenean-
„ tur *c*) nec Jobbagyiones poſſint ire etiam
„ juxta conſvetudinem Regni, *d*) & ſi receſſe-
„ rint, ibi ſolvant, ubi fuerint inventi, & nihil-
„ ominus per Comites cum pœna conſveta red-
„ dantur.

a) Hic

Digitized by Google

a) Hic jam & *Taxæ*, & *Subſidii* nomen occurrit. *Lucrum* vero *Cameræ* denuo *Tributum Fiſci Regalis* compellatur. Ad §phi hujus intellectum juvat in memoriam revocare, quod Lucrum Cameræ, id eſt, certa a Colonis privatorum Taxa, jam ſub finem I. Periodi ſtabilis, & annuus Regum proventus fuerit, uti id hic in Nota ad Decreti Andreæ III. de 1298. Articulum LX. oſtendimus. In Diætis quantitas tantum Taxæ hujus definiebatur; & quo Anno Comitia non ſunt celebrata, tunc definita in poſtremis Comitiis Taxa exigebatur.

Quod jam ante Mathiam I. aliqui Reges ultra *Lucrum Cameræ Taxam* unius, aut medii Floreni induxerint, inde apparet, quod Mathias ſtatim in aditu Regni jurare debuerit, ſe Taxam ejusmodi nunquam exacturum, prouti id in Nota ad Art. LV. Decreti Peſthienſis in Veſt. Comit. Pag. 328. obſervavimus. Quia tamen continua, quæ Rex hic geſſit bella, Ærarium ejus exhauriebant, ſollicitabat ille, obtinebatque frequentiſſime hanc Taxam.

Ut Status onus duplicis hujus Tributi levius reddant, ſtabiliverunt ſubinde principium illud, quod pro illo Anno, quo extraordinaria ejusmodi Taxa offertur, quam ſubinde *Subſidii* compellationem accepiſſe ſupra oſtendimus, Lucrum Cameræ non currat, ſeu quod idem eſt (cum quantitas Lucri Cameræ ſemper minor fuerit illa Taxa) quod illud in hanc debeat imputari, uti id e Præfatione Decreti de 1470. 1474. 1475. Art. II. 1478. Art. I. §. 1. apparet. Verum principium iſtud hoc Anno necdum fuerit ſtabilitum, cum ex hoc Articulo appareat, quod & oblata hujus Anni *Taxa*, cujus tamen quantitas hic non exprimitur, & Tributum Fiſci Regalis, ſeu quod idem eſt: *Lucrum Cameræ* ſeorſim exigi debuerit.

b) In clauſula hac, ſeu compilatoris, ſeu ſcribæ oſcitantia vocula *Domus*, exmiſſa videtur, ita enim, ut

ut jacet, nullum ſenſum facit, ſi autem legatur: *Quod pro una Porta Domus computetur, etiamſi plures Familiæ intra eam conſiſtant*, tunc dilucidum habet ſenſum.

c) Obſcura hæc clauſula id denotare videtur: Quod, ſi quis integræ Seſſionis Jobbagyionem non habeat, hujus quotalitas cum alio æque non integro Jobbagyione ad conflandam integram Portam connumerari non poſſit. Videtur itaque Portam unius integræ Seſſionis colonus conſtituiſſe.

d) Perinde impropria hac clauſula id ſignificare videtur, quod coloni ad evitandum hoc Tributum migrare non poſſint, & ſi migraverint, ibi, quorſum ſe conferent, Taxa hæc ab iis exigatur.

ARTICULUS XV.

Inſurrectio intra Annum non indicatur, niſi potentior Hoſtis Regnum invadat.

„ Decimo quinto: Quod usque annum in-
„ tegrum a die dati hujusmodi Decreti noſtri
„ nullus exercituare teneatur, excepto, ſi Impe-
„ rator Turcarum, aut aliqui magni inimici,
„ vel potentes contra Regnum venirent, quibus
„ nos reſiſtere non poſſemus, quia tunc &
„ exurgere, & exercituare tenebuntur.

ARTICULUS XVI.

Rex Inaugurale ſuum Decretum obſervet.

„ Decimo ſexto: Quod nos dictum noſtrum
„ Decretum tempore coronationis noſtræ Albæ

„ edi-

Digitized by Google

„ editum, ſicut rationabiliter factum eſt, ita i
„ violabiliter obſervabimus, & faciemus obſe
„ vari.

ARTICULUS XVII.

Rex Pecuniam, aut Victualia pro Caſtris finitim a Regnicolis non extorqueat, neque eorum Mo lendina occupet.

„ Poſtremo: In quantum poterimus, pro
„ videbimus de cuſtodia Partium inferiorum
„ maxime tempore glacierum curabimus etian
„ Partes ab exactione victualium, & pecunia
„ rum, & abductione earundem in Caſtra fini
„ tima de cetero præcavere, ac in irritum re-
„ vocare, ſi vel in facto molendinorum, vel in
„ aliis rebus, ad aliquas Partes, vel Comitatus
„ contra Jura Nobilium, vel Ignobilium man-
„ daſſemus.

„ In cujus rei memoriam præſentes Litte-
„ ras noſtras ſecreto Sigillo noſtro conſignatas
„ duximus concedendas. Datum Hyſtropoli, ſi-
„ ve Poſonii prænotati, penultima die Septem-
„ bris, Anno Domini Milleſimo Quadringente-
„ ſimo Sexageſimo Octavo, Regni noſtri Anno
„ undecimo, coronationis vero quinto.

In Extractu Tabularii Nationis Saxonicæ, p. 383. inter MSS. C. J. de Batthyán habetur: Commiſſio propria Mathiæ Regis ſuper eo, ut Saxones, & Hungari, ac alii Chriſtiani, per Latrones in pecoribus, vel aliis Bonis damnificati, domos,

domos, & Curias, ſi illuc veſtigia ſequerentur, aperire, & Bona ſua libere perquirere, permittere; non contentantibus vero perquiſitione damnificatis, pro eo ſolita ſua juramenta ſingilatim præſtare teneantur, factoque eo liberi exiſtant. Valachi vero hujusmodi veſtigia extradare teneantur. Ubi autem inſultus Latronum orirentur in Poſſeſſionibus Nobilium, vel aliorum poſſeſſionatorum, tunc Saxones ratione ſuccurſus præbendi requiſiti inſurgere teneantur. Dat. A. D. 1469.

Comitiorum Anni 1470. Decretum edidi in Veſt. Comit. p. 383. Habetur illius exemplar authenticum in Cimelio Székelyiano Biblioth. Ep. Quinque Eccles. Tom. III. p. 111. in cujus Elencho ſequenti indicio recenſetur:

„ Mathiæ Regis Articuli in Diæta 1470. Budæ celebrata conditi, quos Compilator Decreti Zacharias Moſſoczy, Epiſc. Nitrienſis Tyrnaviæ 1584. impreſſi ignoravit exſtitiſſe. “

In ſequelam horum Articulorum edidit Mathias ſequens Edictum ad Dicatores Comitatus de Zabolch directum, quod ex MSS. Dipl. Comitis Franc. Széchényi T. VIII. N. 72. deſumtum, ſimul pro Veſtigio horum Comitiorum deſerviturum hic produco:

„ Mathias DEI Gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris Dicatoribus, & Exactoribus præſentis Contributionis unius floreni auri in Comitatu de Zabolch conſtituendis ſalutem, & gratiam. Quia Prælati, ac Barones, & Nobiles Regni noſtri

„ hic nobiſcum congregati, videntes varias neceſſitates Regni noſtri *cum Incluſione tributi*, Feſti novi Anni futuri, Contributionem unius floreni, per totum Regnum ultro nobis obtulerunt; igitur ex noſtra parte hæc ſunt, quæ pro eis, & eorum alleviatione fieri volumus; primum: quod de cætero ſimilem eis invitis Contributionem de Bonis eorum non exigemus. Secundo: quod præſens oblata Contributio juxta numerum Portarum ubique dicetur. Tertium: quod Nobiles poſſeſſionati, ac factores, & coloni Nobilium non dicentur, nec dicetur etiam villicus villæ, ſi unus fuerit. Quartum: quod a capitibus Dicarum nihil exigatur. Quintum: centum Denarii pro uno floreno accipiantur. Sextum quod nullibi per Dicatores victualia exigantur. Quo circa Fidelitati Veſtræ mandamus, quatenus dum vos præfatum Comitatum dicare coeperitis, hæc, quæ ſuperius in alleviationem Comitatus poſuimus, tranſcendere nullatenus audeatis, præſentibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum Budæ, in Feſto Beati Andreæ Apoſtoli Anno Domini, 1470. Regni noſtri anno 13. coronationis ſeptimo.

(L. S.)

Ad Veſtigia Comitiorum Anni 1471. celebratorum p. 392. & eruendas Legum origines pertinet etiam Mandatum, quo Mathias Rex monet Abbatem de Lekér ſub comminatione occupationis Bonorum, ut juxta Litteras etiam Legati Sedis Apoſt. hortatorias, ad proſecutionem belli, quod ex ſpeciali monitione ſummi Pontificis contra hæreticos Bohemos geſtum eſt, inter alios Regnicolas ipſe quoque intra 15. dies ſubſidium 20 fl. auri det, ſecurus de cetero redditus,

tus,

Digitized by Google

tus, quod ad nullius ſubſidii præſtationem amplius cogendus ſit.

In Extractu Tabularii Nationis Saxonicæ inter MSS. C. Ignat. a Batthyán p. 435. exſtat Mathiæ R. Mandatum, quod Jobbagyiones de terra Nobilium ad terram Regiam libere proficiſci poſſint. Dat. 1471.

A. 1472. celebratorum Comitiorum Veſtigium exſtat in Inſtrumento, quo continentur Induciæ inter Mathiam Hungariæ, & Bohemiæ &c. & Caſimirum Regem Poloniæ, nec non Caſimirum ejus filium, ac Regna eorum per Proceres Hung. cum Oratore Regis Poloniæ conditæ. Dat. Budæ 3. die Reſurrectionis Domini A. 1472. ex Orig. cum Sigillo Mathiæ Regis, & aliis Sigillis 54. exſtat in Archivo Cancellariæ Regni Poloniæ L. V. N. 6. fol. 73. apud Dogiel Cod. Dipl. Regni Polon. T. I. p. 62. edidit etiam Katona Hiſt. Crit. T. XV. p. 578. cujus initium ita ſonat:

„ Nos Prælati, Barones, & Proceres Regni Hung.
„ in præſenti Conventu Budæ congregati. "

In his ipſis Comitiis conditum eſt illud Decretum, cujus in Veſtigiis p. 393. mentionem feci, cujus copia habetur inter MSS. Kaprinayana, Széchényiana Dipl. T. VIII. N. 80. Cornideſiana, unde illud Katona Hiſt. Crit. T. XV. p. 562. edidit. In Coll. Dipl. Joſ. Hajnoczy T. I. p. 605. ubi eidem ſequens notatio adſcripta eſt. *Per Steph. Pénzes ex copia Senatoris Poſonienſis Joſephi*

ſephi Benzur deſcripta 4. *Jun.* 1783. *ex ip* *Originali deſcripta, quod Benzur Vice- Præſi* *Feſtetich ſe dediſſe aſſeverabat.* Cum hac adno tatione congruit ſequens, quam Benczur ultimam ad Appendicem ſub lit. *ttt*) adjecit.

„ Eadem ergo die, qua Decretum eſt confectum „ eademque manu, & calamo additamentum „ hoc eſt ſubnexum. Decretum ipſum in papy „ ro, charactereque illius ætatis deſcriptum; Si " gillum vero, quod inſignia Regis exhibet, cera „ rubræ impreſſum, magnitudine Joachimicum „ numum modice ſuperat.

Quæ certe minute adeo deſcribere non po tuiſſet, niſi authenticum præ manibus habuiſſet. Ego copiam ipſius ampliſſimis notis illuſtratam ex ipſo autographo Joſephi Benczur benevolentia ſpectabilis viri Caroli Fejérváry mecum communicato deſumſi. Aliud Exemplar ſub authentico fertur aſſervari in Archivo Auguſtæ Domus Viennæ. De notis Benczurianis. Eruditus ille ſequens tulit judicium.

„ Qua parte hiſtoricæ ſunt, nil, niſi obvia, alio- „ quin paſſim nota facta recoqvunt; ubi circa „ juridica, & politicia objecta verſantur, nihil „ pragmatici habent, continentque obſervationes, „ vix Tyronibus, (ad quos ipſe etiam ſub Lit- „ tera *l*) provocat) in Jure, & Statiſtica noſtra „ uſui futuras. Pauca realia, quæ in iis legun- „ tur, ego jam in antecedentibus exhauſi. Quid? „ quod in nota ad *b*) & nota ad *c*) ſibi ipſi *con-* „ ſtare non videatur. Quid? quod §. Notæ ſub *mmm*) „ evidenter falſus ſit, nimirum, quod intra *Co-* „ lomanum, & Andream II. item inter hunc,

„ &

Digitized by Google

„ & Carolum I. nulla Diæta celebrata ſit; quid
„ denique? quod ſcateat falſis citationibus.

Idem quisque, qui res ipſas, non verba æſtimat, de illis notis laturus erat judicium, ſi tantum in hoc ſupplemento loci ſupereſſet, ut illas nihilominus retinere potuiſſem, quo Lector eas cum ſubjectis contendendo, diſcrimen illud advertat, quod inter eruditionem e ſolis libris in Musæo hauſtam, & illam, Juris, & Politicæ notitiam, quæ præterea converſatione in Curia, & Foro, rerumque geſtarum exercitio ſubacta eſt, intercedit. Benczurii certe ſenſa de Comitiis Hungaricis (quæ etiam in opere ita dicto Groſſingeriano fideliter expreſſa eſſe apparet) vel ex ignorantia Hiſtoriæ Comitiorum profecta, vel quæſita ſunt.

Subjungo aliis notis pragmaticis illuſtratum.

Mathiæ I. Corvini Regis Hungariæ Decretum in Comitiis Budæ Anno 1472. *celebratis editum.*

„ Nos Mathias Dei Gratia Rex Hungariæ,
„ Bohemiæ &c. memoriæ commendamus tenore
„ præſentium ſignificantes quibus expedit univer-
„ ſis. Quod cum ingruentibus, occurrentibus-
„ que ex omni parte Regni noſtri multiplicibus,
„ variisque rebus, & negotiis ſtatum, & conſer-
„ vationem ejusdem Regni noſtri concernentibus
„ poſt factam expulſionem Caſimiri filii alterius
„ Caſimiri Regis Poloniæ, qui grandi cum poten-

„ tia, & exercitu valido medium Regni noſtri „ uſque penetrarat ad hanc Civitatem noſtram „ Budenſem bona cum victoria, & triumpho „ Deo nobis propitio rediſſemus, & teneremus, „ ſeu ſtatuiſſemus omnium Prælatorum, Baronum, „ Procerumque, ac cunctorum Comitatuum Regni „ noſtri Nobilium, electorum utpote, & potio- „ rum *a*) in eadem Civitate noſtra Budenſi præ- „ dicta communem, ſeu generalem Conventionem, „ deliberaremusque maturius, & tractaremus cum „ eisdem ſuper rebus, & negotiis præmiſſis; tunc „ iidem Domini Prælati, Barones, & Nobiles „ jam dicti pro communi utilitate, & bono ſtatu, „ libertateque Reipublicæ exhibuerunt nobis, & „ præſentarunt hos Articulos infraſcriptos.

a) Ad Comitia hæc 10. e ſingulo Comitatu Nuncios comparuiſſe Bonfinius Dec. V. Lib. V. prodidit.

ARTICULUS I.

Terminus pro reſtituendis, quæ ſub his diſturbiis occupata ſunt, præfigitur; contrarium facientes in pœna potentiæ convincantur.

„ Quorum primus is eſt: Quod omnia Ca- „ ſtra, Caſtella, Poſſeſſiones, & Jura poſſeſſio- „ naria per quoscunque minus juſte, & poten- „ tialiter occupata infra Feſtum Nativitatis B. „ Joannis Baptiſtæ proxime affuturum ſuis Domi- „ nis, & poſſeſſoribus veris ſub pœna æſtimatio- „ nis talium Bonorum occupatorum remittantur, „ ubi autem talium Bonorum detentores uſque

„ di-

Digitized by Google

„ dictum Feſtum B. Joannis ipſa Bona occupata
„ non remitterent, ex tunc ipſo Feſto elapſo per
„ noſtrum Regium, & alicujus Capituli, vel Con-
„ ventus homines moniti, & evocati in primis
„ Octavis, ſine ampliori dilatione coram ſuis Ju-
„ dicibus ordinariis in facto potentiæ convincan-
„ tur.

Idem jam ſtatuebatur ſub Rege hoc in Comitiis Peſthanis de 1458. in Veſt. Comitior. prolatis Art. XLII. & in Diæta Corpori Juris inſerta 1464. Art. XII. & 1471. Art. XXVII. Nimirum optabant ſpoliati, ut in Bona ſua breviori, nempe *Politica* via reponantur. Verum obſtabat prærogativa Nobilitaris eorum, qui occupationes has fecerant. Et ideo tam hoc, quam etiam 1478. Art. VIII. ſpoliati ad viam Juris relegabantur.

ARTICULUS II.

Conſtructa absque indultu Regis Fortalitia diruantur.

„ Secundus: Quod cuncta Caſtella, ſeu Forta-
„ litia quocunque nomine nuncupata absque an-
„ nuentia noſtra Regia, ubicunque in Regno no-
„ ſtro, & in quibuscunque Comitatibus conſtru-
„ cta, demptis tamen his, quæ pro tuitione parti-
„ um confinitimarum erecta habentur, ex quibus
„ videlicet ſpolia, furticinia, & depredationes
„ committuntur. Et ſignanter Abara, Ladislai de
„ Wpor, Czeke, Joannis de eadem Czeke Zem-
„ plinien, & Zenth Andreas, Johannis Stheffek
„ in Criſienſi Comitatibus habita infra præſcriptum
„ Feſtum Nativitatis S. Johannis Baptiſtæ aboleri

„ penituſque diſtrahi debeant, inſuper etiam ea
„ omnia Caſtella, ſeu Fortalitia, ut præfertur, in
„ quibuſcunque Comitatibus habita, & erecta,
„ quæ ſcilicet in detrimentum, & damnum Co-
„ mitatuum illorum, in quibus conſtructa ſunt,
„ & ſuper quibus per Nobiles talium Comitatuum
„ nobis, Prælatisque, & Baronibus noſtris que-
„ rimonia, ſeu mentio ſpecialis, ac ſuperinde in-
„ quiſitio fieret veritatis, conſimiliter diruantur.

Vidimus in Nota ad Decreti Andreæ III. de 1298. Articulum X. Primitivum Regni Inſtitutum illud fuiſſe, ut nemini liceat Caſtrum, aut Fortalitium absque Regis indultu ædificare, ſalubre hoc inſtitutum licentia ſubſequorum temporum everterat, & 1446. Art. II. ea tantum Caſtella demolienda præcipiebantur, quæ his diſturbiorum temporibus erecta fuerunt Anno 1453. Art. VI. §. 1. Renovatur quidem vetus inſtitutum, & omnia Caſtella, *quæ ſine Regum, aut Regnicolarum indultu erecta ſunt*, diruenda ordinantur. In Decreto tamen Statuum ſub Michaele Szilágyi Art. VI. iterum ea tantum demolienda præcipiuntur, e quibus ſpolia, & deprædationes committuntur, imo Comitatuum arbitrio committitur, quæ diruere, aut reſervare velint. In Comitiis Peſthienſibus de 1458. in Veſt. Comitior. omnia Caſtella diruenda diſponuntur, *demptis illis, quæ Regia Majeſtas erecta voluerit pro neceſſitate Regni cum conſilio Prælatorum, & Baronum.* A. 1464. Art. X. Demolitio ejusmodi Caſtrorum iterum ad ea tantum reſtringitur, *quæ poſt obitum Alberti Regis erecta ſunt.* In prolato ſuperius de 1468. Decreto Art. III. Ea tantum demolienda præcipiuntur, *quæ poſt electionem Mathiæ conſtructa ſunt.* Tandem præſenti Decreto, & Articulo res iterum ad vetus inſtitutum revocatur, & omnia, *quæ ſine Regis indultu* ædificata ſunt

ſunt Fortalitia, diruenda decernuntur. Ipſa tamen ejusdem ordinationis, ſub ipſo Mathia repetitio, oſtendit, eandem uti in provocata jam ad Andreæ III. Decretum Nota obſervavimus ne ſub hoc quidem, licet aliis vehementiore Rege in effectum iviſſe, præſertim cum ex Ulad. Decr. I. Art. XV. appareat, poſt Mathiæ mortem nova iterum ejusmodi Fortalitia conſtructa fuiſſe.

Cæterum in præcedentis Anni 1471. Corpori Juris inſerto Decreto Art. XXIX. plura, quam hic, Caſtella demolienda præcipiuntur. Itaque reliqua interea jam everſa fuiſſe ſupponere licet. E converſo hic de novo nominatur, Caſtellum Szent András, Joannis Stefek in Comitatu Criſienſi. Videtur Caſtellum hoc ideo nunc primum in cenſûm demoliendorum relatum fuiſſe, quia poſſeſſor ejus jam poſt Legem ſuperioris anni rapinas ex eodem exercere cœpit.

ARTICULUS III.

Beneficia Eccleſiaſtica a Laicis recipiantur, & Eccleſiaſticis, ac Religioſis conferantur.

„ Tertius: Quod noſtra Majeſtas ad omnia
„ loca Capitularia, ſeu Conventualia Sigilla ha-
„ bentia Prælatis orbata, ac etiam per manus
„ laicales regentia honeſtas, & idoneas perſonas
„ locet, & diſponat, ne ſubditi Regni noſtri in
„ eorum Juribus defectum patiantur, provideatque
„ eadem, & arctet omnes Sæculares perſonas,
„ Clauſtra, & Eccleſias cujuscunque Religionis
„ poſſidentes, ut eædem infra ſex Menſes habitum
„ illius Religionis, in qua ſtant, induere tenean-

„ tur,

„ tur, ſeu Religionem illam intrare, demtis tamen
„ his, quibus videlicet ſuperinde Apoſtolica indul-
„ ta eſt diſpenſatio; præterea deliberatum eſt: ut
„ Sigillum, quo a certis tantummodo annis in
„ Conventu de Zenth Jógh in præjudicium Juris,
„ & libertatis Eccleſiæ Varadienſis certi Nobiles,
„ & ſubditi noſtri uſi ſunt, de cætero ipſum non ſit
„ authenticum, ſed penitus annulletur.

Jam ſub Sigismundo Bonorum Epiſcopalium Adminiſtratores Laicos fuiſſe ex iis, quæ Kerch. Hiſt. Eccl. Zag. Pag. 170. protulit, apparet, licet Eccleſiæ legitimo Epiſcopo proviſæ forent. Laicalis hæc Bonorum Eccleſiaſticorum Adminiſtratio debuit ad tempus usque præſentis Decreti perdurare, cum Articulo hoc aboleatur, & Beneficia Eccleſiaſtica e manibus Laicorum eripienda, & viris hujus Ordinis conferenda eſſe decernantur.

Quod ipſum Jus Patronatus quoad nonnulla Beneficia Eccleſiaſtica privati aliqui Potentiores occupaverint e Sigis. Decret. VI. Art. XXI. & Math. Decr. VI. Art. XXXVII. apparet.

ARTICULUS IV.

Qualiter Prorogatoriæ extradari poſſunt.

„ Quartus: Quod in celebrandis Octavis, &
„ Litteris prorogatoriis per noſtram Majeſtatem
„ quibuscunque dandis teneatur modus antiquus,
„ qui tempore quondam Sigismundi Imperatoris
„ per omnia tenebatur; ſi autem quipiam ſub con-
„ fidentia talium Litterarum prorogatoriarum,
„ poſt datum ipſarum Litterarum prorogatoria-

„ rum

„ rum actus potentiarios committerent qualescunque, talibus hujusmodi Litteræ prorogatoriæ pro ipſorum expeditione in nullo ſuffragari valeant.

In Decretis Sigismundi, quæ Corpori Juris inſerta ſunt, nulla exſtat Lex, quæ de modo prorogatorias elargiendi ſonet, vel hinc patet, hujus quoque Regis aliqua Decreta deſiderari.

ARTICULUS V.

Illegitime collata Bona per eorum Poſſeſſores legitimis proprietariis reſtituantur.

„ Quintus: Quod Caſtra, Caſtella, & Jura
„ poſſeſſionaria quorumcunque Nobilium, quæ
„ nos per defectum ſeminis, aut alio quocunque
„ titulo quibuspiam contuliſſemus, in quorum-
„ que Dominium Impetratores eorundem
„ non ordine Judiciario, ſed contra conſvetudi-
„ nem Regni, & inhibitiones ſuperſtitum talium
„ decedentium introiſſent, & easdem contra for-
„ mam Juris pro ſe occupaſſent, ipſa caſtra, poſ-
„ ſeſſionesque, ac portiones, & jura poſſeſſio-
„ naria taliter occupata infra dictum Feſtum Na-
„ tivitatis Beati Joannis Baptiſtæ ſub pœna æſti-
„ mationis talium jurium poſſeſſionariorum occu-
„ patorum remittantur, & tales impetratores ju-
„ ra ſua, ſi quæ ex hujusmodi donatione noſtra
„ Regia in talibus Bonis impetratis pro ſe ha-
„ bere ſperarent, ordine Judiciario proſequi de-
„ beant dicti Regni noſtri conſveiudine dictante.

Arti-

Articulus hic difformis eſt fundamentali Juris noſtri Principio, quod nemo Nobilium extra viam Juris poſſeſſorio ſuo decedere teneatur. Et ideo non puto eum in effectum iviſſe. Debuiſſent illi, qui impetrationes ejusmodi illegitime factas eſſe prætendebant, & non Donatarii, jam in poſſeſſorio conſtituti, *ad viam Juris* relegari.

ARTICULUS VI.

Commiſſos in poſtremo Campiductu exceſſus, ſi per extraneos Milites commiſſi ſunt, Rex puniat, ſi per Regnicolas, damnificatis Juris ordine vindicent.

„ Sextus: Quod Exercituantes tam noſtri, „ quam aliorum quorumcunque res, & Bona, „ ac quæque victualia Nobilium, ſed & Ignobi- „ lium absque pretio condigno, ſicuti usque „ modo factum eſt, auferre non præſummant, ſi „ autem quipiam in contrarium hujus Statuti idem „ facere attemptaverint, nos, aut Capitanei noſtri „ tales Transgreſſores juxta eorum demerita pu- „ niemus, puniantque, ubi vero hujusmodi com- „ munis Statuti Transgreſſores ſubditi Regni fue- „ rint, procedatur contra eosdem ordine judi- „ ciario, prout continetur in priori Decreto no- „ ſtro, communi inquiſitione ſubſequenda. Et „ item quod nullus talium Exercituantium, ſed „ neque alius quicunque in Clauſtris, Eccleſiis, „ Eccleſiaſticorumque virorum, & Nobilium „ Domibus ſine ipſorum annuentia, & volunta- „ te deſcenſum facere audeat, pœna ſub præmiſſa.

AR-

Digitized by Google

ARTICULUS VII.

Depoſitoria Salis in conſvetis ab antiquo locis ſerventur. In Comitatu Simegienſi nullum erigatur.

„ Septimus: Quod nos proventus noſtros „ per Camerarios ſalium, Dicatoresque, & Triceſimatores non per ſpolia, aut pauperum oppreſſiones, ſed juſte, ac ſecundum veram conſvetudinem antiquam bono ordine exigere, Camerasque ſalium noſtrorum Regalium tantum „ in illis locis, & Comitatibus, in quibus tempore condam Sigismundi Imperatoris erant, locari faciemus hoc ſimiliter inſtituto, quod quia „ Incolæ Comitatus Simegienſis non aliunde tam „ habunde, quam ex copia vinorum, & ipſius „ vini fertilitate uſum habent, quæ ſcilicet vina „ per populares cutiferos partium campeſtrium „ ſalibus noſtris Regalibus permutata deferuntur, „ quive vinis, & ipſi populares, & Patriæ campeſtres uſum habent non mediocrem, quo „ etiam reſpectu nullus prædeceſſorum ſcilicet noſtrorum Cameras ſalium in ipſo Comitatu Simigienſi (*locavit*, *nec nos*) Cameras ſalium noſtrorum locari faciemus.

Idem jam in Decreto ſuperioris Anni 1471. Corpori Juris inſerto Art. IV. conſtitutum fuit; verum in Decretis Sigismundi quæ exſtant, tantum Decr. II. XX, & Decr. III. VIII. de ſale ſonant. In horum nullo loca Depoſitoriorum Regiorum, ad quæ hic provocatio fit, ſtabiliuntur. Itaque aut Sigismundus loca hæc per Edictum tantum ſtabilivit, aut illud etiam Decretum deſideratur, in quo de hoc objecto Lex perlata fuit.

Cæte-

Digitized by Google

Cæterum quoad loca Depoſitoriorum Lex hæc etiam Wlad. Decr. III. Art. XXXVII. confirmatur.

De exemptione Comitatus Simeghienſis contortus eſt Articuli hujus textus. Videtur tamen id ſignificare: Cum Incolæ Comitatus Simeghienſis inde potiſſimum ſubſiſtant, quod vina ſua ad partes ſaliferas promoveant, eademque ibi pro ſale permutent, Depoſitorium ſalis Regium in hoc Comitatu non erigatur. Exſtat conſimile exemplum in Montanis Mari vicinioribus Regni Croatiæ Partibus, cum enim hæ propter ſoli ſterilitatem ſecus ſubſiſtere non poſſint, quam ſalem maritimum per Sclavoniam deferendo, & ibidem pro frumento permutando, Sclavoniæ uſum maritimi ſalis ſequenti ſtatim Articulo conceſſum videbimus.

Cæterum quæſtum cum domeſtico ſale ſub Mathia I. jam prohibitum fuiſſe, apparet ex ejus Litteris 1481. Budæ in Feſto B. Margarethæ emanatis, & in Archivo Regni Croatiæ Faſc. III. N. 52. aſſervatis. Per has enim Incolis Solavoniæ, in forma Privilegii concedit, ut ſalem e Depoſitoriis Regiis emere, & cum illo quæſtum poſſint exercere. Et hoc eſt primum Pragmaticum monumentum, e quo commercium cum ſale domeſtico vetitum fuiſſe deprehendi.

ARTICULUS VIII.

Exteri ſales prohibentur, Regno tamen Sclavoniæ uſus eorum admittitur.

„ Octavus: Quod intra ambitum hujus Regni
„ ubique ſales noſtri Regii tantummodo, & non
„ aliorum Regnorum pro communi uſu exponan-
„ tur, quos ſcilicet ſales nos copioſe, & habun-
„ danter, eoque ordine, & pretio, quibus anti-

„ qui-

Digitized by Google

„ quitus conſvetum fuit in Cameris noſtris diſtri-
„ bui, & amminiſtrari faciemus hoc declarato,
„ quod Regnum Sclavoniæ, in quo ſales noſtri
„ ſæpius admodum deficiunt, etiam ſalibus extra-
„ neis, veluti noſtris Regalibus tempore cariſtiæ
„ hujusmodi ſalium uſum habere poſſit.

Quod per *extraneum* ſalem Sclavoniæ conceſſum non niſi *maritimus* intelligatur, explanat Art V. inter eos, qui Decreto Wladislai I. ſubjiciuntur.

Exiſtimo nulli hactenus Diætæ Hungaricæ Nuncios Regni Sclavoniæ interveniſſe: In nullo, præter Ludovici I. Decreto de Sclavonia, aut *partibus adnexis* aliquid diſpoſitum fuiſſe deprehendimus, indeque probabile evadit, quod uſque Ludovicum I. Croatia non habuerit eandem cum Hungaria legislationem. Hic ſicut omnes Nobiles in prærogativis ſuis Art. XI. exæquavit; ita partes etiam adnexas ad communem cum Hungaria legislationem revocaſſe videtur. Poſt hujus fata ſeparaverit ſe iterum Croatia ab Hungarica legislatione usque Mathiam I. ſub quo ſi non antea, tempore certe Decreti hujus ad illam rediviſſe videtur. Præterquam enim quod jam in Decreto ejus II. Articulo 13. Libertates Sclavoniæ *in genere* confirmentur, in Decreto *hoc ad ſpecifica* deſcenditur, & Articulo, quem commentamur, eidem uſus ſalis extranei conceditur; ſequenti vero ſtatim Articulo non tantum *Hungariæ*, ſed inſolito hactenus ſtylo, *Sclavoniæ, cæterarumque partium cunctarum ad ipſum Regnum noſtrum Hungariæ pertinentium libertates confirmantur.* Articulo autem XI. Ut Sclavonia dimidium tantum Hungarici tributi dependat, disponitur. A Mathiæ I. temporibus ſub Wladislao, & Ludovico II. jam plurima de Sclavonia in Decretis Hungariæ disponuntur, adeoque ab eo etiam inde tempore Nuncios ejus Diætis Hungaricis interveniſſe pronum eſt

exi-

exiſtimare. Itaque Articulos etiam illos, qui Wladislai Decreto I. ſubjiciuntur, non in Congregatione Nobilium Regni Sclavoniæ conditos, & in Diæta tantum approbatos, ſed in ipſis Hungariæ Comitiis perlatos eſſe exiſtimare licet.

Conſtat quidem veteribus monumentis, quod jam Sigismundus Criſii Comitia celebraverit, ſub quibus Stephanum *Laczk*, qui etiam *Laczkovich* ſcribitur, ſupplicio affici curavit. Verum aut me omnia fallunt, aut Comitia hæc non fuerunt *Diæta* Hungariæ, ſed *Generalis* Sclavoniæ, & fortaſſe etiam Croatiæ *Congregatio*, cui, ut *Laczkovichium* comprehendendi occaſionem habeat, Rex ipſe voluit præſidere. Verum etiam eſt, quod jam Albertus vigentem ſub Ludovico I. Tributa exigendi modum non tantum in Hungaria, ſed etiam in *Tranſylvania*, & *Sclavonia* ſtabiliverit, & Mathias in Decreto Peſthienſi de 1458. Art VII. Legem hanc confirmarit, eamque ſe obſervaturum Art. VII. ſpoponderit. Verum generalis hæc ſponſio, etiamſi nulli adfuerint Sclavoniæ Nuncii, ex identitate rationis a Rege facile potuit impetrari. Neque obſtat jam provocatorum 1538. Articulorum exemplum. De his enim, quod in Congregatione Sclavoniæ Criſii, & quidem diſtincto ab eo, quo præcedens Ungariæ Decretum emanavit anno conditi ſint, diſerte exprimitur, & ſi unquam Ferdinandæum 1537. Decretum in origine proferatur, conditos Criſii 1538. Articulos, eidem continuative inſertos non eſſe apparebit, prouti id de Articulis 1492. e Codice Radajano jam oſtendimus.

Cæterum Mathias I. non obſtante diſerta hac Lege uſum maritimi ſalis in Sclavonia inhibuerat. Verum mandatum hoc non multo poſt revocavit, liberumque ejus uſum poſtliminio conceſſit, prouti id teſtatur ejus Reſcriptum de 1483. in Archivo Regni Faſc. 3. N. 53. aſſervatum.

Mi-

Mirum eſt, quod nec hoc, nec ullo hactenus prolato II. Periodi Decreto, vicinioribus Poloniæ Comitatibus uſus *ſalis Polonici* conceſſus fuerit, quam tamen facultatem hi in III. Periodo impetrarunt.

ARTICULUS IX.

Libertates Statuum Regni, & Partium adnexarum confirmantur.

„ Nonus: Quod omnes Eccleſiæ, Eccleſiarumque Rectores, ſcilicet Prælati, ac Barones, nec non totius Regni noſtri Hungariæ, & ejus partes Sclavoniæ, cæterarumque partium cunctarum ad ipſum Regnum noſtrum Hungariæ pertinentium Nobiles univerſi maneant in ſuis antiquis libertatibus.

ARTICULUS X.

Etiam impoſſeſſionati Nobiles non dicentur.

„ Decimus: Quod Nobiles unius Seſſionis in ambitu dicti Regni noſtri ubicunque commorantes, in taxa, ſeu cenſu, & contributione qualicunque dicari non debeant, ſed inſtar aliorum Nobilium poſſeſſionatorum libere permaneant.

ARTICULUS XI.

Beneficia Eccleſiaſtica, & finitimorum Caſtrorum conſervatio more veteri conferantur.

„ Undecimus: In Collationibus beneficiorum Eccleſiaſticorum, & conſervationibus Caſtrorum confinitimorum teneatur modus antiquus.

Digitized by Google

ARTICULUS XII.

Sclavonia dimidium tantum impoſitarum in Hungaria Taxarum ſolvat.

„ Duodecimus: Quod Regnum Sclavoniæ „ etiam in hac parte maneat in antiqua ſua conſvetudine, ut videlicet in Taxis, cenſibus, & „ aliis omnibus reditibus medietatem duntaxat „ ſolvat, quantum Regnum noſtrum Hungariæ „ ſolveret, aut ſolvere conſveviſſet.

Provocatur quidem hic ad antiquam conſvetudinem, ſed non ad Legem, in aliqua Hungariæ Diæta perlatam. Potuerunt autem Status Sclavoniæ de hoc, ut dimidium tantum ſubſidii Hungarici perſolvant, cum aliquo Prædeceſſorum Mathiæ per exmiſſos e Congregatione ſua Deputatos paciſci, ſicut de eo etiam extra Diætam cum Mathia tranſegerunt, ut ipſarum Judicialium Taxarum tantum dimidium perſolvant, prouti id aſſervatum in Arch. Regni Faſc. II. N. 27. Inſtrumentum de 1465. teſtatur. Itaque hæc eſt prima de dimidio tantum ſubſidio Hungarico per Sclavoniam perſolvendo perlata Lex, ſed quæ in jam provocatis 1492. Articulis, illic ſub Numero 4. denuo confirmatur, continuoque poſtea uſu firmata 1647. Art. XXXIV. 1649. XCVI. & 1655. Art. XV. renovatur.

ARTICULUS XIII.

Diæta non niſi poſt Biennium præfigatur.

„ Tredecimus: Quod quia per creberrimas „ communes Congregationes, præſertim hoc anno „ propter *graves guerelas* (fors *querras*) Re„ gnicolæ noſtri admodum gravati ſunt, igitur „ ſtatuimus, ut infra revolutionem duorum an„ norum integrorum, a dato præſentis Decreti

„ com-

„ computando Congregatio generalis non fiat
„ Regnicolarum.

Non obſtante hac Diætæ ad biennium prorogatione, ſequenti, nempe 1473. anno Diætam pro Feſto Conceptionis B. M. V. Budam indictam fuiſſe apparet e Regalibus Mathiæ ad Comitatum Criſienſem emanatis, quæ in Archivo Regni Croatiæ Faſc. II. N. 38. aſſervantur. An tamen Diæta hæc re ipſa acta ſit, necdum liquet, ſequentis anni utpote 1475. ineditum hactenus Decretum mox proferetur.

ARTICULUS XIV.

De Homicidis prompta Juſtitia adminiſtretur.

„ Quartus Decimus: Quod interemptores
„ hominum ad Octavas quamprimum celebran-
„ das *juridice in noſtra* perſonali præſentia noſtræ
„ Majeſtatis, aut aliis Judicibus ordinariis evo-
„ centur, ex parte quorum in primis Octavis abs-
„ que alicujus prorogationis, ſeu dilationis confi-
„ dentia Judicium, & Juſtitia contra tales cauſan-
„ tes amminiſtretur, prout ordo requiſierit Juris,
„ & Proceſſus.

ARTICULUS XV.

Rex obſervet Decretum Inaugurale.

„ Quintus Decimus: Ex quo Articuli prin-
„ cipaliores, in quibus lucidius libertates, &
„ conſvetudines Regni noſtri continentur, in De-
„ creto tempore coronationis noſtræ edito enu-
„ cliatius ſtabiliti ſunt, de conſilio Prælatorum,
„ Baronum, & Nobilium Regni noſtri ſtatuimus,
„ ut ipſum Decretum tempore coronationis præ-

„ dictæ factum, cum ſuis ſingulis Articulis, & „ clauſulis, in eisdem Articulis contentis in ſuis „ vigoribus firmiſſime permaneant.

„ Quibus quidem Articulis noſtræ Majeſta„ ti exhibitis, & præſentatis, Prælati, Barones, „ Nobiles, ac Proceres ante dicti ſupplicarunt „ nobis, ut eosdem Articulos ratos, gratos, & „ acceptos haben., admittere, & approbare, „ ipſosque pro ipſorum libertate firmanda in eis„ dem illibate conſervare dignaremur. Unde „ nos audita, admiſſaque ſupplicatione eorum, Ar„ ticulos ipſos maxime ex eo, quia iidem non „ mediocrem utilitatem Regno noſtro, & ejus „ incolis conſervare, & conferre videbantur, præ„ ſentibus Litteris noſtris de verbo ad verbum „ inſcriptos, ratos, haben. & acceptos, admitti„ mus, & approbamus, nec non a cunctis noſtris, „ & Regni ſubditis, *pro ſtatuto, & firmiſſimo* „ *Decreto teneri, & obſervari volumus* a) tene„ bimusque, & nos ipſi, ac obſervabimus. Ha„ rum noſtrarum vigore, & teſtimonio Litterarum „ mediante. Datum Budæ in Feſto Sanctorum „ Philippi, & Jacobi Apoſtolorum Anno Domini „ Milleſimo Quadringenteſimo Septuageſimo Se„ cundo, Regni noſtri anno quinto decimo, co„ ronationis vero nono.

„ Et item, quod nos de cætero in medium „ Regnicolarum noſtrorum aliquam taxam ipſis „ invitis non imponemus. *b*) Datum ut ſupra.

(L. S.)

a)

Digitized by Google

a) Inſolita hæc clauſula jam in concluſione Decreti præteriti Anni 1471. Corpori Juris inſerti occurrit, ubi dicitur: *ab omnibus pro vero Regni Decreto haberi volumus.* Cum clauſula hæc identidem repetatur, videntur non omnium Diætarum Articuli pro *Decreto Regni* habiti fuiſſe.

Quid ergo habebatur pro Decreto Regni? Ad hoc reſpondere videtur Capitulationis, quam Wladislaus cum Statibus 1490. inivit, & quæ Corpori Juris inſerta eſt §phus 18. qui ſic habet: *quidquid DD. Status pro libertate - - - atque conſervatione Regni usque tempus coronationis - - concluſerint, quod Regni Decretum appellatur.* Itaque pro *Decreto Regni* habebatur tantum inita ante coronationem cum Rege Capitulatio; Conſtitutiones Diætales *Decreta Regum* appellabantur. Mathias cum Regnum adiret, Szilágyius Capitulationi, quam Moſoczius nomine Decreti Szilágyiani Corpori Juris intulit, pro Mathia ſubſcripſit. Sed in hac Status, velut per tertium facta, haud multum firmitatis reponebant. Dum Mathias 1464. coronaretur, præter confirmationem Decreti Andreani, Ludovicæi, & Sigismundæi, pauci tantum, iique minime momentoſi Articuli eidem exhibiti fuerunt, quos jam poſt coronationem confirmavit. In Decreto e converſo 1471. omnia ferme libertatum Regni capita renovantur, uti id rite expendenti facile apparebit. Itaque Status, ut ſibi majorem contra hunc Regem ſecuritatem procurent, ipſos illos 1471. Articulos ad vim *Capitulationis* elevari procurarunt, per clauſulam illam: *ab omnibus pro vero Regni Decreto haberi volumus.* Et hinc manavit expreſſa in concluſione, ejusdem Decreti cautela illa: ut *præſens Decretum - - - deferatur ad locum Sedis judiciariæ ſingulorum Comitatuum, quod in ſingulis Conventibus Nobilium interſit.* Qua quidem barbara expreſſione id indicari videtur, ut Decretum hoc occaſione ſingulæ Congregationis in menſa expoſitum proſtet.

Digitized by Google

Videntur Status præſentes etiam, quos commentamur, Articulos ad vim *Capitulationis* elevare voluiſſe, neque tamen eatenus cum Rege convenire potuiſſe, indeque factum, quod hic jam non dicatur, *pro vero Decreto Regni*, ſed *pro firmiſſimo Decreto obſervari volumus.*

b) Iteratam toties hanc aſſecuratoriam clauſulam Status concluſo jam Decreto impetrare debuerunt, ſicque illa jam poſt concluſionem adjecta eſt, nimirum: oſtendimus jam, quod inde a poſtremis I. Periodi Regibus Lucrum Cameræ: *legalis*, & *annuus* Regum proventus fuerit. Inſtitutum hoc Status occaſione electi Mathiæ Regis antiquare voluerunt. In Decreto enim 1458. Corpori Juris inſerto, quod nomine Szilágyii inſcribitur, vel potius in *Capitulatione*, cui Szilágyius pro Mathia Rege ſubſcripſit Art. V. dicitur: *quod nunquam D. Rex, pro quacunque cauſa - - aliquam Taxam, ſeu ſolutionem pecuniariam per Jobbagyiones Regnicolarum, ſeu alios Nobiles petere valeat.* Cum enim Lucrum Cameræ *Jobbagyiones Regnicolarum* perſolverint, his immunitatis, *Lucrum Cameræ* ſuapte ceſſare debuiſſet. Verum Mathias in primis ſtatim, quæ Peſthini eodem Anno celebravit, Comitiis hoc Capitulationis Punctum per Art. VII. abrogari, & conſtitui procuravit, ut *Lucrum Cameræ exigatur ſecundum morem tempore condam D. Ludovici Regis obſervatum*, obligavit tamen ſe Rex Mathias ejusdem Decreti Articulo LV. quod *ultra* Lucrum Cameræ, Taxam unius, aut medii Floreni ſuper *Regnicolas*, & *Jobbagyiones eorum* non tantum non *imponere*, ſed ne *petere* quidem velit.

Et vero ab hoc inde tempore uſque 1462. nullum impoſitæ alicujus Taxæ Veſtigium exſtat. In Comitiis e converſo Anni hujus, Status tanto recuperandæ a Friderico S. Coronæ deſiderio exarſerunt, ut depacta pro illa 60. millia Aureorum coævorum Scripto-
rum

rum fide e proprio contulerint. Verum debuit Mathias ſolenne edere Diploma, quo Status aſſecuravit, quod nunquam impoſterum aliquam a *Nobilibus* Contributionem petere, minus exigere velit; quod in Archivo Croatiæ Faſc. II. N. 26. hodiedum aſſervatur. Neque ſoli huic aſſecurationi Status acquieverunt. Debuerunt inſuper ſedecim potiores Prælati, & Barones fidejubere pro Mathia, quod hanc aſſecurationem ſuam rite obſervaturus ſit. Quæ Fidejuſſionales 16. Sigillis munitæ ibidem eodem Faſc. N. 25. proſtant. Ab eo iterum tempore usque 1467. nullius ultra *Lucrum Cameræ* impoſitæ *Taxæ* veſtigium hactenus prolatum eſt. Hoc Anno, ut in Nota ad Articulum VI. Decreti de 1467. jam vidimus abrogata *Lucri Cameræ* nomenclatione, ut a ſingulis quinque Portis nomine *Tributi Fiſci Regalis* unus Florenus Auri dependatur, Mathias impetravit. Cum Decretum Diætæ 1467. in ſua integritate deſideretur: an, & qualem Status eotum cautelam adhibuerint? non conſtat.

Verum dum Anno 1468. ut in Decreto hujus Anni Articulo XIV. jam vidimus, præter *Tributum Fiſci Regalis*, id eſt, *Lucrum Cameræ*, extraordinariam aliquam Taxam, cujus tamen quantitas non exprimitur, & quæ *ſubſidium* etiam appellatur, impetraſſet, debuit iterum & Mathias Aſſecuratorias elargiri, & 20. Proceres pro eo fidejubere, non jam quod Nobilibus nullam Taxam imponere, ſed *quod ſimilem*, id eſt, decretam his Comitiis ultra Lucrum Cameræ, *Taxam nobis* (id eſt fidejubentibus) *invitis non recipiet, & præmiſſa in uſum, ſeu conſvetudinem non ponet*, uti id prolatæ in Veſt. Comit. Litteræ a Pag. 375. uſque 381. teſtantur.

Digitized by Google

Impetravit tamen ille iterum 1470. a ſingula Porta 100. Denarios, ſeu unum Florenum Auri ita, ut *Lucrum Cameræ* pro hoc Anno relaxetur, vel potius in illum Florenum imputetur, uti id ex Præfatione Decreti hujus apparet. Et hæc Taxa in prolati in Veſt. Comit. Pag. 383. Decreti hujus Art. I. *Juvamen*, ſeu *Contributio* appellatur, & tunc Fidejuſſoriæ ſeptemdecim Procerum ipſi ſtatim Decreto ſubnexæ ſunt ſuper eo, quod Rex *Contributionem aliquam per Regnum ſuum Hungariæ contra voluntatem ſuorum Regnicolarum non imponet, neque nos*, id eſt, fidejubentes, *ipſum ad hoc - - ut imponat, non inducemus, & quantum in nobis erit, Contributionem ipſam neque nos ipſi dabimus.*

In ſequelam ſponſionis hujus Mathias ſequenti Anno, nempe in Decreto 1471. quod in Corpore Juris exſtat, Articulo XI. iterum ſe obligavit, quod nullam Dicam, ſeu Taxam præter Lucrum Cameræ exigere velit.

E præſenti 1472. Decreto non apparet quidem, quod aliquod ſubſidium oblatum fuerit. Status tamen hanc, quam commentamur aſſecurationem concluſo jam Decreto ſubjici voluerunt.

De anno 1473. non conſtat.

Anno 1474. Art. I. unius Floreni *ſubſidium* ſponte offertur, ita tamen, ut Lucrum Cameræ pro Biennio relaxetur. Et hoc *ſubſidii* nomen poſtea conſtanter invaluit, quoties de aliqua

qua ultra Lucrum Cameræ Taxa imponenda ſermo fuit. Verum perſolvendo huic ſubſidio Status adeo intricatam formam conſtituerunt, ut ejus modum vix aſſequi liceat. Quod ſi tamen totum Decretum penitius expendatur, videtur Rex ingentem, quam divendere non potuit, ſalis quantitatem habuiſſe. Itaque, ut hanc in pecuniam convertere poſſit, eam iniviſſe rationem, ut ſinguli Comitatus a proportione Quottæ ſubſidii, quæ illis incumbet, ſalem recipere, ſubſidium vero in parata præſtare teneantur. Debebant hac ratione Comitatus majorem, atque egebant, ſalis quantitatem recipere, & ideo ejusdem Decreti Art. XX. ſtatim præcautum fuit, *ne ſubſidium per connumerationem ſalium - - - amplius ullo modo fiat.*

Anno 1475. ſubſidium applacidatum fuiſſe, Decreti hactenus inediti Art. II. apparet. Quod illud 1. Florenum Auri a Porta effecerit, e productis in Veſtigiis Pag. 396. Litteris patet. Cæterum ſtatim Art. IV. cautela ponitur, ne amplius ſubſidium, ſed Inſurrectio, ſi opus eſt, exigatur. De Annis 1476. & 1477. non conſtat.

Anno 1478. In Decreto, quod in Corpore Juris proſtat, Art. II. ſubſidium unius Floreni, pro 5. Annis offertur, diſerte tamen additur, *ſimul cum Lucro Cameræ.* Et hoc primum Anno, neque alia eatenus cautela poſita eſt, nec aſſecuratio a Mathia exigebatur.

Obla-

Digitized by Google

Oblato hoc ad quinquennium, adeoque usque 1483. extenſo, de ſubſequo 1484. non conſtat. Quod Anno 1485. in Comitiis Vacii celebratis, 1. Floreni ſubſidium iterum impetraverit, e Litteris ejus edoctum eſt, in Veſt. Comit. Pag. 401. ſed cum Decretum Diætæ hujus non exſtet; an Status aliquam hac etiam occaſione cautelam interpoſuerint, non eſt in comperto.

Quod Anno 1486. perinde unius Floreni ſubſidium obtinuerit, (licet in Decreto hujus Anni Corpori Juris inſerto nulla ejus mentio fiat,) patet e provocatis in Veſt. Comitior. Pag. 405. ejusdem Litteris, quibus illud ſub dato *Feſti* Ambrosii, id eſt 7. Decembris a Civitate Bartphenſi exigit.

Cum aliarum, quæ ibidem pariter provocantur Litterarum, quas 1487. ad Comitatum Gömörienſem in eodem merito dedit, nec Menſis, nec Annus exprimatur. An ſubſidium hoc Anno impetraverit? non eſt in comperto. Si enim Litteræ hæ primis Anni hujus Menſibus emanarunt, poſſunt de reſtantia ſubſidii præteriti Anni ſonare.

Ita etiam non conſtat de Anno 1488. & 1489. quibus Mathias adhuc imperavit.

Errant proinde illi, qui Mathiam ſeu Lucro Cameræ, ſeu ſubſidio ipſos etiam Nobiles ſubjeciſſe arbitrantur. Hi enim tantum ſemel pro redemptione S. Coronæ ſpontaneam Taxam contulerunt. Et ideo primæ, quas tunc Mathias elargitus eſt, Aſſecuratoriæ, ita ſonant, quod a Nobilibus impoſterum nullam Ta-

xam

xam exigere velit. Præterea in omnibus, quibus ſubſidia decernuntur Decretis, ipſi impoſſeſſionati, & unius ſeſſionis Nobiles quandoque Prædiales Eccleſiarum, imo poſſeſſionatorum Nobilium, plane villici, factores, & officiales a Lucro Cameræ, & ſubſidio eximuntur. Si hi eximuntur, quis ſibi perſvadeat? Dominos eorum exemptos non fuiſſe.

Errant etiam, qui Mathiam ab ipſis Nobilium colonis ſubſidium proprio tantum arbitrio ſemper exegiſſe arbitrantur. Patet enim e ſuperiori combinatione, quod Annis illis, de quibus hactenus conſtat, illa ſemper in Diætis impetraverit. Unde ergo gravis illa imputatio, qua eum ipſe Bonfinius notat, quod Regnicolas arbitrariis exactionibus afflixerit? puto ego quæſtionem hanc per duas poſtremas, quas potiores Proceres pro Mathia Statibus dederunt Fidejuſſionales reſolvi. Nimirum Status oblata *ſubſidia* ſemper ad certum tempus, ac plerumque ad unum Annum reſtringebant. Intermediis Annis Rex tantum *Lucrum Cameræ*, quod paucos Denarios efferebat, *jure* exigere potuit. Mathias his etiam Annis ultra Lucrum Cameræ ſubſidia, & forte in majori, atque decreta erant, quantitate exigere ſolebat. Et ideo Fidejuſſionales illæ non id continent, ne ſubſidia in Diæta applacidentur, ſed ne Rex illa citra voluntatem Regnicolarum, id eſt, ſine Diætali determinatione exigat.

Cæterum ſtudium Regis hujus corradendæ unde unde pecuniæ alias etiam apparet. Solebat ille convictis in facto Potentiæ gratiam largiri ea lege, ut totus deinde Comitatus certam Taxam dependat. Exſtat ejus rei exemplum in ejus Litteris ad Comitatum Criſienſem datis, & in Archivo Regni Croatiæ Faſc. III. N. 519. aſſervatis, quibus Taxam medii Floreni hoc nomine a Comitatu illo exigit.

Solebat etiam Comitatus a Judicio Palatinali diſpenſare, & hoc nomine certam Taxam iis imponere.

Ex-

Digitized by Google

Exſtant enim ejus Litteræ ibidem eodem Faſc. ad univerſitatem Nobilium Sclavoniæ ſub N. 46. datæ, quibus impoſitas hoc titulo pecunias incaſſandas demandat.

Art. XIII. hujus Decreti docemur, *per creberrimas communes Congregationes præſertim hoc anno Regnicolas admodum gravatos eſſe.* Licet autem *ſtatutum ſit, ut infra revolutionem duorum annorum integrorum, a dato præſentis Decreti computando, Congregatio generalis non fiat Regnicolarum*, tamen Anno 1473. indictam fuiſſe Veſtigium p. 393. commemoratum teſtatur, nullum autem re ipſa celebratæ hactenus detexi.

Anno 1474. celebratorum Comitiorum Veſtigium refert approbatio, & confirmatio fœderis inter Mathiam I. Hungariæ, & Caſimirum Poloniæ Reges, per Ordines Regni Hungariæ facta apud Dogiel Cod. Dipl. Regni Polon. T. I. N. XXVII. p. 73.

„ Datum Budæ in Conventione noſtra generali ſu-
„ per die Feſti B. Georgii Martyris ibidem ha-
„ bita A. D. 1474.

Comitia hæc prorſus ex præſcripto citati paulo ante Art. XIII. Anno 1472. hoc termino celebrata ſunt, ſed alia contra adjectam ejus tum conditi rationem hoc eodem anno a prioribus diſtincta ea fuerint, in quibus *Conſtitutiones II. SS. & OO. Regni Hung. in publico eorumdem in abſentia Regis a Regno Conventu Budæ die Dominica proxima ante Feſtum B. Franciſci Conf.* 1474. prout in Corpore Juris referuntur, *factæ* ſunt, nec enim credi poteſt ea, quæ ſuper die Feſti B. Georgii M. habita fuiſſe ſupra refertur, uſque initium Auguſti protracta eſſe.

Decretum in his poſterioribus Comitiis editum, prout illud quidem in Corpore Juris Hung. refertur ali-

aliquid exoticum præſeferre merito mihi videbatur, in Veſt. Comitior p. 394. id nunc paulo luculentius patebit, poſtquam indicio Elenchi Cimelii Székelyiani in Bibliotheca Epiſc. Quinque Eccleſienſis detexi, in eodem T. III. p. 127. ſub authentico exſtare Mathiæ I. R. Confirmationales Articulorum in Diæta Budæ A. 1474. celebrata, per Prælatos, & Barones Regni conditorum, qui omnes ſub Sigillis eorundem pro ratificatione Regi fuerant transmiſſi. Ex ipſa hac Epigraphe, & illa Diplomatis clauſula: *Per Litteras eorum ſub Sigillis ſuis emanatas*, plana fit illa in Veſt. Comit. p. 394. relata XII. Sigillis munitum. Copiam hujus illuſtris, & ſuo in genere unici monumenti ex ipſo authentico deſumtam obtinui beneficio Adami Viſer, Viri de Patria Litteris præclare meriti: Notandum autem eſt:

1.) In Epigraphe eisdem Conſtitutionibus præfixa in Corpore J. H. exponi, eas *in abſentia Regis a Regno factas* eſſe, & tamen datum Prælatorum, Baronum &c. in fine earumdem editarum Budæ die Dominica proxima ante Feſtum B. Franciſci Confeſſoris A. D. 1474. perfecte quoad tempus, & locum congruit cum dato Diplomatis hujus confirmatorii Regis. Igitur Rex eodem die Budæ aderat, nec extra Regnum abſens fuit, ſaltem in fine Comitiorum, licet initio abeſſe potuerit.

2.) Conſtitutiones iſtæ neque computantur in Numero Decretorum Mathiæ I. Regis, in Corpore Jur. Hung. ſed intra Decretum III. & IV. interſeruntur, cum tamen etiam Mathiæ Regis confirmatorium earum Diploma jam habeamus, jure merito illi adſcribi, & inter propria genuina illius Decreta numerari debent.

3.) Singulare hic eſt, cujus exemplum alibi vix habemus, quod in hoc Diplomate confirmatorio Regis Articuli per extenſum inſerti non ſint, ſed iſtud ſeorſim ab illis editum fuerit.

4.) Mi-

Digitized by Google

4.) Mirari ſubit, quod Mathias alias Jurium ſuorum tenaciſſimus Rex in concluſione Decreti hujus clauſula illa: *nos ipſi obſervabimus, & per alios obſervari faciemus*, Status uti permiſerit; ipſa enim hæc clauſula vim, & ſubſtantiam *Sanctionis* continet, quæ ſoli Regi propria eſt, cum Legum obſervantia non niſi *per Poteſtatem executivam* procurari poſſit, hæc autem virtute Conſtitutionis Hungaricæ penes ſolum Regem reſideat. Verum genuina *Conſtitutionis* Theoria ævo illo nondum ſatis evoluta fuit, & ideo ſtylus Legislationis frequenter fluctuavit.

Mathiæ I. Corvini Regis Hungariæ Diploma, quo Conſtitutiones Statuum, & Ordinum Regni Hungariæ in publico eorum Conventu generali Budæ A. D. 1474. celebrato factas confirmat.

„ Nos Mathias Dei Gratia Rex Hungariæ, „ Bohemiæ &c. memoriæ commendamus, teno- „ re præſentium ſignificantes, quibus expedit „ univerſis. Quod cum his diebus fideles no- „ ſtri Prælati, Barones, nec non electi Nobiles „ dicti Regni noſtri Hungariæ ad tractandas di- „ verſas res, & negotia ejusdem Regni noſtri, „ & præſertim factum deffenſionis ipſius contra „ Turcos tangentia, in Civitatem noſtram Buden- „ ſem de voluntate, & mandato noſtris conve- „ niſſent, concluſerunt inter ſe communi eorum „ voluntate certos Articulos bonum ſtatum, & „ deffenſionem, atque præſentem neceſſitatem „ ejusdem Regni noſtri concernentes. Quos „ ſcilicet Articulos per Litteras eorum ſub Si-

„ gillis

„ gillis ſuis emanatas, prout ex eisdem Litteris „ clarius videntur unanimi, & parili conſenſu „ conprobaverunt. Et quia nos diligenti animadverſione conſiderantes cognovimus, quod „ iidem Domini Prælati, & Barones, ac electi „ Nobiles in dicta eorum Conventione præmiſſos „ Articulos ad utilitatem, & deffenſionem dicti „ Regni noſtri Hungariæ contra prædictos Turcos, qui nunc idem Regnum noſtrum, & Incolas ejus majoribus, quam alias detrimentis; „ & ſpoliis diſcerpere machinantur, mature, diligenterque, & ſufficienti deliberatione & „ concluſerunt, & approbarunt. Cum itaque „ rationibus pro præmiſſis, tum vero quia nos „ - - - - Prælatis, & Baronibus noſtris in „ dictis Articulis, & concluſionibus per ipſos „ jam factis, ſed & diſtributione ſalium noſtrorum plenam ſuperioribus temporibus dedimus „ facultatem. Igitur ex certa noſtra ſcientia; „ & animo deliberato dictas Litteras eorumdem Dominorum Prælatorum, & Baronum „ ſimul cum præfatis Articulis, & concluſionibus taliter, ac ſi præſentibus de verbo ad „ verbum inſerti, & inſcripti eſſent, acceptavimus, & approbavimus, obſervabimusque, & „ per omnes ſubditos noſtros, cujuscunque ſtatus, conditionis, & lingwagii exiſtant, obſervari faciemus, harum Litterarum noſtrarum „ vigore, & teſtimonio mediante. Datum Budæ Die Dominica proxima ante Feſtum Beati

„ Fran-

„ Franciſci Confeſſoris, Anno Domini Milleſimo „ Quadringenteſimo Septuageſimo Quarto, Regno„ rum noſtrorum Hungariæ &c. decimo ſeptimo, „ Bohemiæ vero ſexto.

Anno 1475. in Comitiis, quæ Budæ pro Feſto S. Georgii celebrata fuiſſe in Veſtig. p. 394. docui, ſequens editum fuit, quod ex originali Nicol. Jankovich deſumtum nunc primum, notis aliquot illuſtratum, profero.

Mathiæ I. Corvini Regis Hungariæ Decretum, in generali Regnicolarum Conventu pro Feſto B. Georgii M. Anno 1475. Budæ celebrato conditum.

„ Nos Mathias Dei Gratia Rex Hungariæ, „ Bohemiæ &c. Memoriæ commendamus tenore „ præſentium ſignificantes, quibus expedit univer„ ſis, quod nobis una cum Prælatis, Baronibus, „ & Regni noſtri Nobilibus univerſis ſuper die „ Feſti Beati Georgii Martyris proxime præte„ riti, & ab hinc usque in diem præſentem pro „ utilitate ipſius Regni noſtri, & conditione com„ munis pacis hic Budæ Congregationem gene„ ralem tenentibus, obtulerunt iidem Prælati, „ Barones, & Regni noſtri Nobiles Articulos „ ſubſcriptos, ſupplicantes unanimiter Majeſtati „ noſtræ, ut eosdem Articulos acceptare, & „ approbare, ac eos, & omnia in eis contenta „ Litteris noſtris tranſumi facien., ratificare, rati-

„ ficata

„ ficata obſervare, obſervarique facere digna-
„ remur. Quorum quidem Articulorum primus
„ eſt.

ARTICULUS I.

Rex obſervet Decretum Inaugurale.

„ Petitur a Majeſtate Regia, ut Decretum „ tempore coronationis editum confirmare, & „ in ſuo vigore conſervare dignetur, & Litteræ „ Majeſtatis Suæ ſuperinde omnibus Comitatibus „ tribuantur ſine ſolutione.

Nullus Rex ad obſervandum inaugurale ſuum Decretum toties monebatur, atque Mathias. Reflectebatur ad id ille jam in Decreto 1468. adeoque quarto ſtatim poſt coronationem ſuam Anno Art. XVI. Reflectebatur denuo in ſuperioris Anni 1472. Art. XV. Hic rurſus ad illud obſervandum commonetur evidenti argumento, quod Rex hic magis, atque alii ſe ab obſervatione Legum emancipare conſveverit. Cum Status non ad initam nomine ſuo per Szilágyium 1458. Capitulationem, ſed ad inaugurale Decretum provocent, confirmatur id, quod ſupra diximus, eos parum firmitatis in Capitulatione illa repoſuiſſe.

E converſo cum Decretum 1471. Status pro *Decreto Regni* ſtabiliviſſe, adeoque ad vim *Capitulationis* elevaſſe, ſupra oſtenſum ſit, mirari ſubit, cur & in 1472. & præſenti Decreto ad inaugurale, & non ad illud in vim Capitulationis elevatum Decretum provocetur.

ARTICULUS II.

Norma exigendi contra Turcas oblati ſubſidii.

„ Quod præſens ſubſidium Majeſtati Suæ „ oblatum non alias, niſi contra Turcas, & eis

Digitized by Google

„ adhærentes exponatur; & quod ſubſidium iſtud
„ taliter exigatur, ut non *fumus*, neque *inquilini*, neque *factores*, & *prædiales Nobilium*,
„ aut *deſertæ* domus, ſed *Portæ* tantummodo
„ dicentur, & connumerentur, *cum incluſione*
„ *Lucri Cameræ* proxime venturi anni ſcilicet
„ futuri, niſi forte plures ante præſentem dicam
„ ſimul in fraudem ad inhabitandum convenissent, & quod Dicatores pro dica nichil
„ accipiant, & centum denarii pro floreno recipiantur, & non plus. Villici etiam villarum
„ non dicentur.

Quod in Hungaria *Lucrum Cameræ*, hoc in Sclavonia *Mardurinalis exactio* appellabatur, Tributum hoc inde ab Wladislao, *pecuniæ fumales* dicebantur indubie, quia a ſingula ruſticana domo, ſeu *camino*, ſive deinde illa appertinentiam integræ Seſſionis habuerit, ſeu non exigebantur. In Hungaria e converſo uti in Nota ad Art. XIV. Decreti de 1468. ad Litteram *c*) eruimus, non niſi integra Seſſio *Portam* efficiebat, quæ pro Lucro Cameræ, aut alio ſubſidio dicabatur. Ad evitandum igitur id, ne ab exemplo Sclavoniæ, ſingulus caminus, id eſt domus promiſcue dicetur, videtur hic conſtitui, ut non a *Fumis*, ſed a *Portis* id eſt integris Seſſionibus dicatio fiat. Sub Ludovico tamen II. Contributionem jam etiam in Hungaria fumatim deſumptam fuiſſe, docent prolati in Veſt. Comitior. de Anno 1522. Art. XV. & XVI.

ARTICULUS III.

Inſurrectio intra Annum non decernatur.

„ Quod usque ad integrum annum Maje-
„ ſtas Sua a præſenti Conventione computan.

„ Sub-

„ Subditos ſuos nullis de cauſis exercituare com-
„ pellat, niſi forte Imperator Thurcorum perſo-
„ naliter contra corpus Regni veniat, neque Con-
„ ventionem Regnicolarum generalem faciat.

ARTICULUS IV.

Impoſterum nulla Taxa imponatur, ſed Status, ſi opus fuerit inſurgant.

„ Petitur a Majeſtate Regia, ne ulterius
„ Majeſtas Regnicolas ſuos contra antiquam ipſo-
„ rum libertatem aliqua Taxa gravet impoſterum,
„ ſed poſt revolutionem annualem juxta anti-
„ quam libertatem, & conſvetudinem Regni Re-
„ gnicolæ, ſi opus fuerit, & neceſſitas Regni
„ poſtulaverit, exercituare teneantur, prout Se-
„ renitas Sua promiſit, ſubditos ſuos in antiquis
„ libertatibus, & conſvetudinibus eorum conſer-
„ vare.

ARTICULUS V.

Telonia veteri uſui conformentur.

„ Poſtulatur a Regia Majeſtate, quod The-
„ lonia juxta Decreta in antiquis libertatibus
„ ſerventur.

ARTICULUS VI.

Nobiles unius Seſſionis, & Prædiales Eccleſiarum non dicentur.

„ Quod Nobiles unius Seſſionis, & etiam
„ Nobiles Prædiales Eccleſiarum ad præſens ſub-
„ ſidium non dicentur.

Vel ex hoc cum præcedenti Articulo II. combinato ſatis apparet, Nobiles nequidem ſub Mathia ſeu ſubſidio, ſeu Lucro Cameræ ſubjacuiſſe, ſi enim Nobiles inpoſſeſſionati, ſi poſſeſſionatorum Villici, & Factores, ſi ipſi Eccleſiarum Prædiales (uti id e reliquis etiam, ubi ſubſidium offertur, Decretis apparet) ab onere hoc eximuntur, quis ſibi perſvadebit, Prælatos, Barones, & poſeſſionatos Nobiles eidem ſubjectos fuiſſe. Qui verba captant, ſolent ſe illis aliquot Mathiæ edictorum clauſulis: *de Bonis eorundem*, uti & illis poſtremarum, quas ſupra provocavimus 1470. Fidejuſſionalium verbis: *Contributionem ipſam neque nos dabimus* fulcire.

Verum quis ignorat? improprium ævi hujus ſcribendi modum. Quis neſcit, quod ubi *facta verbis*, contraria ſunt, ex illis, & non ex his concludi debeat. Jam vero factum hoc conſtat, quod ipſi poſſeſſionatorum Nobilium officiales a ſubſidio, & Lucro Cameræ exempti fuerint, ambiguæ itaque illæ clauſulæ ita explicari debent, quod Nobiles tantum medio Colonorum ſuorum impoſitiones illas præſtiterint.

ARTICULUS VII.

Oblato ſubſidio etiam Regia Bona ſubjaceant.

„ Supplicatur Regiæ Majeſtati, quod præ„ ſens ſubſidium, ſeu Taxam Serenitas Regia „ tam de Bonis ſuis, quam etiam Genitricis „ ſuæ æqualiter exigere faciat, & omnia Bona „ taxentur, quia Jobbagyiones Regnicolarum tem„ pore dicationis confugiunt ad Bona Genitricis „ Suæ, & eo tempore minime de illis confu„ gientibus ſolutio Majeſtati Suæ fiet, Regnico„ lis vero deſolatio non parva exinde eveniet,

„ &

„ & iisdem temporibus Jobbagyiones Baro-
„ num, aut Nobilium ad Bona Regia, aut Ge-
„ nitricis Suæ non abducantur, & ſi qui confu-
„ gerint, non recipiantur.

ARTICULUS VIII.

Regii ſtipendiarii Milites in Bonis Nobilium exceſ-ſus non committant.

„ Quod Pedites, & Equites ſtipendiarii ſcili-
„ cet Majeſtatis Suæ in Bonis Regnicolarum
„ dampna non inferant, & in Curiis, ac Domi-
„ bus Nobilium non deſcendant, ſed ſtipendiis
„ propriis utantur, & ubi dampnoſum fecerint
„ deſcenſum, aut fuerint ſpoliati pauperes rebus
„ ſuis, præſens ſubſidium ſolvere non tene-
„ antur.

Stipendiarii iſti fuerint, illa ſic dicta *Nigra* Legio, quam uti & omnem rei ſuæ militaris rationem, ipſe Mathias in exarata 1480. ad Ferdinandum Regem Epiſtola 95. eleganter deſcribit.

ARTICULUS IX.

Tantum Epiphaniarum Octavæ celebrentur.

„ Quod Octavæ Feſti Epiphaniarum Domi-
„ ni proximæ venturæ celebrentur, & aliæ Octa-
„ væ interim ceſſent, quia Regnicolæ multis gra-
„ vaminibus, & expenſis onerati, aliis Octa-
„ vis intereſſe non poſſunt.

Anno 1464. Art. V. urſerunt Status, ut Octavæ quater per Annum celebrentur. Hic eas ad unicum Terminum reſtringunt, 1478. Art. XIII. iterum ut qua-

Digitized by Google

ter in Annum celebrentur, conſtituerunt. Quæ fuerit præſentis priori, & poſteriori contrariæ Determinationis ratio, hactenus deprehendere non potuimus. Allegantur expenſæ, ſed harum ratio etiam aliis Annis debuit ſubverſari.

ARTICULUS X.

Bona præſertim per Aulicos illegaliter impetrata remittantur.

„ Supplicatur Regiæ Serenitati per Regnico-
„ las, ut Bona illorum Nobilium per Majeſta-
„ tem Suam remittantur, & per alios ſubditos
„ ſuos, quorum vel per ſimplicem querelam, vel
„ donationem indebitam, aut alias quoquomodo
„ indebite ſunt occupata, etiam ſi ſint Aulici
„ Serenitatis Suæ, per quos maxime hujusmodi
„ res ſolent accidere, & perpetrari.

Mathiam Bona ſine prævia ejus cognitione, an titulus Notæ, aut defectus adſit? contuliſſe copioſæ in obverſum vitii hujus latæ Leges remonſtrant: quod in Familiares ſuos nimium profuſus fuerit, jam Hiſtorici notarunt.

ARTICULUS XI.

Commiſſi poſt Regis in Sileſiam abitum exceſſus puniantur.

„ Supplicatur Regiæ Serenitati, ut ſuper
„ iſtis tribus videlicet hominum interemtionibus,
„ ſive mutilationibus, invaſionibus domorum No-
„ bilium, & Poſſeſſionum occupationibus, quæ
„ tempore medio poſt ſcilicet tranſitum Serenitatis
„ Suæ

Digitized by Google

„ Suæ, ad Sileſiam commiſſa eſſent, & patrata, „ debita proviſio, & Judicium fieri debeat.

„ Quibus quidem Articulis oblatis, Nos humillimis, & devotis ſupplicationibus præfatorum Prælatorum, Baronum Regni noſtri Nobilium Regia benignitate inclinati, præſcriptos „ Articulos præſentibus Litteris noſtris modo quo „ ſupra inſertos, & omnia in eis contenta, maxime quia pro utilitate Regni noſtri, & communi pace diſpoſiti, & facta eſſe videntur, „ acceptantes approbamus, & noſtra Regia autoritate ratificamus, eosque, & ea nos conſervare & ab omnibus noſtris Regnicolis obſervari facere obligamus; decernentes etiam una „ cum eisdem Prælatis, & Baronibus, ac Regni „ noſtri Nobilibus, quod quicunque Regnicolarum noſtrorum poſt noviſſimum exitum noſtrum „ de hoc Regno noſtro ad Moraviam, & Sileſiam tempore intermedio Poſſeſſionum occupationes feciſſent, vel in poſterum facerent, „ tales moniti per hominem Regium coram teſtimonio Capituli infra 32. dierum ſpatia a die „ ipſius monitionis illis, a quibus Poſſeſſiones „ hujusmodi occupaſſent, remittere teneantur, ſi „ vero id facere recuſaverint, & id Proceſſu „ juridico juxta Regni conſvetudines, contra eos „ comprobatum fuerit, in facto potentiæ convincantur; *a*) Similiter ſi quis homicidia Nobilium, invaſiones domorum, membrorum truncationes, ſive mutilationes temporibus ipſius

Digitized by Google

„ abſentiæ noſtræ commiſiſſet, vel in poſterum „ committeret, talis infra ſpatium hujusmodi „ triginta duorum dierum per teſtimonium Capi- „ tuli, vel Conventus evocatus hic Budæ coram „ Judicibus ordinariis comparere, & rationem „ reddere debeat, & teneatur *b*).

a) Paragraphus hic eſt explicatio Articuli XI. Id in concluſione præſtare hactenus inſolitum fuit.

b) Hæc eſt diſtincta a prioribus Lex, quam Mathias conſentientibus indubie Statibus de novo adjecit, ſicut e contra Ludovicus I. unam Andreæ II. Legem in concluſione Decreti ſui revocavit.

„ In cujus rei teſtimonium præſentes Lit- „ teras noſtras ſecreti Sigilli noſtri impreſſione „ roboratas duximus concedendas. Datum Bu- „ dæ prædicta feria ſecunda proxima poſt Feſtum „ Sacratiſſimi Corporis Chriſti Anno Nativitatis „ ejusdem Milleſimo Quadringenteſimo Septua- „ geſimo Quinto. Regnorum noſtrorum Anno „ Hung. &c. Decimo Octavo, Bohemiæ vero „ Septimo.

Horum Comitiorum, & Decreti in iis conditi Veſtigium occurrit etiam in quodam Mathiæ Regis Mandato circa exigendum ſubſidium ad Comitatum Orodienſem miſſo ſequenti clauſula.

„ Cum nos his diebus univerſos DD. Prælatos, & „ Barones, cæterosque Nobiles Regnicolas no- „ ſtros ad univerſalem Diætam huc Budam con- „ vocare feciſſemus, expoſitis Regni noſtri neceſ- „ ſitatibus, cum declaraſſemus imminens ab Infide- „ libus periculum huic Regno noſtro, & ſimul „ proviſionem noſtram, ac expeditionem, quam

„ in

„ in Turcas perpetuos hujus Regni æmulos, &
„ vaſtatores toto conatu noſtro facere decrevi-
„ mus, viſum eſt omnibus ad tam neceſſariam,
„ nec minus oportunam expeditionem Majeſtati
„ noſtræ de ſubſidio providere. Unde & com-
„ muni omnium voto, communi conſilio, & vo-
„ luntate Taxam, ſive Contributionem unius flo-
„ reni, ad tantos paratus neceſſaria Majeſtati
„ noſtræ dicandum diſpoſuerunt - - - Datum Bu-
„ dæ Feria III. prox. poſt Feſt. SS. Corporis
„ Chriſti 1475. “

Et in alio ejusdem Regis Inſtrumento longe notabilius etiam Comitiorum Anni 1476.

„ Juxta continentias Litterarum Conventus Eccleſiæ
„ de Leleſz Inquiſitor, Ammonitor, & Evoca-
„ tor, ſecundum diſpoſitionem per nos, ac
„ Prælatos, & Nobiles univerſos dicti Regni no-
„ ſtri in Conventione eorum generali in æſtate
„ proxime præterita hic Budæ celebrata factam,
„ ac tandem in anno præſenti per eosdem Præla-
„ tos, & Barones, Comitatuumquè electos No-
„ biles confirmatam, emanatarum. - - Datum
„ Budæ prædicta, in jam dicto ſedecimo die di-
„ cti Feſti B. Valentini Martyris A. D. 1476. “

In alio quoque Diplomate Mathiæ Regis Privilegialium Litterarum Cruciferatus Albenſis confirmatorio apud Katona Hiſt. Crit. T. XV. p. 761. eorumdem Comitiorum habetur mentio.

„ Quod nobis in hac Conventione generali Præla-
„ torum, Baronum, Nobiliumque dicti Regni
„ noſtri Hungariæ univerſorum, de noſtro ſpe-
„ ciali edicto facta hic Budæ conſtitutis, & exi-
„ ſtentibus - - - Datum Budæ in Vigilia Feſti
„ SS. Trinitatis, & individuæ Unitatis A. D.
„ 1475. “

In Cimelio Székelyiano Quinque Eccleſienſi T. III. p. 131. teſte ejusdem Elencho, quem poſſideo, ha-

Digitized by Google

habetur Mathiæ R. mandatum Comitatui de Zabolch directum, ut Georgius de Parlag Janitorum Regalium Magiſter Mathiæ R. accuſatus, quod Ladislaum de Perked Vice-Comitem de Zabolch interimendum curaverit, pro ſui defenſione inquiri curare poſſit. A. 1475. De hoc Inſtrumento Sam. Székely ſequentia adnotavit. Hoc mandatum ſubſcriptum eſt: *ex deliberatione Prælatorum, & Baronum*, quod certe memorabile, & inconſvetum eſt, ut in mandatis nomine Regis emanatis, & Sigillo Regio munitis, ponatur: Ex deliberatione Prælatorum, & Baronum. Ego quoque hæc ideo ſolum refero, quod peculiarem caſum, non tamen hunc unicum, in diplomatica Hungariæ contineant, nam in hoc loco nullum Comitiorum Veſtigium reperio, quamvis ſi menſis, & dies emanati Diplomatis adnotatus eſſet, definiri potuerit, an non ſub ipſis Comitiis expeditum ſit, & tum rationem eruere liceret, cur iſta clauſula ſubjungatur.

Anno 1476. editum, & ad Comitatum Abaujvarienſem directum mandatum Mathiæ Regis, ut ſubſidium unius floreni pro continuando bello Turcico in generali Diæta conſtitutum exigat. Datum Quinque Eccleſiis Fer. III. prox. ante Feſtum B. Galli Conf. habetur inter MSS. Kaprinayana 4. B. Tom. XXVII. p. 131. An iſtud ſubſidium in Comitiis inauguralibus Beatricis Reginæ hoc Anno celebratis, quod probabile eſſe videtur, quia ſubſidia, quæ adeo ſtricte exigebat, vix tam ſero anni tempore, ſi priori jam conſtituta fuiſſent, primum adurſurus erat, an jam ante, uti ſubinde factum eſt, ut applacidata ſubſidia ſingulis annis, uſque dum aliis Comitiis nova promitterentur, dependantur, conſtitutum

fue-

fuerit, an item, ſi Anno 1476. primum promiſſum erat, ſuper eo Articulus conditus, adeoque Decretum editum fuerit, nondum definire poſſum.

Anno 1478. Mathias Rex in Litteris, inter Epiſtolas P. III. p. 97. quibus Capitulo Quinque Eccleſienſi ſcribit, ut bona illius æſtimentur, & ex iis tributum in ſubſidium belli dependatur; cætera inter habet.

„ Quæ quoniam majores jam deinceps conatus de-
„ ſiderant, & expoſcunt, volumus in hac Con-
„ gregatione Prælatorum, ac Baronum noſtrorum,
„ ac etiam *plurium Regni Nobilium* hic Budæ
„ nobiscum proxime celebrata, de ſufficienti pro-
„ viſione convenienter cogitare. Et quia com-
„ munis utilitatis ab omnibus pariter eſt onus
„ ſubeundum, indiximus Prælatis, Baronibus, &
„ Nobilibus noſtris, ut ſinguli cum toto poſſe
„ ſuo etiam ultra debitum, & conſvetudines an-
„ tiquitus obſervatas penes nos unanimiter appa-
„ ratu, & voluntate inſurgant. “

Editor ſequentem adnotationem huic loco ſubjecit.

„ Celebrata eſt hæc Congregatio generalis A. 1478.
„ in qua tres Articuli conditi leguntur. Et ſe-
„ cundo quidem ſtatutum eſt, ut per quinquen-
„ nium de ſingulis Portis Jobbagyionum florenus
„ unus pendatur. Quamquam etiam ſupra, vel
„ contra Statuta Regnicolarum Mathias Tributa
„ extraordinaria, & Dicas viritim quandoque
„ impoſuiſſe legatur. Proventus etiam Epiſcopa-
„ tuum non raro uſurpabat; licet autoritate Lau-
„ rentii Roborellæ Nuncii Apoſtolici fultus. Et
„ hæc fuit occaſio offenſionum, & querelarum,
„ quæ eousque excreverant, ut alium e Polonia
„ Regem ſibi accerſere non dubitarent potiores
„ Regni Proceres. “

An

An in iisdem Comitiis, vel alio quopiam Concurſu, ſive Conſultatione Mathias quæpiam negotia pertractanda habuerit, pro quibus Nuncios per Civitatem Caſſovienſem Budam deputandos mandaverat, prout in Elencho Archivi ejusdem Civitatis B. 453. notatur, definire non poſſum, cum nec menſis, nec dies dati, nec terminus, pro quo comparere debeant, exprimatur.

Triſtes effectus, ut plerumque ſequi ſolent, experti ſunt ſuperiorum partium Regnicolæ, quos ſtudium illud inducendi novi Regis produxerat. In Archivo Conventus Leleſzienſis N. Faſc. 28. Actor A. 1479. Lit. M. N. 59. habentur. Adjudicatoriæ juramentalium pro Sereniſſimo Principe Mathia Rege Hung. &c. contra Magnif. Stephanum de Peren, & alterum Stephanum de Palocz, cum quibusdam Gentibus extraneis, & aliarum Nationum Gentibus Peditibus, & Equitibus, armatis manibus, & potentiariis, *pixidibus barbatis*, ac aliis armis, & inſtrumentis bellicis ſuperiores partes Regni ſui igne, & gladio in deſpectum honoris ſuæ Regiæ dignitatis devaſtantes, & deprædantes. Loca etiam conventualia, Sedes judiciarias Comitatuum invadentes, nec non mutilationes membrorum hominum, ac mulierum violationes, & deflorationes, ac alia multa, & diverſa mala ſuis Regnicolis inferentes, ac Poſſeſſiones Nobilium partium illarum, & ſignanter Poſſeſſiones Nobilium de Tharkon deſolantes, adeoque ſuper eo centeſimo ſe Nobilibus coram Conventu Leleſzienſi Sacramentum præſtare debentes A. 1479.

An hoc eodem Anno 1479. Comitia celebrata ſint, nullum quidem invenio Veſtigium, ſed in quodam Inſtrumento inter MSS. Szirmaiana T. I. p. 189. continente paria Confœderationis antiquæ inter Mathiam I. Regem Hung. & Wladislaum Regem Bohemiæ, Statusque, & OO. Regnorum illo-

lorum inite Dat. in Civitate Olomucenſi 21. die Menſis Julii A. D. 1479. Proceres ad concludendum hunc Tractatum deputati in ſubſcriptione ſequenti clauſula utuntur, ex qua patet, iis in Comitiis, ſed forte adhuc anni ſuperioris datam tractandi poteſtatem fuiſſe:

„ Prælati, & Barones Regni Hungariæ pleno, & „ ſufficienti mandato ceterorum DD. Prælatorum, „ & Baronum Regni præfati fratrum noſtrorum „ ſuffulti. “

Anno 1484. aliquid de celebrando Conventu actum fuiſſe, patet ex mandato Mathiæ I. ad Civitatem Caſſovienſem miſſo, intuitu damnorum, & injuriarum,quas a Polonis perpeſſa fuiſſet, in Conventu Regni pro Feſto S. Michaelis celebrando, ſpecifice declarandarum, quod authenticum exſtat in Archivo ejusdem Civitatis C. 558.

Anno 1486. celebratorum Budæ Comitiorum Veſtigia Diplomatica perrara ſunt, licet celebrata eſſe indubium ſit, & Decretum in iis conditum vulgo *majus* vocatum ſuperſit. Habetur quidem inter MSS. Kaprinayana ſerie ſub Lit. B. 4. Tom. XXIX. p. 190. Inſtrumentum, quo Mathias Rex decernit cum Statibus Jus Patronatus, neque Nicolao de Lapispatak, neque aliis Nobilibus de Zegnye reſpectu Præpoſituræ Mislenſis, ſed ſoli Regi, qui eam Præpoſituram confert, competere. Dat. Budæ Fer. II. prox. poſt Dominicam Judica A. D. 1486. ſed inde non patet, an hoc negotium in Comitiis tractatum ſit, licet

ita

Digitized by Google

ita eſſe videatur, cum inter Regem, & privatas Familias de Jure quæſtio fuerit.

Decretum majus, quod in Comitiis hujus anni conditum eſt, vel illo eodem, vel ſequenti aliquo, certo tamen adhuc Mathia vivente typis expreſſum eſſe, didici primum ex Cod. MS. olim Kolláriano Decreta Regum Hung. continente p. 244. in quo poſt relatum illud Decretum ſequens Adnotatio, & Præfatio illi Editioni præfixa refertur:

„ Quamvis hæc ſubſequens præliminaris Epiſtola
„ hoc proximius deſcriptum Divi Mathiæ Regis
„ Decretum præcedere debuiſſet, prout in quo-
„ dam impreſſo exemplari comperitur, nihilomi-
„ nus eam etiam poſt jam deſcriptum Decretum
„ adjiciendam fore putavi.

Conſtitutiones Incliti Regni Hungariæ tempore Regis Mathiæ editæ.

„ Et ſi Bibliopolæ pridem ſæpius, atque iterum
„ blanditi ſint, pro iſtarum Conſtitutionum In-
„ cliti Regni Hung. accommodatione, utque eas-
„ dem caſtigatas, limatas, & pumicatas trade-
„ rent, quo opera, & impenſa eorum, accepti-
„ or, majoriſque penſi haberetur, quin præſer-
„ tim in ſingulis imprimendis codicibus hoc ſibi
„ potiſſimum conſulerent, curarent pro viribus
„ morem gerendum eſſe cenſui cum amore, & favo-
„ re ingeniorum, & ſtudiorum, tum Conſtitutio-
„ num, & Legum prædictarum præclaritate, &
„ excellentia, quas profecto viro Patricio, & qui-
„ dem Patriæ ſuæ Conſtitutiones ignorare turpe
„ eſt, quum præſertim ſumma, & eminentiſſima
„ Authoris præclaritas Opus hoc clarum efficiat,
„ Mathias nempe Rex, & ille ſane virtutum Prin-

„ ceps

Digitized by Google

„ ceps ſemper invictus, ſemper interritus, parva
„ manu maximas res perficere ſolitus, qui ut cæ-
„ terorum pace dixerim, inter alios præcipuos,
„ & primarios homines, divosque Reges, & Im-
„ peratores quaſi matutinum quoddam Sidus efful-
„ get ea vitæ ſanctimonia, & integritate, ea Re-
„ ligione, ea Juris Cæſarei, & Pontificii cogni-
„ tione, ea denique eximia & maternæ, & latinæ
„ eloquentiæ, aliorumque idiomatum; denique
„ quibusque gerendis rebus quam aptiſſimus, &
„ qui nunquam dubia victoria hoſtem reliquit,
„ ſemper vicit, qui bellica, & civili laude
„ omnem antiquitatem aut æquavit, aut ſupera-
„ vit; & ut cæteras ejus laudes, & profecto in-
„ numeras tranſeam, quis Nobilitatem vel probi-
„ tate, vel rerum ſtudio optimarum, vel clemen-
„ tia, vel quovis alio laudis titulo eo præſtantior?
„ qui clariſſimarum rerum magnitudinem bello-
„ rum, præliorum numero, varietate victoriarum,
„ celeritatē conficiundi, mentis amplitudine, per-
„ tinacia, in rebelles clementia, in ſubditos libe-
„ ralitate in omnes, qui ſibi conferri poſſit? Sed
„ de his hactenus. Quanta igitur poteſtas Legum,
„ atque vis exiſtat, ſine quibus nec Urbs aliqua,
„ nec locus conſtare poteſt, nemo ambigit; non
„ enim majori eget commendatione, prout Juris
„ conſultus Volpianus inquit, utilitas, cum per
„ ſe patet, commendatione non eget. Quare
„ omnes, & ſingulos, præſertim quibus intereſt,
„ hortor, moneo, atque jure amicitiæ requiro,
„ & obteſtor, ut illa Syntagmata, hasque Patriæ
„ ordinationes naviter luſtrent, legant, volutent,
„ & amplectantur, ſicuti Leges Solonis, & Lin-
„ gurgi venerentur humanitate quadam, & pro-
„ fecto innata bonitate non mediocri Magnifici
„ Ambroſii Wydſſi de Mohora," (legi uſpiam in
Diplomatibus hujus ætatis Sebaſtianum Wydſſiw
de

de Chalamya; an hæc diverſa familia fuerit, non vacat disquirere.) „Vice - Comitis Comitatus
„ Newgradienſis Opuſculum hoc imprimis parti-
„ cipatum, caſtigatum, & impreſſum extat; cujus
„ ſane ingenium ad optimarum artium cognitio-
„ nem, commodumque, & profectum Reipubli-
„ cæ & agendo, & conſulendo natura com-
„ paratum eſt. “

Ex Rubrica, ſive Epigraphe *Conſtitutiones* ſpem ingentem habebam, futurum eſſe, ut Conſtitutiones, quot quot regnante Mathia Rege conditæ fuiſſent, illa editione contineantur, unde redintegrentur illa, quæ nondum detecta ſunt, aut ſaltem, quæ ego hactenus detexi, & in Veſtigiis, hisque eorum ſupplementis retuli Decreta, unde appareat, illa continuo in uſum, & vim Legis tranſiiſſe, aliaque his affinia, quæ adhuc incerta ſunt, eruantur; contextu tamen Præfationis penitius expenſo adverti, ea editione ſolum, & unicum Mathiæ Decretum majus fuiſſe typis expreſſum, & vulgatum. Sed vel ita non plane nihil novi a me detectum eſſe gratulor, nullus enim, quod quidem ſciam, hactenus vetuſtiorem Legum noſtrarum editionem commemoravit, quam ea ſit, quæ in Appendice ad Decades Bonfinii per I. Sambucum adjecta reperitur. Quæſivi quidem non proletaria opera editionis Decreti hujus majoris, de qua ſermo eſt, Exemplar aliquod, ſed in nulla Bibliotheca, quas adire potui, reperitur. Hactenus itaque indicio ſolum litterario contentus eſſe debeo, quod habetur in Georg.

Wolfg.

Wolfg. Panzer. Annal. Typogr. Vol. I. p. 266. ſequentibus.

„ Mathiæ Corvini Regis Hung. Bohemiæ &c. Le-
„ ges in Diæta, ut vocatur, ſeu Conventu gene-
„ rali Procerum Regni Budæ habita conditæ. "

„ In fine nulla ſubſcriptio, charactere Gothico
„ cum Sig. a. - c. forte Budæ 4. — Seemüller
„ IV. p. 137.

Hunc Locum pro lectore obſcurum illuſtrare debeo: primum titulus iſte multum differt ab Epigraphe, quam refert Codex Kollárianus, paulo ante relata, ut adeo ſciri non poſſit, ſub quo titulo re ipſa Decretum impreſſum fuerit, videtur tamen Epigraphe Codicis Kolláriani genuinum titulum referre, Panzer autem, aut Seemüller, quem in teſtem adducit, ſuis duntaxat verbis illum expreſſiſſe, quod ex illa parentheſi *ut vocatur* veri ſimile fit. De hac ipſa editione ibi ſermonem eſſe, indubium eſt. In fine debuiſſet more Typographorum illius ætatis poni locus, annus, & Typographus hujus editionis, in eo autem Exemplari nulla ſubſcriptio eſt, ideo nec ſcitur, quo anno, apud quem Typographum, & ubi impreſſum ſit, per conjecturam exiſtimatur Budæ impreſſum eſſe, & quidem forma quarti folii, typo Gothico, re ipſa Monaſtico, nam ſcriptura Gothica plurimum a Monaſtica differt, licet id, quod vulgo typus Gothicus appellatur, tantum a ſimilitudine, ſive *guſtu Gothico* ita dici poſſit, ex litteris uncatis, cuſpidatis, acuminatis, angulatis, tortuoſis; tribus denique phyleris totum Decretum

in hac editione conſtare, alphabeti ſignaturæ oſtendunt. Ex Provocatione ad Seemüllerum facta, colligitur, Exemplar in Bibliotheca Ingolſtadienſi exſtare.

Aliud majoris adhuc cenſus monumentum ad hunc annum, aut ſaltem ad hanc ætatem referendum, licet fortaſſis origine ſua longe antiquius, reperi in Codice MS. Decretorum Regni Thomæ olim de Nádasd fol. 150 --- 152 in alio æque MS. Codice Feſtetichiano --- Sághienſi, & Szapariano -- Ercſinienſi Tom. I. p. 529. in quibus omnibus poſt Decretum majus Mathiæ I. R.

Sequitur ſeries æſtimationum.

Seſſio.

„ Seſſio cujuslibet Nobilis propria, ad tres Mar„ cas, Jobbagyionalis autem puta populoſa ad unam „ Marcam, deſerta vero ædificia habens, computa„ tur ad mediam Marcam, vacua vero, in ordine ali„ arum Seſſionum, omni ædificio carens, ad unum „ quartale, videlicet ad centum denarios computatur, „ item ſi locus ſeſſionalis vacuus fuerit, ex ordine „ aliarum Seſſionum pro campo reputatur.

Pomarium.

„ Pomarium etiam Nobilium in multis locis, ſi„ gnanter in Csallóköz æſtimatur, quod quælibet ma„ tura arbor fructifera pro centum denariis connu„ meratur, & ſucceſſive uſque ad duodecim, etiam „ ſi ipſum duodena in aliquo ſive in pluribus exce„ dat, prô tribus Marcis, & hoc in Csallóköz, item „ in aliis locis, Pomarium bonum, & fructiferum „ in uno jugere Regalis menſuræ, ad tres Marcas, „ Pomarium vero Jobbagyionale extra Villam ad „ unam Marcam, Pomarium vero retro Seſſionem exi„ ſtens non ponitur in ordine patens, ut in alia æſti„ matione.

Eccle-

Digitized by Google

Eccleſia ſiue Capella.

„ Eccleſia ſiue Capella, ſine pinaculo, & ſepul-
„ tura ad quinque Marcas, ſepulturam habens ad
„ decem Marcas, cum ſepultura, & pinaculo, ad
„ quindecim Marcas, & Eccleſia tantum Matrona
„ ſine ſepultura non ponitur in ordine diviſionis,
„ item omnes aliæ Matronæ, ſine pinaculo ad decem
„ Marcas, cum uno pinaculo lapideo ad quindecim
„ Marcas, cum duobus ad viginti quinque. Si autem
„ alterius Eccleſia fuerit major cum duobus pinaculis
„ ad morem Monaſterii fundata, ad quinquaginta
„ Marcas, Monaſterium autem habens ſepulturam
„ ſuorum Patronorum, & aliorum Spiritualium Nobi-
„ lium ad centum Marcas, Clauſtrum lapideum ſimi-
„ liter ad centum.

Terra.

„ Terra unum aratrum Regalis menſuræ tenens
„ ad tres Marcas.

Sylva, ſeu Rubetum.

„ Sylva, ſeu Rubetum, quod ignis accendio per-
„ tranſiri poteſt, æſtimatur ſicut terra communis ad
„ unum aratrum pro tribus Marcis, permiſſorium vero,
„ ſeu Sylva major apta pro communi opere infra
„ quantitatem trium aratrorum Regalis menſuræ ad
„ quodlibet aratrum, decem Marcas, major Sylva
„ puta dolabroſa, ſeu glandinoloſa ad tria aratra
„ quodlibet aratrum quinquaginta Marcas, ſi vero
„ ejus proventus annualis bene poteſt computari
„ ſignanter ſicut Sylva glandinoloſa, decies tantum,
„ quantum idem proventus facit, item vide foris,
„ in foro Eccleſiaſtico Sylvam permiſſoriam.

Fœnetum.

„ Item quodlibet Juger centum denar, tributarium
„ vero, ut ſupra decies tantum.

Digitized by Google

Tributum Montis Vinearum.

„ Quod capit proventum bonum annuatim pro „ reali Domino ſimiliter decies tantum, ſi autem Vi„ neæ fuerint, pro ſimplici non taliter qualiter rube„ tum æſtimatur, licet multi Judices montes Vinearum „ tam in majoribus, quam minoribus æſtiment tan„ quam Rubetum, vel Campum, ſed tamen iſtam „ viam teneo eſſe veriorem.

Piſcina.

„ Piſcina parva ſervans acquoſitatem tempore „ æſtus ad quinque Marcas, deficiens vero ad tres „ Marcas, Piſcina denique major, & tenens æſtualem „ inundationem ad decem Marcas, deficiens vero, „ ſive carens æſtuali inundatione ad quinque Marcas, „ gyalmastó autem ad quinquaginta Marcas, clau„ ſura vulgo Rekôzt inundationem aquarum habens „ proventum ſingularem, pro ſingulis centum denariis „ æſtimatur.

„ Iſta menſura ſedecies ſumpta faciet unam men„ ſuram Regalem &c.

Menſura eſt illi plane æqualis, quæ in Tripart. ad Art. 133. P. I. exprimitur.

Menſura Regalis.

„ Menſura Regalis in latitudine unius Jugeris „ duodecim ulnas, in longitudine vero ſeptuaginta ul„ nas continet, ulna facit quinque brachia, ſive quin„ que cubitos, Sylvarum vero, unam integram longi„ tudinem hominis levando manus ſurſum, Unum Ju„ ger terræ arabilis, aut Sylvæ, continet in ſua lon„ gitudine ſeptuaginta duas, in latitudine vero 12. „ menſuras Regales, unum aratrum continet in ſe „ 100. Jugera terrarum Regalis menſuræ in æſtima„ tione rerum.

Ladislaus Dux Opuliæ, & Velunenſis Regni Hungariæ Palatinus in Inſtrumento quod in

ſuper

Digitized by Google

ſuper dote, quartalitio, & rebus Paraphernalibus Claræ conſortis Ladislai filii Natha Dat. in Wiſſegrad 1372. de *menſura Regali* ſequentia commemorat:

„ Conventus de Jazow - - - mitterent hominem
„ pro teſtimonio fidedignum, quo præſente ho-
„ mo noſter - - - ad facies prædictarum Poſſes-
„ ſionum Pankota, Némethfalu, & Thóthfalu
„ - - - vicinis, & commetaneis earumdem uni-
„ verſis legitime inibi convocatis, & præſentibus,
„ vel legitimis eorundem Procuratoribus præſentibus
„ accedendo reambularet easdem per veras ſuas
„ metas, & antiquas, reambulatasque, & ab alio-
„ rum poſſeſſionariis Juribus ſeparatas, & diſtin-
„ ctas *Regali menſura menſurando*, *vel viſu con-*
„ *ſiderando*, & ſi metiri nequirent, Deo præ ocu-
„ lis habito, omni fallitatis ſcrupulo ſemoto,
„ cum univerſis ſuis utilitatibus juxta Regni con-
„ ſvetudinem ratione dictorum Jurium quartali-
„ tiorum, atque dotalitiorum in toto deberent æſti-
„ mare. - - -

In Reſcriptionalibus, ſive Relatoriis.

„ Qui demum reverſi retuliſſent - - - quod ipſi
„ - - - primo ipſam Villam Thóthfalu, in qua 27.
„ manſiones præter curiam ſuam propriam, ſeu
„ Jobbagyiones fuiſſent, *ad tria aratra Regalis*
„ *menſuræ viſuali conſideratione.* Villam vero
„ Pankota, in qua ſex manſiones fuiſſent, ſimiliter
„ præter curiam propriam ad unum atatrum cum
„ dimidio ſimiliter viſuali conſideratione conſpi-
„ ciendo æſtimaſſent. "

Menſuræ in Hungaria variæ ſpecies erant, quæ in Diplomatibus commemorantur, & quarum notitia plene illuſtrata adhuc deſtituimur, ut: *Jugerum*, *Menſura Regalis*, *Seſſiones*, *Aratra*,

Digitized by Google

Foſſores, *Falcatores*, *Diæta* , ſive Opus diu num ; hæc poſteriora ſatis oſtendunt, tunc tantu viſuali æſtimatione pleraque menſurata fuiſſe, pr ut & nunc inter ſimpliciores pondus ipſum no inique definitur. Qui de ponderibus, & mer ſuris Hungarorum profeſſa opera, & genuinis fontibus aliquid completi ſcriberet, non otioſu antiquitatum Hungaricarum caput abſolveret.

Sequitur æſtimatio Poſſeſſionum, & rerum.

„ Primum Eccleſia ſine pinaculo ad decem Ma „ cas, item Eccleſia cum uno pinaculo ad quind „ cim Marcas, item Eccleſia ante, vel in medio ha „ bens duo pinacula ad 25. Marcas, Eccleſia haben „ ante vel retro duo pinacula ad modum Monaſter „ æſtimatur ad quinquaginta Marcas.

Monaſterium.

„ Monaſterium, vel Clauſtrum per aliquem Po „ ſeſſionibus dotatum, ad 100. Marcas, Clauſtrum ſi „ militer ad 100. Marcas.

Capella.

„ Capella lignea habens ſepulturam ad ſex Mar „ cas, Capella lignea carens ſepultura ad tres Marcas

Molendinum.

„ Molendinum ſubtus currens, & tempore æſtati „ non defficiens ad decem Marcas, defficiens vero ad ſe „ Marcas, Molendinum deſuper currens, & tempor „ æſtatis non defficiens quinque Marcas, defficien „ vero tres Marcas.

Puteus.

„ Puteus effluens ſive unus, ſive plures ad tres Mar „ cas, quia unus ſufficiat ad uſum unius Villæ, u „ plures.

Lo-

Digitized by Google

Loca Sagenarum.

„ Loca Sagenarum uſque ad numerum decima-
„ rium, pro ſingulis Marcis, ſi ipſa loca Sagenarum
„ excedunt decimarium numerum, usque ad centum,
„ ſive citra ad decem Marcas.

Piſcina.

„ Piſcina effluens ad decem Marcas, non effluens,
„ & tempore æſtatis defficiens ad tres Marcas, piſci-
„ na Danubialis, Tybiſci, Dravæ, vel Savæ, Tanja
„ dicta, gyalmastó, ſi habet computatum proventum
„ annualem. quantum facit proventus annualis, decies
„ tantum, ſi vero non habet numerum, quinquaginta
„ Marcas.

Tributum.

„ Tributum ſive in terra, ſive in aqua, & ſyl-
„ va glandinoloſa decies tantum, quantum facit pro-
„ ventus ſuus annualis.

Sylva ſub dolabro.

„ Sylva ſub dolabro, vel venatione ad 50. Mar-
„ cas, ſylva communis in uno aratro terræ exiſtens
„ ad tres Marcas, nemus vero ſive permiſſorium, in
„ ſingulis Jugeribus terræ exiſtens pro ſingulis Juge-
„ ribus 40. denarii æſtimantur.

Sequitur de Seſſionibus Nobilium.

„ Seſſio Nobilis ad tres Marcas, Seſſio Nobilis
„ habitatione carens, ſcilicet in ædificiis defectum ha-
„ bens, ad unam, & mediam Marcam, Seſſio Nobilis
„ omnibus ædificiis carens, ſolum locum habens, ad
„ unam Marcam æſtimatur.

Seſſio Jobbagyionalis.

„ Seſſio Jobbagyionalis ad unam Marcam, Seſſio
„ Jobbagyionalis ſolum locum, & antiqualia ædificio-
„ rum habens, ad centum denarios.

Digitized by Google

Terra.

„ Terra ad unum aratrum ſcilicet centum & „ quinquaginta jugera Regalis menſuræ continens ad „ tres Marcas.

Fœnetum, & Vineæ.

„ Item quodlibet falcaſtrum fœni æſtimatur centum denariis, una vinea præciſe æſtimatur, ſicut „ virgultum, ſeu rubetum, & hoc æſtimatur æſtimatione communi, nam differentia eſt inter æſtimationem communem, & æſtimationem perpetuam, item „ perpetualis faciet decies tantum, quantum communis, ubi æſtimatione communi Seſſio-Jobbagyionalis „ æſtimatur, ad unam Marcam perpetualiter ad decem Marcas æſtimatur.

Æſtimatio Pecorum.

„ Unus Bos ad unam Marcam, duæ Vaccæ, ſive „ Vituli ad unam Marcam, una Vacca autem cum uno Vitulo ad unam Marcam, Porci quatuor ſimiliter ad „ Marcam, quatuor Oves ſimiliter ad unam Marcam, „ Concella, ſine Poledro ad unam Marcam, cum Poledro fœmellari ad unam, & mediam Marcam, cum „ Poledro maſculo ad duas Marcas.

Equus equacialis.

„ Equus equacialis cum Poledro ad ſex Marcas, „ ſine Poledro ad tres Marcas, Equus ſellatus bis „ tantum, quantum facit, valor ſui pretii per Judices „ æſtimatur.

Hic tractatur de præſcriptione.

„ Præſcriptio, & temporum completio multum „ obſervatur apud modernos in cauſis, & litium proceſſibus, primo præſcriptio in Juribus Regalibus tenet centum annos, Eccleſiarum quinquaginta duos, „ Nobilium triginta duos, in rebus Villarum ſedecim, „ apud Civitatenſes annum unum, & diem unum,

„ item

„ item in metis rectificandis, & in genealogia proxi-
„ mitatis non eſt præſcriptio alleganda, & etiam de
„ rebus paraphernalibus, dotalitiis, & quartalitiis,
„ quando filii a patre poſſunt rehabere Jus ſuum,
„ tempore ſuo litibus præſcriptione obviare non va-
„ lentes, nec de pignoratitiis Poſſeſſionibus, ac debi-
„ tis, in quibus juxta legentium hæc clauſula indefi-
„ nita quodque reperitur.

Terra iterato.

„ Terra ſi non extenditur ad unum, vel medium
„ aratrum, videlicet ſi fuerint quinque, vel ſex Jugera,
„ aut citra, extunc quodlibet Juger æſtimatur ad
„ quadraginta denarios.

De ætate.

„ Annorum quatuordecim Procuratorem conſtituit,
„ ſedecim res diſponit in argento, decem & octo
„ in auro, viginti Prædia diſponit, viginti quatuor dat
„ hæreditates.

Æſtimationem rerum, & bonorum poſſeſſionariorum antiquiſſimis Reipb. Hung. temporibus objectum Legislationis fuiſſe, patet ex Art. LXVII. & LXVIII. Decreti Andreæ III. R. de Anno 1298. ſupra relati, ubi fere generalis ſolum regula de pretio ſtatuitur, quin ad ſpecies, præter paucas exempli duntaxat gratia relatas, Lex deſcenderet, præter hanc Legem in poſterioribus Decretis, quæ hactenus e tenebris eruta ſunt, nuſpiam ejusmodi ſpecifica rerum æſtimatio occurrit, & tamen Verbôczius operis ſui Tripartiti P. I. Tit. 133. eandem refert, & ad communem ſolum reſtringit. Caput de Bonorum æſtimatione majoris eſt in Jure Hungarico momenti, quam ut leviter pertractari mereatur. Verbôczius P. I. Tit. 133. non ſolum ſpecificas æſtimationes rerum, ſed ipſam menſuram Regalem, fors ex aliqua meteriali menſura uſpiam in loco authentico, aut ſaltem publico conſervata deſum-

tam

tam refert, ipſum iſtud monumentum fortaſſis itidem fragmentum ſolum, licet in Codicibus poſt ætatem Verbôczii conſcriptis nunc reperiatur, antiquius tamen indubie Verbôczio Lectorem ad indagandos primos æſtimationum fontes attentiorem reddit, ac excitat, unde tamen deſumtum ad Codices ſuperius citatos translatum ſit, ad quam ætatem referri debeat, & an non aliquando Lege comitiali hoc vel alio contextu æſtimationum ſeries præſcripta fuerit, defectu plurium veſtigiorum definire nondum poſſumus, poſterius iſtud, ubi reliqua etiam Decreta, quæ condita fuiſſe Diplomaticis Veſtigiis docemur, ſed ubi lateant, ignoramus, detecta fuerint, fortaſſe edocebimur.

Anno 1487. Budæ pro feſto Nativitatis B. Joannis Baptiſtæ Diætam quam piam celebratam fuiſſe docent ſequentes Mathiæ R. Litteræ jam in Veſtigiis p.405. commemoratæ.

„ Matthias Dei Gratia Hungariæ, Bohemiæ, &c. „ Rex, Duxque Auſtriæ, Fidelibus noſtris univerſis, „ & ſingulis Nobilibus, & alterius cujusvis ſtatus, „ & conditionis poſſeſſionatis hominibus Comitatus „ Gömörienſis ſalutem, & gratiam. Cum nuper ad „ Diætam Budenſem pro Feſto Nativitatis B. Joan„ nis Baptiſtæ celebratam, *certi ex Dominis Prælatis*, *ac Baronibus Regni noſtri conveniſſent*, inti„ maveramus eisdem ſuper nonnullis rebus, atque ne„ gotiis noſtram, ac totius Regni noſtri publicam uti„ litatem concernentibus, atque his præcipue, quæ „ rationem præſentis expeditionis noſtræ Auſtralis con„ tra Sereniſſimum Dominum Romanorum Imperato„ rem ſuſceptæ concernebant; qui ſuper his confe„ ſtim inito, habitoque conſilio, & deliberatione ma„ turiori nobis ad tolerandos, ſuſtentandosque, atque „ ad finem proſequendos labores talismodi inſtituti, „ & expeditionis noſtræ inter alia etiam ſubſidium ge„ neralis Contributionis unius floreni ultro obtulerunt.

„ Verum

Digitized by Google

„ Verum quia commune hujusmodi negotium com-
„ muni etiam omnium veſtrum conſilio tranſigendum
„ videbatur, neque vos majoribus expenſis, & labo-
„ ribus, quemadmodum ante hoc ſeptennio fueratis
„ onerati, fatigare volebamus, prout hoc ipſum jam
„ etiam ab ipſis Dominis Prælatis, & Baronibus fa-
„ cile intelligere potuiſtis, negotium hujusmodi *in*
„ *provinciales Congregationes*, & locos unicuique
„ veſtrum propingviores, ad quos minori cum diſcri-
„ mine laborum, & expenſarum veſtrarum undique
„ convenire poſſetis, rejectum, delatumque fuerat,
„ in quibus placuit quoque Fidelitatibus veſtris, una
„ cum Dominis Prælatis, ac Baronibus Regni pariter
„ conſentire, Contributionem per eos oblatam nobis
„ ultro, benevoleque etiam vos præſtitiſtis, quod no-
„ bis tanto gratius, tantoque acceptius exſtitit a vo-
„ bis, quanto oportunius noſtræ neceſſitati ſolita ſem-
„ per fidelitate veſtra conſulere, proſpicereque ſtudu-
„ iſtis; ad ejusmodi Subſidii, & Contributionis dica-
„ tionem, & exactionem mittimus in præſentiarum
„ hos Fideles noſtros exhibitores præſentium requiren-
„ tes Fidelitates veſtras, vobisque nihilominus firmi-
„ ter præcipientes mandamus, ut viſis præſentibus ſta-
„ tim habita conſideratione tam urgentiſſimæ neceſſi-
„ tatis noſtræ, quæ per omnia coram vobis decla-
„ rata ſunt, & quæ nullam penitus, ut ſcitis, moram,
„ & tarditatem patiuntur, non exſpectata aliqua die
„ Sedis judiciariæ, ſive Conventionis veſtræ, eosdem
„ homines noſtros ad dicandum, & connumerandum
„ hujusmodi oblatum, præſtitumque ſubſidium Con-
„ tributionis unius aurei emittere, eisque Bona veſtra
„ more alias conſveto dicare, & connumerare per-
„ mittere, dicataque, & connumerata absque omni
„ difficultate exſolvere, & extradare eisdem debeatis.
„ Vos vero Judlium, ac electi Jurati, aut bini ex vo-
„ bis cum eisdem Dicatoribus continue ad connume-
„ randum ſolito more exire ſub pœna amiſſionis omni-

„ um

„ um Bonorum veſtrorum debeatis, & teneamini.
„ Quoniam autem tanta eſt, tamque ardua neceſſitas
„ non minus Regni noſtri, quam noſtra, ad quam
„ Contributio hujusmodi nobis eſt oblata, ut nemini
„ penitus Regnicolarum in ejus ſolutione parcere poſ-
„ ſimus, volumus igitur, ut unius cujusque Seſſiones,
„ & *prædiales Nobiles*, ejusdem Comitatus pariter in
„ aliorum medium ad manus Dicatorum noſtrorum,
„ juxta connumerationem per eos fiendam, *ſubſidium*
„ *ipſum exſolvere debeant*, quod ut facere teneantur,
„ eisdem præſentibus ſimili mandamus ſub edicto.
„ Nam alioquin committimus Fidelibus noſtris Comi-
„ ti, vel Vice Comiti, & præfatis Judlium veſtris,
„ & præſentibus firmiter mandamus, ut ipſi vos, &
„ quemlibet veſtrum, ac etiam præfatos unius ſeſſio-
„ nis, & prædiales Nobiles ad id faciendum per omnia
„ onera, & gravamina cogere & compellere debe-
„ ant, autoritate noſtra præſentibus eisdem in hac
„ parte attributa mediante, ſecus non facturi, præſen-
„ tibus perlectis exhibenti reſtitutis. Datum ſub an-
„ nulari ſecreto Sigillo noſtro, in Civitate noſtra
„ Schadwien. Feria ſecunda proxima poſt Feſtum Be-
„ atæ Mariæ Virginis de Nive, Anno Domini Mille-
„ ſimo Quadringenteſimo Octvageſimo Septimo.

(L.S.)

Anno 1489. Comitia non indicta ſolum, ſed etiam celebrata fuiſſe teſtantur gemina Veſtigia Diplomatica, quorum unum habetur in Archivo Civitatis Caſſovienſis C. N. 624. Mathiæ Regis mandatum pro neceſſitate inſtantis Diætæ fine componendæ cum Rom. Imp. pacis indictæ 1000. fl. auri ad Ærarium Regium enumerari præcipiens A. 1489. Aliud in Cimelio Székelyi-

ano

Digitized by Google

ano T. III. p. 167. ubi Stephanus de Rathka propter ſuos temerarios, & manifeſtos actus potentiarios, præprimis propter propria autoritate factam reoccupationem executi Molendini, ac quorumdam fundorum in Poſſ. Mera Comitatus Abaujvarienſis per Mathiam R. ac totum Regnum in facto potentiæ, & ſententia capitali, amiſſioneque cunctorum Jurium ſuorum poſſeſſionariorum, rerumque, & Bonorum quorumlibet in duabus Judici, in tertia partibus Actoris manibus dandis A. D. 1489. convincitur.

SUB WLADISLAO II. REGE.

Anno 1490. celebratorum electoralium, ac deinde Inauguralium Comitiorum multa eſt apud Hiſtoricos domeſticos, vicinosque memoria, nec pauca ſuperſunt actorum monumenta, inter quæ illud omnino illuſtriſſimum eſt Inſtrumentum, quo continetur Statuum, & Ordinum Regni Conventio, cum Joanne Corvino Duce Mathiæ Regis Filio, qua ille prætenſioni ad Coronam Hungariæ jure ſanguinis Regii, ampla in manibus potentia ſuffulto, formatæ cedit, ut quiscunque oportunior videretur, liberis votis in Regem eligi poſſit, Status e contra ampliſſimas eidem ditiones, jura, & titulos concedunt, idque neo eligendum Regem in ipſo limine adeundi Imperii confirmaturum eſſe ſpondent, prout & factum eſt per Wladislaum II. Regem eodem ipſo loco, & die, quo conditiones ſuſcepti Re-

gimi-

giminis Hungarici ſolenniter acceptavit, & ſubſcripſit. Inſtrumentum hoc ignotum hactenus Philip. Ern. Spieſs in Operis Diplomatici, quod Archiwiſche Nebenarbeiten inſcripſit, continuatione ſub Titulo: Aufklärungen in der Geſichte, und Diplomatik Byruthi 1791. in 4 edita Append. N. VII. pag. 275. primus vulgavit.

Litteræ Wladislai Hungariæ Regis, quibus concluſum Statuum Regni, Procerumque de futura ſuſtentatione Joannis Corvini Filii Mathiæ Regis defuncti Budæ in Octava SS. Corporis Chriſti factam ratificat, & confirmat d. d. in Caſtris prope Villam Farkashyda, Sabbatho proximo ante Feſtum S. Petri ad Vincula. (31. Julii) Anno 1490.

„ Nos Wladislaus Dei gratia Hungarie, Bohe-
„ mie, Dalmacie, Croatie &c. Rex, ac Marchio Mo-
„ ravie &c. Recognoſcimus, & tenore preſentium no-
„ tum facimus univerſis. Quod fideles noſtri Reve-
„ rendi in Chriſto patres Domini Johannes Waradien-
„ ſis, Thomas Jaurienſis, Johannes Chanadienſis, &
„ Stephanus Sirmienſis Eccleſiarum Epiſcopi, nec non
„ magnifici Comes Stephanus de Báthor Judex curie
„ noſtre regie, & Wayvoda Tranſylvanus, Stephanus
„ de Zapolia Comes perpetuus terre Scepuſienſis &c.
„ Sigismundus Comes de Bozyn, & de Sancto Geor-
„ gio, Petrus Gereb de Wyngarth, Ladislaus de Roz-
„ gon, Bartholomeus Dragfy de Belthewk, & Wil-
„ helmus Pankerher de Zalonok ſuorum, ceterorum-
„ que Dominorum Prelatorum, & Baronum, ac Pro-
„ cerum, univerſorumque Incolarum prefati Regni Hun-
„ garie nominibus, & in perſonis nobis in Caſtris
„ exercitus noſtri penes villam Farkashyda conſtitutis
„ noſtrum venientes in conſpectum, inter alia,

„ que

„ que ad Electionem in Regem Hungarie de nobis, „ & perſonam noſtram factam, libertatemque ipſorum, „ ac totius Regni ipſius Hungarie pertinebant, decla- „ raverunt, qualem diſpoſitionem, & concordiam cum „ illuſtriſſimo Johanne Corvino duce Oppavie, & „ Lypthovie &c. nato Sereniſſimi condam Domini Ma- „ thiæ Regis Hungarie, & Bohemie &c. predeceſſoris „ noſtri felicis recordationis poſt ejusdem Domini Re- „ gis obitum, & ante noſtram in ipſorum Regem „ Electionem feciſſent, qualem etiam ſtatum eidem „ Domino Duci ordinaſſent, ſuper qua quidem diſpo- „ ſitione, concordia, & ordinatione Litteras etiam „ eorum, ceterorumque nonnullorum Dominorum Pre- „ latorum, & Baronum cum pendentibus Sigillis ipſo- „ rum nobis exhibuerunt, & præſentaverunt, ſuppli- „ cantes reverenter, ac devote, ut ejusmodi ipſorum „ diſpoſitionem, concordiam, & ordinationem acce- „ ptare, & admittere, atque Litteras ipſas deſuper con- „ fectas, & eidem domino duci datas, & conceſſas „ approbare, ratificare, & roborare dignaremur, qua- „ rum quidem Litterarum ſimul etiam diſpoſitionis, & „ concordiæ tenor ſequitur, & eſt talis:

„ Nos Hippolitus Eſtenſis Electus, & confirmatus „ Eccleſiæ Strigonienſis, Vrbanus Agrienſis, Johannes „ Waradienſis, Thomas Jaurienſis, Johannes Weſpri- „ mienſis, Nicolaus Wacienſis, Johannes Chanadien- „ ſis, Stephanus Sirmienſis Eccleſiarum Epiſcopi, Co- „ mes Stephanus de Báthor Wayvoda Tranſylvanus, „ ac Judex Curie regie, Stephanus de Zapolia Comes „ perpetuus terre Scepuſienſis, ac ſupremus Capita- „ neus Ducatus Auſtriæ, Sigismundus, & Petrus Co- „ mites de Bozyn, & de Sancto Georgio, Paulus de „ Kynis Comes Themeſienſis, Petrus Gereb de Wyn- „ garth, Nicolaus Bánfy de Alsólyndwa, Ladislaus „ Orſzág de Gwth, Ladislaus de Rozgon, Ladislaus „ de Loſſontz, Bartholomæus Dragfy de Belthewk, „ Ladislaus Morotz de Megyesallya, Wilhelmus Pankir-

„ cher

„ cher de Zalonok, Johannes Bánfy de Lewa, Johan-
„ nes de Peren, Blaſius Magyar, Deſew Bánfy de
„ Loſſontz, Paulus, Albertus, & Ludovicus de Pakos,
„ Nicolaus, & Johannes Pethewfy de Gerſe, Benedictus
„ de Chaak, Petrus Dotzy, Nicolaus Zoomy de Al-
„ bes, ceterique Prælati, & Barones, ac primores Regni
„ Hungariæ ipſum totum Regnum repræſentantes fate-
„ mur, & notum facimus, quibus expedit univerſis.
„ Quod cum in præſentiarum per obitum, & acer-
„ biſſimum caſum olim Sereniſſimi Principis, & Do-
„ mini, Domini Mathie Hungarie, & Bohemie Regis,
„ ac Auſtrie Ducis &c. Domini noſtri gratioſisſimi fe-
„ licis recordationis Domino, & Principe nos orbatos
„ atque Regnum hoc potentiſſimis undique hoſtibus
„ ſeptum eſſe, ac nobis, & univerſo Regno graviſſi-
„ mum periculum imminere animadvertiſſemus, & in-
„ ſuper, niſi cum illuſtriſſimo Domino Johanne Cor-
„ vino Duce Oppavie, & Lypthovie &c. prefati con-
„ dam Domini noſtri Regis filio ocius, & ſucceſſive
„ in locum, & ſolium paternum concordaremus, bel-
„ lum etiam inteſtinum, quod ſemper pernicioſiſſimum
„ fuit habitum, jam non paratum ſolum, ſed inchoa-
„ tum etiam conſpexiſſemus, in tanta noſtra, & Regni
„ noſtri turbatione, & calamitate rebus noſtris, &
„ ipſius Regni proſpicere, atque ignem hunc inteſti-
„ num, antequam longius ſerperet, ſopire, & exſtin-
„ guere, ac tanto malo occurrere volentes, cum eo-
„ dem Domino Duce ad diſpoſitionem pacis, & tra-
„ ctatus devenimus, quibus pluribus, & notabilibus
„ habitis poſtremo, ut non dubitamus, bono aſſiſtente
„ ſpiritu quosdam Articulos, & media pacis, ac con-
„ cordie concluſimus, ſperantes, & indubie tenentes,
„ quod ſi primum, & mature bellum hoc intrinſecum
„ ſupprimeremus, longe facilius tandem forenſium
„ hoſtium impetus propulſare poſſemus, Quorum qui-
„ dem Articulorum primus ſequitur, & eſt talis: In-
„ primis concluſum eſt, quod ſi in præſenti Conven-
„ tione

„ tione generali Regnicolarum, que pro novi Regis, „ & Principis electione inſtituta eſt, contingeret. „ Quod præfatus Illuſtriſſimus Dominus Johannes Dux „ ſive ex divina voluntate, a cujus providentia Re- „ gum, & Principum electio dependet, & per quem „ illi regnant, & dominant, ſive ex humano conſi- „ lio in Regem Hungariæ non eligeretur, nichilomi- „ nus ne Regii nominis honore, & titulo careat, in „ Regem Bozne eligatur, & quamprimum alius qui- „ cunque in Regem Hungariæ eligetur, & pronuncia- „ bitur, ſtatim, & in continenti, atque in eodem loco „ etiam idem Dominus Dux in Regem Bozne eligi, „ nominari, & pronunciari, atque poſt illius futuri „ Regis coronationem tertio, aut quarto die immedia- „ te ſequente infallibiter & ipſe honorifice, ac ſolen- „ niter per eundem futurum Regem, ut moris eſt, „ coronari debeat. Item concluſum eſt, quod ob „ merita, & beneficia prefati condam Domini noſtri „ Regis, & Genitoris dicti Domini Ducis, & ut nos „ gratie, & benevolentie Suæ Majeſtatis memores, at- „ que grati eſſe videamur, ultra præfatum Regnum „ Boznæ etiam Ducatus Regni Sclavoniæ cum ſolitis „ tamen tantummodo, & juſtis proventibus puta Mar- „ durinalibus vulgariter appellatis, & item cum Tri- „ ceſimis in Zagrabia, ac ceteris omnibus locis filia- „ libus, & precipue in Chaakthornya, & Mwrazom- „ bath, & alias ubique locorum ad eandem pertinen- „ tibus tam intra, quam extra Sclavoniam exiſtentibus „ exigi ſolitis vita ſibi comite deputetur, & conceda- „ tur, hac tamen lege, quod triceſimam, & non vi- „ geſimam, & illam quoque triceſimam juſte, & non „ ſuperflue exigi faciat, quodque ad illius exactionem „ bonos, & probos homines deputare, & ſemper te- „ nere, & inſuper libertates Regnicolarum ſuper non „ ſolutione triceſimarum, & aliarum exactionum ſi- „ gnanter vero horum, qui etiam hactenus non ſolve- „ runt, inviolabiliter obſervare debeat, & teneatur.

„ Preterea etiam Banatus Regnorum Dalmacie, & „ Croatie cum omnibus ſolitis, juſtisque proventibus, „ & jurisdictionibus ſimiliter vita comite eidem detur, „ & concedatur, *Ita* videlicet, *quod Ducatum prædi-* „ *ctum*, & *ipſum etiam Regnum Sclavoniæ* infra vitam „ jure perpetuo *tanquam dominus hereditarius*, *Ba-* „ *natum* vero præfatorum Regnorum *Dalmatiæ*, & „ *Croatie* ſimiliter infra vitam, id tamen *tanquam* „ Banus & *officialis pro officiolatu teneat*, & poſſi- „ deat, in eisdem autem Regnis juxta conſvetudinem „ hactenus obſervatam, & libertates eorundem octavas „ celebrare, juraque reddere, & judicia facere, omni- „ busque ſolitis, & conſvetis jurisdictionibus uti, frui, „ & gaudere poſſit, & valeat, *hoc tamen adjecto*, „ *quod Regi* futuro, Succeſſoribusque ſuis, & Regno „ *ſit ſemper ſubditus*, & *Fidelis*, fidelitatemque ſer- „ vare, & juſſis eorum parere, ac eis ſervire ſemper „ debeat, & quod a Regno, & Sacra Corona num- „ quam deficiat, neque aliquo pacto ſe abſtrahat, ce- „ terum quia ad conſervationem Caſtri Jayza, aliorum- „ que Caſtrorum in Bozna, & Croacia exiſtentium „ expenſas non mediocres facere debebit, eamobrem „ concluſum eſt, quod futurus Rex Hungarie, ejusque „ Succeſſores eidem Domino Duci ſingulis annis duo- „ decim millia aureos, & decem Tumenos ſalium „ partim in Zolnok, partim vero in Zegedino dari „ facere debeat, & teneatur. Item: quod Dominus „ Dux ſe Regem Bozne, & *Ducem Sclavonie* Oppa- „ vie, & Lypthovie, nec non *Banum Regnorum* „ *Dalmatie*, & *Croatie ſcribat*, & ſimiliter futurus „ Rex, Prelatique, & Barones ſcribere, & intitulare „ debeant, Item: quod Bona, & Poſſeſſiones ſive per „ mortem, & defectum ſeminis, ſive alia quacunque juſta, „ legitimaque, & rationabili ex cauſa in illo Regno „ Sclavonie exiſtentia, & ad Coronam Regni Hunga- „ rie devolvenda usque ad quinquaginta Jobbagyio-

„ nes,

„ nes, & infra ſe extendencia liberam donandi habeat
„ facultatem. Cujus quidem Litteras donacionales fu-
„ turus Rex, & eciam ſui Succeſſores ratas habere,
„ & juxta conſvetudinem confirmare teneatur, hoc
„ tamen per expreſſum declarato, quod ſi bona aliqua
„ ultra quinquaginta colonos ſe extendencia ad Coro-
„ nam fuerint devoluta, non ſit ei licitum, quinqua-
„ ginta ex eis excipere, & donare, ſed horum dona-
„ cio totaliter Regi Hungarie pro tempore exiſtenti
„ reſervata intelligatur. Item quod in Regnis prefa-
„ tis idem Dominus Dux Vice-Banos, & ceteros Offi-
„ ciales pro ſuo arbitratu diſponendi, & preficiendi
„ liberam habeat facultatem, tales tamen diſponere,
„ & preficere debeat, qui Regna ipſa, & eorum In-
„ colas in ſuis antiquis Libertatibus, & Legibus, ap-
„ probatisque conſvetudinibus inconcuſſe conſervent,
„ quique Caſtra illa ne periclitarentur, & in manus
„ deveniant hoſtiles, bene, & provide cuſtodiant. Item
„ quod appellationibus, ſi quas forte cauſantes in cau-
„ ſis coram ipſo Domino Duce, vel Officialibus ſuis
„ vertendas ad Regem pro tempore conſtitutum, vel
„ ejus Curiam facerent, idem Dominus Dux, & ſui
„ Officiales ſemper deferre, & tandem deciſioni Suæ
„ Majeſtatis, aut Judicio Curiæ ſuæ parere, atque il-
„ las juxta conſvetudinem executioni demandari facere
„ debeat. Item concluſum eſt, quod Caſtrum Frak-
„ no, & item Civitatem Kismarthon, cum Caſtro in
„ Comitatu Sopronienſi exiſtentia ſimul cum pertinen-
„ tiis, quæ ad ipſum Dominum Ducem ex donatione
„ prefati condam Domini noſtri Regis ſpectant, que-
„ que Sereniſſima Domina Beatrix Regina Hungarie
„ Domina noſtra gratioſiſſima, & nos diebus his ſu-
„ perioribus neceſſitate cogente Spectabili, & Magni-
„ fico Domino Stephano de Zapolya, Comiti Scepu-
„ ſienſi, ac Supremo Capitaneo Ducatus Auſtriæ pro
„ decem, & ſeptem millibus aureis inſcripſimus, in
„ prima Dieta generali, quam poſt coronationem fu-

„ turi Regis celebraturi ſumus, juxta noſtram promiſ-
„ ſionem eidem Domino Duci Vienne ſuperinde factam
„ cum eodem Domino, & futuro Rege noſtro redimi,
„ & ipſo Domino Duci reddi faciamus, quod nos
„ facturos promittimus. Item de Caſtro Medwe, nec
„ non caſtellis Lwkawetz, & Rokonok cum Oppidis,
„ pertinenciisque eorundem in prefato Regno Sclavo-
„ nie, & apud manus ejusdem Domini Ducis exiſten-
„ tibus concluſum eſt, quod licet illa Magnificus Jo-
„ hannes Thwz de Lak, ejusdemque filii ſua eſſe, &
„ ad ſe pertinere aſſerunt, nichilominus tamen apud
„ manus ipſius Domini Ducis remaneant, & ipſe Do-
„ minus Johannes Thwz, ejusque filii juxta Regni con-
„ ſvetudinem eundem Dominum Ducem requirat. Te-
„ neatur tamen idem Dominus Dux, ſi forte per eun-
„ dem Dominum Johannem Thwz, aut ejusdem He-
„ redes, vel alios quoscunque racione previa in Cu-
„ riam traheretur, Juri ſtare, & ſi convinceretur,
„ absque omni prorſus renitentia, & difficultate red-
„ dere, & remittere. Si vero non convinceretur, in
„ perpetuum tam ipſe, quam Heredes ſui libere tene-
„ ant, & poſſideant. Item concluſum eſt, quod Co-
„ mitatus Zagorie, ſimul cum Caſtris, & Caſtellis Kra-
„ pyna, Warasd, Werbowez, Throkenſtein, Wynnyza,
„ Greben, Logor, Ozthertz, & Bela vocatis, ac Civi-
„ tatibus, & Oppidis, nec non Villis, & aliis univer-
„ ſis pertinentiis eorundem, que alias Georgii, &
„ Vilhelmi Comitum ejusdem Zagorie fuerunt, & que
„ per notam infidelitatis eorundem ad Sacram Coro-
„ nam devoluta extiterunt, queque in preſentiarum
„ apud manus ejusdem Domini Ducis ſimiliter ex do-
„ nacione, & diſpoſicione prefati condam Domini
„ noſtri Regis habentur, eidem Domino Duci, ſuisque
„ Heredibus perpetuo remaneant. Item ſimiliter eciam
„ Civitas Kewzeg cum Caſtro, & pertinenciis univer-
„ ſis, quam annis his proximis prefatus condam Do-
„ minus noſter Rex a manibus Sereniſſimi Domini

„ Fri-

Digitized by Google

„ Friderici Romanorum Imperatoris capitalis, & diffi-
„ dati hoſtis ſui, & hujus totius Regni maxima vi,
„ maximis laboribus, & expenſis expugnavit, & ipſi
„ Domino Duci donavit, eidem, ſuisque Heredibus
„ remaneat. Ceterum de Caſtris Gywla, Maroth,
„ Ghewrewgh, Soklos, Salmar, Baymocz, Lykawa,
„ Arwa, Sclabynia, Zthrobko, Sáros, & Chew, ac
„ Caſtellis Laak, & Gara cum Oppido, & pertinen-
„ ciis, nec non Oppidis Donathornia, Futhag, De-
„ breczen, Thwr, Warſan, & Halas, ac Villis Sam-
„ bok, Thewk, & Perbar, ſimiliter eciam de Civita-
„ te, & Caſtro *Segnienſi*, Zthenychnyak, Lypowcz,
„ Woyewodyna, & Repacz vocatis, ceterisque Caſtris,
„ Civitatibus, & Oppidis *in Croacia exiſtentibus*,
„ puta Nowe, Ztharygrad, Baag, Othozeek, Otho-
„ ſecz, Prozor, Obrowacz, Klythowacz, Pochytel,
„ Wech, Krwpa, Japra, & Caſtello Obrowatzky ap-
„ pellatis concluſum, & ordinatum eſt, quod prefato
„ Domino Duci, & ſuis Heredibus in perpetuum,
„ Caſtra vero Brynya, & Belay cum Oppidis, & uni-
„ verſis pertinentiis ſuis infra vitam tantummodo re-
„ maneant. Item quod Caſtrum Hwnyad in partibus
„ Transylvanis habitum, quod alioquin Jure heredita-
„ rio ad ipſum Dominum Ducem condescendit, & ſi-
„ militer etiam fodina ſeu Montana in Nowozolio,
„ quam hactenus idem Dominus Dux tenuit, & tenet
„ vel impreſenciarum, ſimul cum univerſis per-
„ tinenciis, & Juribus ſuis eidem Jure perpetuo re-
„ maneat. Item concluſum eſt, quod Caſtra Athyna,
„ Wywar, Nekche, & Feyerkew, nec non diſtrictus
„ Thethewsyna, ſi & in quantum ad Coronam Regni
„ Hungariæ, & collationem Regiam rite, & legitime,
„ ac juſte poſt mortem modernorum Poſſeſſorum de-
„ volverentur, in prefatum Dominum Ducem devolvan-
„ tur, & eo facto per Regem pro tempore conſtitutum
„ ſibi conferantur. Preterea concluſum eſt, quod Ca-
„ ſtra Poſonienſe, & Komáron cum honore Comita-

„ tus, nec non Thatha ſimul cum cunctis eorundem „ pertinentiis, juribus, & utilitatibus quibuslibet apud „ manus ejusdem Domini Ducis pro quadraginta mil- „ libus aureis Hungaricalibus titulo pignoris rema- „ neant, inſcriptaque, & obligata, atque impignorata „ vigore præſentis diſpoſitionis, & Articulorum ſint, „ & habeantur, ita videlicet, quod illa futuro Regi, „ vel ejus Succeſſoribus non aliter remittere teneatur, „ niſi eidem, aut ſuis Heredibus de prefata ſumma „ ſatisfactum fuerit cum effectu. Concluſum etiam eſt, „ quod in Auſtria Oppida ſubſcripta videlicet Reez, „ & Kyrislag cum Caſtris, & pertinenciis, preterea „ Caſtrum Wolkordorff ſimiliter cum pertinenciis, „ item in Moravia Civitas Broda Hungaricalis vocata „ ſimul cum Caſtro, & pertinenciis, in Sclavonia „ vero Caſtrum Kemlek majus appellatum, ſimiliter „ cum pertinenciis eidem Domino Duci, ſuisque Hære- „ dibus perpetuo remaneant. Præterea concluſum eſt, „ quod Civitates Bryſecz, & Kozthanycza cum Ca- „ ſtris in Carniolia exiſtentibus interea, donec prefa- „ tus Dominus Dux gentibus ſuis, quas in illo Regno „ habet, & quibus Civitates illas obligaſſe, & in- „ ſcripſiſſe pro eorum ſtipendio aſſerit, ſatisfacere „ poterit, apud manus ſuas remaneant. Item conclu- „ ſum eſt, quod ſi temporum proceſſu prefatum Il- „ luſtriſſimum Dominum Ducem, aut ejusdem Here- „ des occaſione pretactorum Caſtrorum, Caſtellorum, „ Civitatum, Oppidorum vel Villarum, aut pertinen- „ ciarum eorundem per quoscunque in cauſam attrahi, „ & illa, vel eorum aliquod per proceſſum Juridicum „ amittere contingeret; teneatur Rex pro tempore „ conſtitutus aut recompenſam facere, & loco illo- „ rum, vel illius alia ſibi bona fructuoſitate, & utili- „ tate equivalentia in eodem Regno, ubi idem Do- „ minus Dux ejusmodi jacturam pateretur, dare, vel „ partem adverſam qualitercunque, & quibuscunque „ modis poterit, contentam reddere, atque eundem

„ Do-

„ Dominum Ducem, vel ſuos Heredes ab ejusmodi „ impetitione, & jactura liberare, preſervare, & de- „ fendere, ad quod ipſum Regem futurum, Succeſſo- „ resque ſuos vigore præſentis diſpoſitionis obligamus, „ & obligatos eſſe decernimus. Ulterius eſt conclu- „ ſum, quod prefatus Illuſtriſſimus Dominus Dux par- „ tim in aliqualem recompenſam premiſſorum, partim „ vero intuitu, & contemplatione Regni hujus, pre- „ ſertim vero ad declarandum, & oſtendendum ſuam „ erga nos benevolentiam, & favorem, Caſtra, & Ci- „ vitates Pethowiam, Rakospurgam, Novam Civita- „ tem, aliaque univerſa Caſtra, Civitates, Oppida, „ Fortalicia, & loca tam munita, quam non munita, „ tam in Auſtria, quam in Stiria, Carinthia, & Car- „ niolia erga manus ſuas, & ſub poteſtate, ac im- „ perio ſuo habita, & exiſtentia, ſimiliter etiam uni- „ verſos Ducatus, omniaque Caſtra, & Civitates, Op- „ pida, & loca tam munita in utraque Sileſia, & „ Luſacia erga manus ſuas, & ſub ejus poteſtate exi- „ ſtentia, & ſive emtionis, ſive alio quocunque Jure, „ vel titulo ad eum ſpectantia, demto tantummodo „ Ducatu Oppavie, qui vigore præſentis Articuli „ ſibi, & Heredibus perpetuo remanere debet, Regno „ Hungarie, & Corone ſue, conſequenterque futuris „ Regibus ſimul cum cunctis eorundem Vaſallis perti- „ nentiis, & utilitatibus remittere debeat, manusque „ ſuas, & ſuorum hominum de illis omnino excipiat, „ atque Caſtra, & Civitates hujusmodi Ingeniis, & „ aliis inſtrumentis, & attinentiis in eorundem reſigna- „ tione ſpoliari non permittat. Item concluſum eſt, „ quod ſi continget alium, quam ipſum dominum Du- „ cem in Regem Hungarie eligi, & nominari, inte- „ rim Domini Prelati, & Barones, ceterique Regnico- „ læ illum intra metas, & limites Regni non intro- „ ducant, neque intromittant, niſi prius præſentes Ar- „ ticulos ſub illo, quo nunc utitur, Sigillo ratifi- „ cabit, & omnia in eisdem contenta obſervare, ac

„ tandem tempore coronationis ſub alio Sigillo, quo „ tunc tanquam Rex Hungarie uti incipiet, confir- „ mare ſtricta fide promittet, Domini etiam Prelati, „ & Barones tunc cum Majeſtate illa conſtituendi, ſi „ neceſſarium fore videbitur, Sigilla ipſorum ad hu- „ jusmodi Litteras confirmatoriales apponere, & pre- „ fatos Articulos ratificare debeant. Item concluſum „ eſt, quod, ſi prefatus Dominus Dux prolem non „ ſuſciperet, ſed absque Herede decederet, univerſa „ prefata Caſtra, & Civitates, que apud manus ſuas „ modo præmiſſo remanebunt, ad Coronam Regni „ Hungarie devolvantur, de his tamen Bonis, que ſi- „ bi per condam Dominum noſtrum Regem donata nata „ ſunt, liberam diſponendi, & ſuis familiaribus do- „ nandi habeat facultatem. Ceterum concluſum eſt, „ & definitum, quod Domini Prelati, & Barones ce- „ terique Regnicole ſe exnunc obligent, prout vi- „ gore preſentis Articuli ſtrictiſſime obligant, quod „ a futuro Rege familiaribus prefati Domini Ducis, „ & ad eundem Dominum Ducem qualitercunque per- „ tinentibus cum omnibus eorundem adherentibus de, „ & ſuper omnibus injuriis, damnis, & nocumentis, „ ac actibus potentiariis qualitercunque, & contra „ quascunque perſonas ſive ex commiſſione condam „ Domini noſtri Regis, ſive ipſius Domini Ducis, aut „ quacunque alia cauſa, & ratione hactenus commiſ- „ ſis, & patratis Litteras expeditorias, & quittancio- „ nales procurabunt, & quantum eſt in eis, & in po- „ teſtate, ac auctoritate eorundem, exnunc vigore „ præſentis Articuli ipſos, & quemlibet ipſorum ſuper „ univerſis premiſſis actibus quittos, & expeditos de- „ clarant, & committunt, ac eos, & eorum quemli- „ bet in ipſorum, & futuri Regis protectionem ſuſci- „ piunt, & contra quoslibet racione premiſſorum eos „ turbare, & impedire volentes, tueri, & defendere „ promittunt. Item concluſum eſt, quod Illuſtriſſimus „ Dominus Dux privilegia, & inſcriptiones Regni, &

„ Regni-

„ Regnicolarum in domibus Thavernicalibus repoſitas
„ non impediat, nec extrahat, neque impediri, aut
„ diſſipari paciatur, & ſalva in eisdem domibus re-
„ linquat, & relinqui faciat, ſimiliter etiam Bibliothe-
„ cam pro Regni decore extructam libris exhauriri
„ non paciatur, ſed univerſos libros ibidem relinqui
„ faciat, liceat tamen eidem cum conſilio, & revi-
„ ſione Prelatorum, & Baronum aliquos pro ſuo uſu
„ de illis recipere, & de Bibliotheca extrahere. Poſtre-
„ mo concluſum eſt, quod quam primum preſentes
„ Litteras noſtras obligatoriales Nos prefati Prelati,
„ & Barones, ceterique Regnicole ipſi Domino Duci
„ aſſignabimus, e veſtigio etiam ipſe Coronam Regni
„ Hungarie, quam ſub poteſtate ſua habet, nobis red-
„ dere, & ad manus noſtras aſſignare debeat, & te-
„ neatur, Caſtra tamen Budenſe, Wyſſegradienſe, &
„ Nandoralbenſe, cum cunctis aliis Caſtris, Civitati-
„ bus, nec non Oppidis, & Villis Regalibus ad Co-
„ ronam pertinentibus, ſi nullo modo reddere vellet,
„ uſque ad adventum futuri Regis in hoc Regnum
„ apud manus ſuas tenere poſſit, quam primum autem
„ adveniet, nobiscum una illa omnia eidem
„ futuro Regi offerre, & aſſignare debeat, & tenea-
„ tur. Quæ omnia data fide, & ſtipulata manu face-
„ re, & cum effectu adimplere promiſit. Quos qui-
„ dem Articulos nos prefati Prelati, & Barones, ac
„ univerſi Regnicole promittimus fide noſtra Chriſtia-
„ na mediante, ac ſub honore, & humanitate noſtris
„ prefato Illuſtriſſimo Domino Johanni Duci, ſuisque
„ familiaribus, ac ad ipſum pertinentibus in omnibus
„ clauſulis, & punctis fideliter, & inconcuſſe obſer-
„ vare, & eisdem ſatisfacere ſine omni dolo, & frau-
„ de harum noſtrarum, quibus Sigilla noſtra ſunt ap-
„ penſa vigore, & teſtimonio Litterarum mediante.
„ Datum in prefata Congregatione noſtra generali Bu-
„ denſi in Octava Sacratiſſimi Corporis Chriſti Anno
„ Domini Milleſimo Quadringenteſimo Nonageſimo.

„ Nos

Digitized by Google

„ Nos itaque Wladislaus Rex prefatus conſiderantes, & animadvertentes prefatam diſpoſitionem, concordiam, & ordinationem non tantum nobis, verum etiam univerſo Regno Hungarie plurimum conducere, eandem igitur ſimul etiam Litteras ſuperinde confectas, prӕterea univerſos Articulos, Capitula, clauſulas, & puncta in eisdem contenta laudavimus, approbavimus, & ratificavimus, laudamusque, approbamus, ratificamus, & roboramus, promittimusque in verbo noſtro Regio, ac fide noſtra Chriſtiana mediante prӕmiſſa omnia juxta diſpoſitionem, ordinationem, & promiſſionem prefatorum Dominorum Prelatorum, & Baronum annotato Domino Duci, ſuisque familiaribus, & aliis omnibus ſibi qualitercunque adherentibus tam ſcilicet majoribus, quam minoribus inviolabiliter, & inconcuſſe obſervare, & tam cum Reginali Majeſtate, quam aliis omnibus ſubditis noſtris, & ad nos qualitercunque pertinentibus facere obſervari harum noſtrarum vigore, & teſtimonio Litterarum mediante, quas tempore felicis coronationis noſtre ſub novo Sigillo noſtro, quo ut Rex Hungarie uti incipiemus, ſimiliter juxta diſpoſitionem prefatorum Dominorum Prelatorum, & Baronum confirmare ſub premiſſa fide pollicemur. Datum in Caſtris exercitus noſtri prope Villam Farkashyda Sabbato proximo ante Feſtum Sancti Petri ad vincula, Anno Domini Milleſimo Quadringenteſimo Nonageſimo, Regnorum noſtrorum Hungarie Anno primo, Bohemie vero Decimo Nono.

In his iisdem electoralibus Comitiis Wladislai II. A. 1490. Proceres Regni inter alia etiam conventionem inter Osvaldum Epiſcopum Zagrabienſem, ac Status Regni Sclavoniӕ, & Comitatus Criſienſem, ac Zagrabienſem ratione Decimarum initam Inſtrumento publico ſtabiliverunt, quod Kerchelich in H. E. Zagrab. P. I. Cap. X. p. 194. edidit, & Katona Hiſt.

Crit.

Digitized by Google

Crit. T. XVII p. 20. inſeruit. Profero ex eo initium tum quod in Comitiis editum ſit, tum quod præcipuorum, qui Comitiis intererant, & in Inſtrumento paulo ante prolato majori ex parte commemorantur, Procerum nomina referat.

„ Hyppolytus Eſtenſis Electus, & confirmatus Stri-
„ gonienſis, Petrus Colocenſis Archiepiſcopus,
„ Urbanus Agrienſis, Ladislaus Gereb Albenſis,
„ Tranſilvan Sigismundus Quinqueeccleſienſis,
„ Thomas Jaurienſis, Joannes Veſprimienſis, Joan-
„ nes Chanadienſis, Nicolaus Vacienſis, Fr.
„ Georgius Nitrienſis, Stephanus electus, & con-
„ firmatus Sirmienſis, Lucas electus Boznenſis
„ Eccleſiarum Epiſcopi, item Comes Stephanus
„ Bathor Waywoda Tranſylvanus, & Judex Cu-
„ riæ Regiæ; Sigismundus, & Petrus Comites
„ de Bozyn, & de S. Georgio, Paulus de Kynis
„ Comes Themeſienſis, Petrus Gereb de Wyn-
„ garth, Ladislaus Orzágh de Guth, Andreas
„ de Báthor, Ladislaus de Rozgon, Nicolaus Bán-
„ ffy de Alsólyndva, Ladislaus Loſſoncz, Bartho-
„ lomeus Draghffy de Belthewk, Ladislaus, &
„ Stephanus Morocz de Meggyesalya, Joannes
„ Bánffy de Lyndwa, Benedictus de Chaak, Wil-
„ helmus Pankyrcher de Zalonok, Deſeu Bánffy
„ de Loſſoncz, Nicolaus, & Joannes Pethewffy
„ de Gerſe, ac Nicolaus Zolomy de Albees. Me-
„ moriæ commendamus per præſentes, quod no-
„ bis una cum Regni Nobilibus Feria III. proxi-
„ ma ante Feſtum SS. Corporis Chriſti pro ele-
„ ctione futuri novi Regis in Civitate Peſtienſi,
„ aliasque in loco ad id apto, & conſveto, in
„ noſtra, & totius Regni Congregatione generali
„ conſtitutis, & exiſtentibus. Reverendus D.
„ Osvaldus Epiſcopus Eccleſiæ Zagrabien. ſua, &
„ & Eccleſiæ ſuæ antedictæ ab una, nec non
„ Egregii, ac Nobiles Ladislaus de Gereben,
„ Re-

„ Regni Hung. V. Palatinus, Michael Comes de
„ Blaga, Paulus de Pakos, Georg. Thuróczy de
„ Ludbregh, Steph. Dersffy de Zerdahel, Petrus
„ Bocskay de Rozynya, Magiſter Petrus de
„ Gwdowcz Regni Sclavoniæ Vice Prothonotarius,
„ Bernardus Roffy, Nic. de Peker, & Grego-
„ rius de Zthwbitza in ipſorum, ac univerſorum
„ omnium Dominorum, Nobiliumque, & Inco-
„ larum Regni Sclavoniæ, Comitatuum Criſienſis,
„ & Zagrabienſis nominibus, & in perſonis no-
„ ſtram venientes, in præſentiam, allegarunt
„ eo modo &c. Datum die, & loco quibus ſupra
„ A. D. 1490.

Hoc Inſtrumentum Wladislaus tranſumſit, & confirmavit.

„ Datum Budæ in Feſto B. Michaelis Arhangeli A.
„ D. 1490. “

In Diplomate Aſſecuratorio, ſive conditionibus ſuſcepti Regiminis id peculiare eſt, quod illud non immediate ante coronationem, ſed ſtatim in ingreſſu Regni confirmaverit. Habetur ſub authentico in Archivo Regni.

Eodem Anno ab electoralibus diſtincta Comitia Inauguralia Albam Regalem ſerius convocarunt Prælati, & Barones Regni ſequentibus Litteris, quarum Rex in ſuis Regalibus Veſt. Comitior. pag. 412. meminit, quasve ex originali Archivi Civitatis Bartphenſis deſumſi, ſimiles autem iidem Prælati, & Barones miſerunt.

„ Prudentibus, & Circumſpectis Magiſtro Civium,
„ ac Judicibus, & Juratis ſenioribus, cæterisque
„ Saxonibus ſeptem, & duarum Sedium Saxoni-
„ calium, ac terræ Barcza amicis *ſuis* dilectis ---
„ Datum Budæ Feria IV. prox. poſt. Feſtum B.
„ Laurentii M. A. D. 1490. “

Ex

Digitized by Google

Ex Archivo Civitatis Cibinienſis in Tranſylvania N. 475. inter MSS. Cornideſiana mihi T. III. Bartphenſibus miſſæ Sigillis XIV. munitæ ſunt.

„ Prudentibus, ac Circumſpectis, Judici, & Juratis „ cæterisque Civibus Civitatis Bartphen. amicis „ nobis dilectis.

„ Prudentes, & Circumſpecti amici nobis dilecti. „ Non latet vos, quantos labores, & expenſas, „ quantas etiam difficultates poſt obitum Sereniſ„ ſimi quondam Domini Regis Mathiæ, & Do„ mini noſtri gratioſiſſimi felicis recordationis „ in electione novi Regis habuerimus, quantum „ etiam temporis in ipſa electione propter graves „ hinc inde difficultates effluxerit. Quæ omnia „ nos pro bono communi, proque neceſſitate Re„ gni, & futura quiete æquo animo toleravimus, „ poſtremo autem (ut non dubitamus) bono aſ„ ſiſtente ſpiritu, matura præhabita deliberatione „ Sereniſſimum Principem Dominum Ladislaum „ Sereniſſimi Domini Poloniæ Regis primogenitum, „ Regem pariter Bohemiæ de veſtra, cæterorum„ que omnium veſtrorum Regnicolarum unanimi „ voluntate, & deliberatione, in Dominum, & „ Regem noſtrum Hungariæ elegimus, & in Re„ gnum hoc ſolenniter introduximus, Caſtraque „ Budenſia, & Viſegrad. ad manus ſuas aſſigna„ vimus, decrevimusque communi conſenſu Ma„ jeſtatem ſuam in Feſto Exaltationis Sanctæ Cru„ cis proxime venturo in Alba Regali loco prin„ cipali ad id ab antiquo deputato cum ſacra „ Corona ejusdem Regni, quam cum maxima „ difficultate recuperavimus, rite, & ſolenniter „ coronandam; quare vos requirendos, & rogan„ dos duximus, requirimusque, & rogamus, qua„ tenus ad præfatam coronationem ad tempus „ præfixum aliquot notabiles de medio veſtri eli„ gere, & meliori quo fieri poterit, apparatu

„ pro

„ pro Regni hujus decore, & ipſius Domini no-
„ ſtri Regis honore, & ſplendore transmittere
„ velitis, nec aliud, in quantum eidem Sacræ
„ Coronæ, & præfato Domino noſtro Regi ſer-
„ vire, nobis vero complacere cupitis, ullomo-
„ do faciatis. Datum Budæ Feria Quinta ante
„ Feſtum Aſſumptionis Virginis glorioſæ Anno
„ Domini 1490.

(L. 14. S.)

„ Prælati, & Barones Regni Hungariæ Budæ penes
„ Regiam Majeſtatem conſtituti.

Non obſtante facta jam electione, & imminente coronatione Wladislai R. Joannes Albertus frater illius partes Regni ſuperiores bello vexabat, & principem earum urbem Caſſoviam obſidebat, ad quam Wladislaus miſſis Litteris excuſat ſemet, quod ei ab Joanne Alberto Duce obſeſſæ auxilio eſſe non poſſit, adfuturum tamen ſe ſpondet poſt coronationem abſolutam, & Oratorem a Sereniſſima Genitrice ſua reverſurum. Dat. Budæ Feria II. proxima ante Feſtum Exaltationis S. Crucis 1490. Habentur inter MSS. Steph. Kaprinay Serie ſub Lit. B. 4. T. XXVII. p. 153.

Sed Joannes Albertus Dux his non obſtantibus, ſcriptis iterum ad Bartphenſes Litteris deputatos ad ſe mitti jubet, habentur apud Car. Wagner Dipl. Sáros. p. 136. & Katona Hiſt. Crit. T. XVII. p. 95.

„ Johannes Albertus Dei gratia Regni Hungariæ Ele-
„ ctus &c. Prudentes, & Circumſpecti, nobis gra-
„ te dilecti, latius vobis conſtare credimus, quo-
„ modo jam ſæpius per Litteras, & nuncios
„ actum eſt inter nos, & vos de intelligenda ul-
„ tima veſtra voluntate in aſſiſtentiam vocationi
„ de nobis factæ, quam voluntatem veſtram hac-
„ tenus neſcivimus, qua de cauſa percipere non
„ potuimus, & ideo cum negotia noſtra non pa-
„ tiantur ulteriorem dilationem, comittimus vobis,

„ &

Digitized by Google

„ & ſerioſe mandamus, quatenus circa diem Sa-
„ bathi, quæ erit proxima poſt Nativitatis Vir-
„ ginis Glorioſæ proxime venturæ habeatur con-
„ ſilium intra vos, &deliberatio finalis, ita quod
„ illa die nuntii veſtri cum informatione ple-
„ naria, & mandato conſtituantur apud nos ad
„ faciendam finalem concluſionem. Quod ſi ad
„ prædictum terminum non miſeritis, non nobis,
„ ſed vobis imputabitis, quid quid exinde ſeque-
„ tur. Datum in campo ante poſſeſſionem Ze-
„ rentz Feria quinta proxima poſt D. Ægidii An-
„ no Domini 1490."

Indubie cum factioſis conſilia miſcere, novumque Conventum pro ſuis partibus cogere volebat.

Anno 1491. pro Feſto B. Georgii M. Peſtini in Campo Rákos celebratorum Comitiorum illuſtre Veſtigium continent Litteræ Wladislai Regis ad aliquot Comitatus, ut videtur, Partium Regni ſuperiorum expeditæ, quibus ſatis amare queritur, Ablegatos eorum non expectata legitima Comitiorum terminatione ſubito ſe ſe proripuiſſe, ac diſceſſiſſe, quos ab omni gentium ſine præſcitu ſuo levatione ſevere inhibet. Litteras has pluribus ex capitibus momentoſas prout ad Comitatum Sároſienſen expeditæ ſunt, vulgavit Car. Wagner in Dipl. Sároſien. & ex illo Katona Hiſt. Crit. Tom. XVII. pag. 284. quas & ipſe hic ſubjiciam, habeo tamen ex MSS. Kaprinai ſerie ſub Lit. B. 4. T. XI. p. 65. N. 62. qui deſumſit ex coævo apographo Civitatis Bartphenſis, aliud earum Exemplar, prout ad Comitatum Borſodienſem expeditæ erant, unde patet, quod & ipſe

ipſe Rex confitetur eas ad plures Comitatus dimiſſas fuiſſe, ſed licet tria earum Exemplaria nactus contulerim, obſervo tamen textum in omnibus luxatum, Wagnerianum autem cæteris præferendum eſſe, quod ſic habet:

„ Wladislaus Dei gratia Rex Hungariæ, & Bohe-
„ miæ &c. Egregii, & fideles nobis dilecti! Quanta &
„ quam neceſſaria negotia Regnum hoc, & commu-
„ nem ejus Regnicolarum utilitatem, quietem, & li-
„ bertatem concernentia in hac proxima Congregatio-
„ ne præterita Feſti Beati Georgii Martyris, expediri
„ debeant, nemini ex vobis exiſtimamus incognitum,
„ ad quam quidem Diætam cum vos cum cæteris fi-
„ delibus noſtris huc ad Peſth ad campum videlicet
„ Rákos, prout conſtitutum erat, conveniſſetis per
„ Nuncios veſtros in initio Diætæ ipſius, nobis ſigni-
„ ficaveratis, certos Articulos vos concipere, & confi-
„ cere velle, qui ad utilitatem publicam totius Regni
„ maxime ſpectarent, ſummeque eſſent neceſſarii, qui
„ quidem certi Articuli in decreto noviſſime edito po-
„ ſiti, de quibus videlicet hucusque non mediocris
„ aliquoties altercatio, & contentio habita eſt, de
„ eorumdem intellectu lucidius aperirent, ne quidquam
„ velletis attentare, aut concludere, niſi id prius a
„ Nobis, ac Dominis Prælatis, & Baronibus hujus Re-
„ gni fuerit ad plenum affirmatum, *quos quidem Ar-*
„ *ticulos* cum nobis quaſi circa finem ipſius Congre-
„ gationis obtuliſſetis, *ſupplicaſſetisque* nobis, *ut illos*
„ *cum ipſis Dominis una revidere, ac pro voluntate*
„ *noſtra*, & totius Regni decore, & commodo *in debi-*
„ *tam formam redigere dignaremur.* Nos prout ipſi
„ teſtes eſtis, ſine ulla cunctatione, & mora earum re-
„ rum curam habuimus, *atque in limitandis, & con-*
„ *certandis eisdem ipſis Articulis, prout melius, &*
„ *honeſtius* pro veſtra, & omnium Regnicolarum uti-

lita-

Digitized by Google

„ litate, & tranquillitate *viſum nobis fuit*, totum illud
„ tempus contrivimus. Verum dum ſic circa utilitatem
„ veſtram occuparemur, & in ipſis Articulis pro veſtro
„ omnium commodo comportandis eſſemus intenti,
„ ut illis ſic concluſis tandem etiam in medium veſtri
„ prodire, atque rurſum cum quibus Oratores noſtri
„ tam a Sereniſſimis Principibus Dominis Romano-
„ rum, & Poloniæ Regibus, quam etiam ab Im-
„ peratore Turcorum redierunt, vobis exponi, &
„ declarari facere poſſemus, ignoramus qua permoti
„ animi cogitatione, præter omnem expectationem no-
„ ſtram, & veſtram fidem juratam, præter etiam con-
„ ceptam de vobis ob tot oblationes veſtras opinio-
„ nem ſubito ſolvíſtis, & receſſiſtis, neque ad peti-
„ tiones, & requiſitiones noſtras paullisper, & tan-
„ tillum temporis expectare voluiſtis, ut ſaltem illi Ar-
„ ticuli finiri, & coram vobis produci potuiſſent;
„ quæ quidem ſubita profectio veſtra, etſi plane con-
„ fidimus eam non ex univerſali voluntate veſtra ſe-
„ cutam eſſe, tamen non poteſt nobis non eſſe mole-
„ ſtiſſima, præſertim cum nos nullam omnino occa-
„ ſionem eidem præſtiterimus, quin potius, ut ipſi
„ memores eſtis, vos omni gratia, & benevolentia
„ ab initio usque regiminis noſtri proſecuti ſumus,
„ nec priſtinas ſolum, & disjectas, atque imminutas
„ libertates veſtras reſtituimus, & roboravimus, verum
„ *plures inſuper alias addidimus*, & adjecimus, *quas*
„ *nec quisquam Regum Hungariæ unquam contulit*
„ *ante nos, neque deinceps vix ullus fortaſſis ad tan-*
„ *tum collaturus eſt; peperimus denique tantam vobis*
„ *pacem, & tranquillitatem, ut ſimilem vos habuiſſe*
„ *nemo ex vobis eſt, qui recordetur*, pro qua qui-
„ dem pace, & libertate veſtra ſicuti hactenus, neque
„ perſonæ, neque rebus noſtris, & nobis adhærenti-
„ bus pepercimus, ita etiam deinceps non parcemus,
„ expectaſſemus tum profecto a vobis aliam, quam
„ oſtendiſtis gratitudinem, ſperaſſemusque, vos pro

„ tanta noſtra in vos pietate, & clementia, ad requi-
„ ſitionem noſtram non modo per tantillum tempus
„ exſpectare, & ſic præter noſtram voluntatem, ac re-
„ bus infectis non diſcedere debuiſſe, verum volunta-
„ tem, & imperium noſtrum, prout ſæpe numero vos
„ facturos obtuliſtis, etiam ſanguinis veſtri effuſione
„ adimplere, prout adhuc vos id deinceps facturos
„ minime dubitamus, poſt veſtrum autem ab hinc
„ diſceſſum plura, quæ dignitati, & auctoritati noſtræ
„ Regiæ præjudicare merito cenſeri poſſunt, vos machi-
„ nari, & inter alia gentes illas veſtras, & aliorum
„ Comitatuum, quas pro Hungariæ Regni neceſſaria
„ defenſione diſpoſuiſtis, ſemper pro libito veſtro
„ etiam nobis irrequiſitis, contra quoſcunque Regni-
„ colas præſertim vero eos, qui in medio veſtri exer-
„ cituare nollent, & qui *regiſtro* ſeu Decretro nomi-
„ nati non ſunt, cujuſcunque conditionis forent, tam
„ Seculares, quam Spirituales levare, & ipſos, ipſo-
„ rumque bona deprædari, & deſtruere propoſuiſſe in-
„ telleximus, quæ res ſicuti eſt inhoneſta, & inde-
„ cens, contraque publicum decretum hujus Regni,
„ ita per nos nequaquam eſt toleranda: non enim
„ vos præterit, *nemini*, juxta formam Decreti Regni,
„ *licere hujusmodi gentes*, præcipue in deſtructionem
„ aliquam, *ſine ſcitu, & conſenſu, ac expreſſa volun-*
„ *tate noſtra levare*, nec ſuper ea re; an videlicet
„ in medium veſtri hi, qui in Regiſtris, ſeu ſerie
„ conſcripti non ſunt, exercituare debeant, nec ne?
„ haud quaquam adhuc univerſaliter concluſum, &
„ determinatum eſſe, quapropter nolentes, ut pro
„ hac, vel altera quacunque re inter vos, ac cæteros
„ Regnicolas noſtros, aliquæ diſcordiæ, nec aliquod
„ incendium oriatur determinatione ſeu diſſenſſione
„ prædicti Articuli, quo videlicet tales Regnicolæ
„ præſcripti exercituari poſſent, & quo bona eorum
„ connumerari permittere debeant, ex quo hac vice
„ illud finiri non potuit, usque ad futuram Congre-
„ gatio-

„ gationem Regnicolarum Feſti B. Georgii Martyris
„ præfatam, cum Deo concedente impræſentiarum ex
„ omni parte cum vicinis Principibus pacem habueri-
„ mus; ſperamus alioquin non fore neceſſarium, ut
„ hoc anno ejuscemodi gentes generaliter leventur,
„ niſi fortaſſis Turci, ex quo nunc in procinctu eſſe
„ dicuntur, contra hoc Regnum venirent, differendum,
„ & prorogandum duximus, mandantes Fidelitatibus
„ veſtris ſub nota perpetuæ infidelitatis harum ſerie
„ firmiſſime, prout etiam aliis Comitatibus, fidelibus
„ ſcilicet noſtris commiſimus, ut gentes veſtras, aut
„ tales, quæ *Regeſtro*, ſeu *Decreto* nominatæ non ſunt,
„ & hucusque in medium veſtri pecunias non dede-
„ runt, ſive tales Sæculares, ſive Spirituales, aut Ci-
„ vitates noſtræ fuerint, gentes veſtras, & illius Comi-
„ tatus levare, aut illos ullo pacto damnificare nus-
„ quam, & nequaquam præſumatis, ſed ſicuti hucus-
„ que obſervatum eſt, ita deinceps res usque dictam
„ videlicet Diætam futuram permaneat, nec vero ſo-
„ lum contra præfatos Regnicolas noſtros, ſed nec
„ ad alia ulla negotia ejusmodi gentes veſtras ſine
„ noſtra requiſitione, ac aperta noſtra voluntate, &
„ conſenſu, prout in ipſo Decreto continetur, levare
„ audeatis, quod ut firmius ſervetur, ex nunc etiam
„ Comitibus, vel Vice Comitibus, nec non Capitaneis,
„ atque quibuscunque gentibus veſtris harum ſerie,
„ ſub prædicta infidelitatis nota, quam nemo alius,
„ quam nos infligere poteſt, ac amiſſione Officii, &
„ omnium Bonorum ſuorum firmiſſime mandamus, ne
„ ipſi Comites, vel Vice Comites, & Capitanei ipſas
„ gentes levare, nec gentes ipſæ inſurgere ulla ratione
„ præſumant, ſed in pace, & quiete una vobiscum
„ permaneant, nec quidquam, quod contra noſtram
„ voluntatem, & commiſſionem foret, attentent, nam
„ alias ultra præmiſſam notam infidelitatis, quam tales
„ modo præmiſſo incurrent, etiam auctoritatem, &
„ poteſtatem dabimus, & concedemus, ut hi, quos

„ læſerint, aut damnificaverint, etiam omni jure ipſos
„ damnificatores requirere, & contra eos jure agere
„ poterint. Quia ut præmiſſum eſt, tantam licentiam
„ in hoc Regno nemini concedere, ſed eam ipſam
„ auctoritatem ſemper pro nobis reſervare volumus.
„ Aliud igitur ſub pœna præmiſſa nulla ratione facere
„ præſumatis, neque prædicti Comites, vel Vice Co-
„ mites, Capitanei, & gentes veſtræ facere audeant.
„ Datum Budæ 2. die Feſti Pentecoſtes Anno Domi-
„ ni 1491.

Harum Litterarum jam in Veſtigiis p. 432. ſed ad Annum 1499. memineram, conjecturis ibi prolatis inductus, quod jam hic ſufficienter emendatum eſſe puto.

Diſcimus ex hoc Inſtrumento præter multa alia ad Hiſtoriam legislationis, & exercituationem pertinentia, id imprimis, jam hoc Anno 1491. quosdam Articulos conceptos, & diſcuſſos fuiſſe, ſed ante finalem eorum utrinque concertationem, & acceptationem discedentibus compluribus Comitatuum Nunciis Comitia re infecta diſſoluta, nec Articulos in formam Decreti redactos, & confirmatos eſſe, quos nullus hactenus produxit. Deinde Regeſtum ſuper exercituatione, ſeu ſeriem eorum, qui gentes educere debebant, itidem hoc jam anno conſcriptum, licet Decreto illatum non fuerit, vigorem regulativum habuiſſe, unde ea confirmantur, quæ de Regeſto Sigismundi Imp. & Regis protuli. Cur tamen non immediate ſequentis Anni 1492. ſed primum Anni 1498. Decreto inſertum ſit, cauſam hiſtoricam nondum detexi.

In Coll. Dipl. Sam. Székely Tom. I. N. 23. inter MSS. C. Ignat. de Batthyán habetur univerſalis gratia per Ladislaum infidelibus data A. 1491.

Ex eodem Inſtrumento paulo ante relato patet Wladislaum quidem deſtinaſſe, ut Comitia anno ſequente 1492. pro Feſto B. Georgii M. iterum celebrentur, ſed indubie hac ejusmodi animo-

morum diſſenſione motus fuerit, ut terminum anticiparet, & pro Feſto Purificationis B. M. V. indiceret, prout id in Veſtigiis p. 414. oſtendi, ubi ſimul ex Præfatione Diplomatis confirmatorii notavi, tertium ſed alterius, ac diſtinctæ Diætæ celebrandæ terminum circa Feſtum B. Michaelis Archangeli deſtinatum fuiſſe, cujus tamen Veſtigia ne hodiedum quidem reperi, indubie prorogata, nec niſi Anno 1493. pro termino ejusdem Feſti ut in Veſtigiis p. 419. deduxi, celebrata fuerit.

Anno 1494, celebratorum Comitiorum, ſed obſcurum Veſtigium reperi. Proſtat nempe in Bibliotheca Czenkienſi - Széchéniana Cod. MS. ſub titulo *Regiſtrum omnium Proventuum Regalium pro Annis* 1494. *&* 1495. per Sigismundum Epiſcopum Quinque Eccleſienſem, & Theſaurarium Regium conſcriptum, quod ex Originali in Bibliotheca Epiſcopali Quinque Eccleſienſi aſſervato, Kollárium habuiſſe memini, deſumtum In hocce Codice, quid ex ſingulo Comitatu titulo contributionis obtingere debuiſſet, quantum item incaſſatum ſit, ſpecifice de ſingulo Comitatu ad utrumque annum exponitur. Præmittitur autem Rubrica: *Contributio unius floreni Caſſoviæ* 1494. *oblati.* Item: *Introitus unius floreni Budæ circa Feſtum SS. Trinitatis* 1495. *oblati.* Prior illa Epigraphe teſtatur itaque A. 1494. Caſſoviæ Comitia celebrata fuiſſe, quorum tamen nullum aliud Veſtigium habemus. Forte concurſus duntaxat Partium ſuperiorum Caſſoviæ habebatur. Po-

ſterior Epigraphe Veſtigium Comitiorum Budæ Anno 1495. celebratorum continet.

Memini me peculiare Anno 1494. editum Diploma legiſſe, quo Wladislaus II. R. Comitatui Szaladienſi mandat, ut Georgium de Kanyſa ſupremum Comitem conſtitutum in ea medietate, quam Nicolaus Pethew de Gerſe tenuiſſet, pro tali recognoſcat. Quod duo Supremi Comites uni Comitatui præfecti fuerint, plura exſtant monumenta, ſed hactenus credebamus, eos Comitatum exæquata poteſtate rexiſſe, ſicut Bani Croatiæ, & Sclavoniæ, dum duo Regnis his præficiebantur. Nunc apparet Comitatum ipſum inter eos diviſum fuiſſe, an tamen & iſtud ſemper obtinuerit, pluribus illuſtrandum eſſet.

Wladislaus II. R. in Litteris, quibus cuidam Angelo natione Italo Abbatiam Petri Varadini contulit, & illum etiam aliorum beneficiorum Eccleſiaſticorum in Hung. capacem reddit. Inter Epiſt. Petri de Warda edit. Wagner p. 98. & Katona Hiſt. Crit. T. XVIII. p. 93. commemorat Decretum ſuum Anni 1495. cujus Articulo XXX. de beneficiis Eccleſiaſticis exteris non conferendis quoad eundem Angelum derogat:

„ Wladislaus - - Memoriæ commendamus - - -
„ Quod nos inducti meritis, virtutibus, ac doctrina
„ fidelis noſtri Ven. Angeli Decretorum Doctoris,
„ ac Gubernatoris Abbatiæ Varadini Petri eidem
„ ex multis bonis reſpectibus, non obſtante ge-
„ nerali Decreto nuperrimo per DD. Prælatos,
„ ac Barones, cæteroſque Nobiles hujus Regni
„ no-

Digitized by Google

„ noſtri edito, quo cavetur, ne extraneis homi-
„ nibus ulla omnino beneficia in hoc Regno no-
„ ſtro conferantur, id duximus gratioſe annuen-
„ dum, & concedendum præſentium per vigo-
„ rem, ut ipſe in hoc Regno noſtro quæcunque
„ beneficia poſſidere, atque etiam de novo ob-
„ tinere valeat, atque poſſit, dummodo tamen
„ ſibi beneficia hujusmodi canonice, ac ſine ali-
„ qua ſimoniaca pravitate conferantur. Dat. Sze-
„ gedini Fer. VI. prox. poſt Feſt. XI. Millium
„ Virginum A. D. 1497.

In Extractu Tabularii Nationis Saxonicæ p. 755. inter MSS. C. Ignat. de Batthyán habetur Wladislai R. Mandatum, quo univerſis Nobilibus prohibetur, ne Jobbagyiones, decem annos in fundo Regio habitantes ad priſtina ſua loca reducantur. A. 1496.

Wladislai II. Decreti III. Anni 1498. Articulus XLV. qui ita ſonat:

„ Item ſtatutum eſt: quod decedente Rege Hunga-
„ riæ ſine Hæredibus, ſi quando Regnum hoc
„ Regia dignitate vacare contigerit, quotiescun-
„ que Univerſitatem Regnicolarum pro eligendo
„ novo Rege convenire contigerit, nullus Orato-
„ rum forenſium (qui ſaepe numero plures a Re-
„ gibus, & Principibus ad ſeducendum Dominos,
„ & Univerſitatem advenire ſolent) ad ipſam
„ Conventionem admittatur, ut eo commodi-
„ us de novo Rege provideatur. Ipſi enim Re-
„ gnicolæ providebunt, ut ille, quem elegerint
„ cum honore inducatur. “

Duplici ex Capite in Jure publico Hungariæ dignus eſt attentione, quod mixta etiam Regum Periodo hæreditariam regnantis ſanguinis ſucceſſio-

Digitized by Google

nem recognoſcat, & poſt pacta cum Friderico, & Maximiliano inita conditus, & a Rege approbatus luculenter doceat, Hungaros, & ipſum Regem Wladislaum pactis illis jam tum nullum vigorem ineſſe exiſtimaſſe. An Maximilianus huic Articulo interceſſerit, nondum veſtigium detexi, ſed in Veſt. Comit. pag. 450. productum Inſtrumentum ſatis indicat, eundem, & de conſtitutione Rakoſienſi Anni 1505. & de ſimilibus, adhuc non ſatis notis conatibus in Comitiis Albæ Regali 1506. celebratis apud Wladislaum queſtum fuiſſe.

Wladislaum II. R. Conſtitutiones Diætales a ſe confirmatas rite in effectum deducere ſtuduiſſe, docet Mandatum ejusdem ad Comitatum Bodroghienſem, ut Martinum, & Emericum Czobor, quibus Supremi Comitis ejusdem Comitatus officium a Joſa de Som, vigore Decreti Statuum, & OO. in campo Rákos hoc anno editi, ſalva de cetero erga eum gratia Regia ablatum contulit, pro ſuis veris Comitibus recognoſcat, in quo & Comitiorum Anni 1498. & Decreti in iis editi Veſtigium ſequentibus exprimitur:

„ Wladislaus &c. Cum in Conventione generali „ univerſorum Regnicolarum noſtrorum, nuper „ in campo Rákos pro Feſto B. Georgii M. pro- „ xime præterito celebrata ita per eosdem Regni- „ colas noſtros inſtitutum, atque decretum ſit, „ (Art. 70.) ut nemo, præter Palatinum, Judicem „ Curiæ noſtræ, & Regnorum noſtrorum Dalma- „ tiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Banum ultra ho-

no-

Digitized by Google

„ norem unius Comitatus tenere, & gubernare
„ poſſit, ac valeat. - - Datum Budæ in Feſto
„ Penthecoſtes A. D. 1498. “

Wladislaus Rex, in præfatione Diplomatis confirmatorii Conſtitutionum Anni 1500. fatetur, præterito triennio ſingulis annis Feſto B. Georgii Comitia celebrata fuiſſe, cum tamen non niſi Anni 1498. Decretum adſit, Anni 1499. obſcurum Veſtigium Comitiorum Peſtini in Campo Ràkos Feſto B. Georgii celebratorum protuli in Veſtigiis p. 433. Igitur anno quoque 1497. teſte Wladislao pro Feſto B. Georgii celebrata fuerint; alia itaque ab illis diſtincta erant, quæ pro Feſto B. Martini ejusdem anni convocata fuiſſe in præfatione Diplomatis confirmatorii Conſtitutionum Anni 1498. §. 6. itidem Wladislaus ipſe fatetur.

Anno 1499. non ſolum Comitia celebrata, ſed etiam Decretum in illis conditum eſſe obſervavi in Veſtigiis p. 434. clarius adhuc, & evidentius duplicis hujus aſſerti Veſtigium reperi in ſequentibus Litteris, quibus Rex Articulum de exercituatione in eo Decreto indubie occurrentem interpretatur. Deſumſi autem has Litteras ex Originali Archivi Civitatis Bartphenſis, quæ ſic habent:

„ Commiſſio propria D. Regis.

„ Prudentibus ac Circumſpectis Judici, ac Juratis,
„ ceterisque Civibus, Civitatis noſtræ Barthfa, fideli-
„ bus nobis dilectis.

„ Wladislaus Dei Gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ
„ &c.

„ Pru-

„ Prudentes, & Circumſpecti fideles nobis dilecti.
„ Sciatis, quod in hac *Conventione*, *quam cum Nunciis univerſorum Comitatuum nunc habuimus*, conclusum eſt, ut univerſæ Civitates, quæ aliqua bona
„ ſeu poſſeſſiones habent, de illis, quæ ſunt directe
„ hereditariæ, ac propriæ alicujus Civitatis, in medium Nobilium, & illius Comitatus, in quo ea ipſa
„ bona exiſtunt, exercituare, & aliquas pecunias dare
„ non teneantur, ſed de illis bonis, & poſſeſſionibus,
„ quas aut titulo pignoris poſſident, aut aliqui privatim ex Concivibus habent, de hujusmodi poſſeſſionibus, & Juribus poſſeſſionariis in medium Comitatus ſolvere teneantur. Ideo fidelitati veſtræ harum ſerie firmiſſime mandamus, quatenus a modo
„ deinceps de illis poſſeſſionibus, & Juribus poſſeſſionariis, quæ ut præfertur titulo pignoris tenetis, &
„ etiam de illis, quæ aliqui e Concivibus veſtris hæreditario jure poſſident, in medium Nobilium, &
„ Comitatus exercituare, & ſolvere debeatis, & aliud
„ facere nullatenus audeatis. Datum Budæ in Feſto
„ Transfigurationis Domini Anno ejus Milleſimo quadringenteſimo XC. nono.

Anno 1500. editi in Comitiis Decreti meminit ipſe Wladislaus Rex in Mandato ad Conventum de Chorna directo, ut pro parte Joannis de Vicza contra Magiſtros Lad. Joan. & Stephanum de Kanyſa Sylvas Exponentis Loos-Erdew, & Ebörgöcz-Erdew, occupantes inquirat, &c,

„ Juxta formam Decreti noviſſime ſcilicet in Diæta, ſeu Conventione generali univerſorum DD. Prælatorum, & Baronum, ac Regni noſtri Nobilium,
„ pro Feſto S. Georgii Martyris proxime præterito,
„ in campo Rákos prope Civitatem noſtram Peſtienſem celebrata, de noſtro Regio Edicto, & per nos
„ una cum eisdem DD. Prælatis, & Baronibus, ac Re-

„ Regni noſtri Nobilibus unanimi voto ſuperinde
„ editi, & ſtabiliti, ad 32. diem diei Evocationis hu-
„ jusmodi, ex hinc fiendæ, computando, noſtram per-
„ ſonalem evocet in præſentiam rationem de præmiſ-
„ ſis reddituros efficacem; litis pendentia, ſi quæ fo-
„ ret, inter ipſos non obſtante. “

Ad diem 32. evocat; Conventus de Ghorna ſeriem Inquiſitionis, & Evocationis refert ſexto die Feria IV. ante Feſtum Purificationis B. V. M. Inſtrumentum habetur inter MSS. Comitis Francisci Széchényi Dipl. Tom. IX. N. 60. Hujusmodi clauſulæ in Evocatoriis hujus ætatis adeo frequentes ſunt, ut plures adferre non oporteat. Cæterum morem ad generalia Decreta jam generatim, jam ſpeciatim ad hoc, vel illud determinate provocandi longe anteriori, quin antiquiſſima ætate viguiſſe, plura docent Diplomata, quorum textus & in Veſtigiis, & in hiſce Supplementis protuli, in Proceſſibus autem ad Articulos ſpeciatim, & numerice citatio facta ante edita per Moſſoczium Decreta Regni Hungariæ non facile occurrit, licet jam ante hanc Editionem quædam Decreta in Articulos; numeris ſignatos, & rubricis proviſos diſtincta in vetuſtioribus Codicibus MSS. reperiantur, ut in ſubſidiis ad Hiſt. Legislationis luculente docebo.

Eodem Anno 1500. alia Comitia, ſi non celebrata, ſaltem indicta fuiſſe, colligitur ex Epiſtola Petri de Warda ad Jobbagyiones ſuos in Comitatu de Bodrogh exiſtentes, apud Wagner Epiſt. 145. p. 268. & ex eo Katona H. C. T. XVIII. p. 241. Si ad Annum 1500. referenda eſt, in qua ſcribit:

„ Ut iſtum ad aſcenſum, quem ad Congregationem
„ Univerſitatis Regnicolarum in Feſto Sanctorum
„ omnium proxime futuro per Regiam Maj. indi-
„ ctam, facere debebunt, unus quisque Nobili-
„ um,

„ um, & hominum poſſeſſionatorum dicti Comi-
„ tatus 70. denarios Regales nunc uſuales pro
„ ſubſidio exigere debeant.

Anno 1501. In Veſt. Comit. p. 439. refertur Diploma, quo docetur circa Feſtum Inventionis S. Crucis Comitia celebrata fuiſſe, id quidem verum eſt, ſed horum Comitiorum terminus fuit Feſtum S. Georgii M. quod aperte teſtatur quoddam Mandatum Wladislai II. Regis, ut gentes ad Comitem Temeſienſem proficiſcantur, in quo ſequentia habentur:

„ Qualiter nos juxta ordinationem DD. Regni-
„ colarum hujus Regni in proxima Diæta Feſti B. Ge-
„ orgii M. factam ad hunc locum deſcendimus, ut
„ hic conſuleremus, & quid pro laude Dei, & glo-
„ ria, & tranquillitate hujus Regni cum gentibus ejus-
„ dem Regni, tam ſcilicet noſtris, ac Prælatorum, &
„ Baronum, quam etiam univerſorum Comitatuum con-
„ tra Turcos utilius faciendum putabimus, id facia-
„ mus, Scitote igitur, nos quatuor Capitaneos cum
„ plena noſtra facultate conſtituiſſe, videlicet D. Pa-
„ latinum hujus Regni, D. Joannem Corvinum Ducem,
„ & Banum Sclavoniæ &c. ac D. Vayvodam Tranſyl-
„ vaniæ, & D. Joſam Comitem Themeſienſem, ſub
„ quorum Capitaneatu univerſas ipſas gentes diviſi-
„ mus - - - Datum in Tholna Feria VI. prox. poſt
„ Feſtum Nativitatis B. M. V. Anno Domini 1501.

Et in alio diſertius etiam terminus Conventionis generalis Tolnenſis exprimitur ſequenti Veſtigio:

„ Nos Wladislaus &c. Damus pro memoria, quod
„ nobis Feria VI. proxima poſt Feſtum B. Ægidii Ab-
„ batis proxime præteritum in præſenti Conventione
„ generali DD. Prælatorum, Baronum, & Nobilium
„ hujus

„ hujus Regni noſtri hic in Oppido Tholna conſtitu-
„ tis, & exiſtentibus. - - Datum in Oppido Tholnenſi
„ tertio die termini prænotati A. D. 1501. "

Diſcimus quidem hinc Tholnæ hoc tempore Conſultationem, imo Conventionem generalem inſtitutam fuiſſe, diſcimus etiam in Diæta S. Georgii ordinationem fuiſſe factam, an tamen ea per modum Decreti condita fuerit, & ubi adhuc lateat, ignorare nos interim oportet.

Anno 1502. celebratorum Comitiorum Veſtigium pag. 441. nimis ſuccincte relatum, ne quis ex nomine Nic. Bánffi jam tunc defuncti anachronismum eſſe putet, plenius ita referendum erat; Statuum, & OO. Regni Hung. expeditoriæ Margarethæ relictæ quondam Nicolai Bánffi de Lindva, nunc vero Conſorti Joannis Ernſt, de Chaktornya, ac filio ejusdem Joanni Bánffi, aliisque conſanguineis eorumdem, ſuper 7875. fl. nec non aliis 500. auri præfato marito ſuo per Osvaldum quondam Epiſcopum Zagrabienſem ex pecuniis ad reformationem Caſtrorum finitimorum deputato traditis pro reparatione Caſtri Jaycza, aliorumque in Regno Boznæ exiſtentium, rite levatis conceſſæ. Dat. Budæ Feria V. proxima ante Feſtum Penthecoſtes A. D. 1502. In hoc Inſtrumento referuntur ſequentes Optimates, qui in illis Comitiis præſentes fuerunt.

„ Petrus Geréb de Wyngarth Regni Hung. Pala-
„ tinus, & Judex Cumanorum, Comes Petrus de Bo-
„ zyn,

„ ſum eſt, quam Induciæ cum Turco ad ſeptennium
„ firmatæ. - - Budæ 10. Junii A. 1503.

Anno 1504. de celebranda Regni Diæta Regales habentur in Originali in Archivo Civitatis Caſſovienſis D. 834. Decreti autem in ea conditi mentionem, ſed obſcure injicit Wladislaus R. in Mandato Comitatui Maramaroſienſi ſonante ut imminente bello propter mortem Waywodæ Moldaviæ, gentes belligeraturas paratas habeat, quorum Capitaneus futurus eſſet Emericus de Peren Palatinus. Ex Apogr. Sam. Székelly in Analect. Dipl. Car. Fejérvary T. II. N. 303.

„ Ut omni mora poſthabita gentes Veſtras juxta
„ ordinationem Regnicolarum paratas habere debeatis
„ - - - Dat. Budæ Feſto B. Jacobi Apoſt. A. D. 1504.

Et hic, & pluribus in Veſtigiis Diplomaticis hactenus a me productis patet clauſula illa: *juxta Ordinationem Regnicolarum* indigitari Decretum Comitiale, legitime proinde ex illa, tum etiam arguere poſſumus, genuinum Comitiale Decretum innui, dum ad eos annos refertur, quibus Comitia celebrata fuiſſe certum quidem eſt, ſed nullum Decretum ſupereſt, adeoque conditum quidem fuiſſe, ſed injuria temporum, vel incuria majorum interiiſſe, nec adhuc detectum eſſe.

Ex Actis horum Comitiorum illuſtre monumentum detexi, quod e tenebris protrahendum, & hic inſerendum operæ pretium eſſe putavi. Eſt illud.

Sala-

Digitized by Google

Salariatus Regni Ungariæ contra hoſtes annui tempore Mathiæ, & ante ipſum, quem Wladislaus Rex in Campo Rákos etiam propoſuit Anno 1504.

Ita refertur in impreſſo Catalogo Bibliothecæ Danielis Cornides pag. 273.

	fl.
„ Dominus Palatinus pro Salario ha- „ bet in pecuniis paratis	4000
„ Idem habet in Salibus	2000
„ *Tranſylvaniæ*: D. Vaywoda Tran- „ ſylvanus pro ſalario habet in paratis pe- „ cuniis	9000
„ Idem in Salibus	3000
„ *Sclavonia & Croatia*. D. Banus Re- „ gnorum Sclavoniæ, & Croatiæ pro ſala- „ rio per annum in paratis pecuniis ..	10000
„ Idem in Salibus	1000
„ Item in Civitatibus Croatiæ, & aliis „ Caſtra habentibus in Confiniis Croatiæ „ pro ſubſidio aliquibus plus, & aliquibus „ minus	499
„ *Temesvar*: D. Comes Themeſienſis „ pro annuo ſalario habet in pecuniis pa- „ ratis..	7000
„ Idem in Salibus	1000
„ Septingenti, & duodecim Huzaro- „ nes pro ſervitiis per annum habent in „ pecuniis	4272
„ In Salibus habent	1424
„ *Uterque Jaxyth*: Stephanus, & De- „ metrius Jaxyth ad Equites ſeptingentos „ per annum in pecuniis habent	4900
„ Iidem in Salibus	2100

U „ *Ste-*

	fl.
„ *Stephanus Bradach*: Stephanus Bra- „ dach ad Equites ducentos per annum in „ paratis pecuniis habet	1400
„ Idem in Salibus	500
„ *Karanſebes & Lwgas*: Ducenti Hu- „ zarones in Karanſebes, & Lwgas in pa- „ ratis pecuniis habent per annum.. ..	1250
„ Iidem in Salibus	500
„ Civitas Themesvarienſis in pecuniis..	300
„ *Despotus*: D. Despotus Regni Ra- „ ſciæ ad Equites ſexcentos per annum ha- „ bet in pecuniis	3600
„ In Salibus habet	1200
„ *Nandoralba*: Bani Nandoralbenſes „ pro annuo ſalario habent in paratis pe- „ cuniis	5800
„ Iidem in Salibus	1000
„ Quadringenti Pedites per annum „ habent pro ſervitiis in paratis pecuniis „ ſimul cum ſubſidio	6140
„ Eisdem in Salibus dantur	140
„ Triginta quinque Prybek in pecuniis „ habent	210
„ Iidem in Salibus	70
„ Trecenti Huzarones pro annuo ſalario „ in paratis pecuniis habent pro ſer- „ vitiis	1924
„ Eisdem dantur in Salibus	724
„ Civitati Nandoralbenſi in Salibus „ dantur	200
„ Mille Nazadiſtæ Nandoralbenſes ha- „ bent per annum pro ſervitiis in paratis „ pecuniis	4700
„ Eisdem in Salibus dantur	2250

Ci-

	fl.
„ Civitati Zalankemen, quæ de novo „ muratur, dantur in pecuniis	500
„ In Salibus	100
„ Quingentis, & viginti Huzaronibus „ domorum partium inferiorum, qui tem„ pore neceſſitatis exercituantur, in Contri„ butione Regia relaxantur	526
„ *Zeuren*: Bani Zeurinienſes habent „ pro Salario annuo in pecuniis ..	4000
„ In Salibus habent	2000
„ Civitatibus Zewren, Orſowa, & Pe„ tycz, & Civitati Sebes, quæ de novo „ muratur, in pecuniis dantur pro ſubſi„ dio	400
„ In Salibus	100
„ *Sabacz*: Bani de Sabacz per annum „ habent in pecuniis	2000
„ In Salibus	1000
„ Centum Nazadiſtæ per annum ha„ bent in paratis pecuniis	400
„ In Salibus habent	225
„ Quinquaginta Huzarones per annum „ habent in paratis pecuniis	200
„ In Salibus habent	125
„ *Zrebernyk*: Bani de Zrebernyk in „ pecuniis habent pro annuo Salario ..	2000
„ In Salibus habent	1000
„ *Erſomlyo*: Caſtellanus Caſtri Erſom„ lyo in pecuniis per annum habet pro „ Salario	100
„ Idem in Salibus habet	100
„ *Jaycza, & Caſtra Boznenſia*: Duo „ Capitanei per annum habent pro Salario „ in pecuniis	400
„ Iidem in Salibus	200

Digitized by Google

		fl.
„ In Jaycza conſervantur Pedites	117	
„ In Jezero conſervantur Pedites	40	
„ In Bánya — Lwka Pedites	44	
„ In aliis Civitatibus, & Caſtris	69	
„ Qui ſimul computati faciunt pedites „ Ducentos & Septvaginta, quibus per annum dantur ad quemlibet menſem per „ duos florenos computando		6490
„ Præter illos Magiſtris Rotarum eorundem Peditum pro Salariis per annum „ dantur		125
„ In omnibus Caſtris, & Civitatibus „ Boznenſibus conſervantur Equites ducenti quadraginta ſex, quibus datur per „ tres florenos eo, quod continui ibi eſſe „ debent		6256
„ Præter illos, qui conducunt victualia, & cum Capitaneis tempore neceſſitatis exiſtunt, & exercituantur, ſervantur Equites centum ſexaginta quatuor, „ quibus datur per duos florenos, facit ..		4936
„ In Salibus		100
„ Ad labores omnium Caſtrorum, & „ Civitatum Boſnenſium, quia indigent reformatione, alias immineret periculum, „ Civitati Jaycza, Jezew, Bányaluka, Solyomfezek, & Lewacz ad conſervandas „ Straſas 100 per menſem Straſariis adminus ſolventur per fl. 4. & ultra hoc ad „ ſubſidia Civitatum dantur		1200
„ *Segnya:* Capitaneus Segnienſis ad „ conſervationem Civitatis Segnienſis, & „ Caſtrorum ad eandem pertinentium per „ annum pro Salario habet in pecuniis ..		2000

„ In

	fl.
„ In Salibus habet	500
„ *Conſervator Sacræ Coronæ:* Con- „ ſervatoribus Sacræ Coronæ pro Salario „ annuo dantur in pecuniis	2000
„ Ad Caſtrum Sáros pro conſervatio- „ ne ejusdem dantur in pecuniis ..	400
„ *Caſtellanus Budenſis*: Magiſtro Ta- „ vernicorum ratione Caſtellanatus Budenſis „ Caſtri pro annuo Salario in pecuniis „ dantur	1200
„ In Salibus dantur	500
„ *Magiſter Curiæ Regiæ Majeſtatis*: „ Magiſtri Curiæ Regiæ Majeſtatis per „ annum pro Salario in pecuniis habent ..	1500
„ In Salibus habent	500
„ *Magiſtratus Curiæ Reginalis Ma-* „ *jeſtatis*: Duo Magiſtri Curiæ Reginalis „ Majeſtatis per annum pro Salario ha- „ bent	1500
„ In Salibus habent	500
„ *Magiſtris Cubicularibus :* Magiſtri „ Cubicular. Regiæ Majeſtatis per annum „ habent pro Salario in pecuniis	1000
„ Summa Summarum præſcriptorum „ omnium facit	103109

„ Abſque omnibus præſcriptis adhuc Curiales Re-
„ giæ Majeſtatis videlicet Cubicularii, Aulici, & alii
„ Curiæ Regiæ pertinentes.

„ Montanæ de Rivulo Dominarum.

„ Oratores, qui ut plurimum ſunt multi, & ma-
„ gni de exteris Regnis, Oratores ſimiliter ex Regno
„ ad diverſos Principes mittendi.

„ In Diæta pro Feſto Beati Georgii Martyris
„ 1504. in Campo Rákos juxta contenta Decreti ce-
„ lebrata, per D. Joannem Bornemyſza Regium The-

„ ſaurarium in medium Regnicolarum Regeſtum iſtud „ miſſum eſt, poſt cujus quidem Diætæ finem, tertia „ videlicet die, Feria utputa Sexta poſt Stanislai, „ Egregii, & memoria perpetua digni Viri Ambroſius „ Vidfy de Mohorra, Georgius de Kalonda, ac Ma- „ giſter Nicolaus Vidfy de Voykocz Regni Sclavo- „ niæ Prothonotarius, unacum Ladislao Kelesfy de „ Stwinack, Ambroſio Erdewgh de Wragowcz, & ce- „ teris notabilibus Viris navi in Danubio ad Pesth de „ Buda navigantes tactu cujusdam Molendini ſubmerſa „ pariter occubuerunt, ſuffocatique aquis deceſſerunt. „ Eadem in Diæta D. Emericus de Perén in Palati- „ num ante Caſtrum Budenſe eſt creatus. Per Ma- „ giſtrum Stephanum de Verbewcz tunc Prothonota- „ rium, præſente manu ſua.

Ambroſius Vidfy de Mohorra, cujus hic ſupremæ diei fatum refertur, indubie ille eſt, cujus beneficio Mathiæ I. Corvini R. Decretum majus typis editum eſſe in Epiſtola ſupra ad Annum 1486. relata commemoratur.

Simile Inſtrumentum, quod itidem bona fortuna nactus ſum, eſt:

Proviſio Caſtrorum finitimorum.

Tranſylvania.

	fl.
„ Item: D. Waywoda Tranſylvanus, „ & Comes Siculorum, annuatim pro Sa- „ lario habet in paratis pecuniis	9000
„ Idem D. Waywoda in Salibus ha- „ bet pro	3000
Caſtrum Themeſienſe.	
„ Item: D. Comes Themeſienſis ha- „ bet in paratis	7000

„ Idem

	fl.
„ Idem D. Comes Themeſienſis habet „ ex ſpeciali annuentia Regiæ Majeſtatis ad „ conſervationem 100. Equitum levis ar- „ maturæ per annum	2400
„ Idem habet in Salibus pro ..	1000
„ Idem habet ad conſervationem Bom- „ bardarum	100
Crovatia.	
„ Banus Regni Crovatiæ ad Equos „ 200. & ad conſervationem Caſtrorum „ habet	10000
„ Idem Capitancatum Segnienſem ha- „ bet	2000
„ Eidem Bano dantur Sales	1000
„ Ducentis Equis levis armaturæ in „ Crovatia tenendis debentur	4800
„ De præſcriptis Equitibus 200. Eme- „ ricus Magnus habebit pecunias ad Equi- „ tes 25.	
Comitum Proviſio.	
„ D. Johanni Comiti de Corbavia ad „ Equites 200 per 10. fl.	2000
„ D. Comiti Michaeli de Frangepani- „ bus ad Equites 60.	600
„ Comiti Angelo de Frangepanibus ad „ Equites 70.	700
„ Comiti Bernardo de Frangepanibus „ ad Equites 100.	1000
„ Antonio de Blaga cum fratre ſuo ad „ Equites 50.	500
„ Nicolao Zrini ad Equites 25. ..	250
„ Comiti Nicolao de Frangepanibus „ ad Equites 50.	500

	fl.
„ Petro Merchini ad Equites 25. ..	250
„ Miachaeli Thewrewk ad Equites 25 ..	250
„ Waywodæ de Koſſul ad Equites 25 ..	250
„ Bencze Rathkay ad Equites 25 ..	250
„ D. Epiſcopo Thinninienſi ad Equi- „ tes 25	250
„ Georgio M. Milithith una cum fratre „ ſuo, qui de Biztricia ad Klyz venerat „ ad Equites 32	320
„ Nobilibus, qui ad Thinninium con- „ fugerunt ad Equit. 40	400
„ Ducentis Peditibus ad Crovatiam ..	4800

Ad Thinninium.

„ Pro faciendo quodam Foſſato, ut „ duæ aquæ in unum convenire poſſint, „ & pro faciendo muro circa Capitulum „ Thinninienſe	2000
„ Civitati Thinninienſi pro ſubſidio ..	200
„ Ad reſtaurationem Civitatis Thinni- „ nienſis, & Capituli, Theſaurarii provide- „ ant, prout neceſſitas expoſtulabit, ad „ quam deputati ſunt	2000
„ Ad conſervationem Straſarum ..	400

Ad Caſtra Klyz, Zyn, & Orman.

„ Præſcripta Caſtra Theſaurarii refor- „ ment, ad quorum proviſionem, & re- „ formationem ſunt deputati	6000
„ Theſaurarii conſiderata locorum ne- „ ceſſitate ad reformationem Caſtrorum, & „ Civitatum, prout neceſſarium videbitur „ ſecundum ipſorum induſtriam provideant	

Jaycza.

	fl.
Jaycza.	
„ Banis de Jaycza ad Equites 200, & „ Pedites 300 pro Salario	12000
„ Eisdem in Salibus	2000
„ Ad reformationes murorum, & ad „ alia ædificia reſtauranda, laboresque ne- „ ceſſarios	3000
„ Centum & quinquaginta Peditibus „ in Jaycza, & in aliis Caſtris ſervientibus ..	3600
„ Centum & viginti quinque Equiti- „ bus levis armaturæ in Jaycza, & aliis „ Caſtris ſervientibus	3000
„ Ad conſervationem Straſarum ad „ Jayczam, & ad alia Caſtra Boſnenſia ..	700
„ Ad conſervationem Fratrum Ordi- „ nis S. Franciſci in Jaycza	200
„ Magiſtro, qui facit Salnitrum ..	150
„ Civibus, & Inhabitatoribus de Jay- „ cza, & de aliis Civitatibus Boſnenſibus ..	300
„ Bombardariis Jayczenſibus una cum „ famulis deputati, vel prout præſens exi- „ get neceſſitas	150
„ Quod in Jaycza ordinetur pariſor- „ miter, qui ad omnia diligenter, & fi- „ deliter provideat.	
Nandor Alba.	
„ Bani Caſtri Nandoralbenſis ad Equi- „ tes 200. & ad conſervationem ejusdem „ Caſtri in Salario	4800
„ Pro menſa habent	1000
„ In Salibus habent	2000
„ Quadringentis Peditibus per fl. 14. „ dantur per annum	5600

„ Sex

	fl.
„ Sex Capitaneis eorundem Peditum „ in pecunia pro ſubſidio	60
„ Eisdem Sex Capitaneis in Salibus ..	60
„ Quadraginta Decurionibus eorum- „ dem Peditum in parata pecunia ..	80
„ Eisdem Decurionibus in Salibus ..	80
„ Præſcripti Pedites quadringenti com- „ muniter pro illorum veſtitura habent de „ panno Gerliczeres petias centum, quæ „ faciunt	400
„ Ducentis Nazadiſtis in Nandoral- „ ba dantur per annum in paratis per 3 fl. „ faciunt	600
„ Eisdem ducentis Nazadiſtis in Sali- „ bus dantur per annum	400
„ Eisdem ducentis Nazadiſtis pro ve- „ ſtitura dantur de panno ſimplici petiæ „ 50 faciunt	200
„ Aliis trecentis Nazadiſtis de Nan- „ doralba dantur per annum in paratis per „ fl. 2 faciunt	600
„ Eisdem trecentis Nazadiſtis in Sali- „ bus ſimiliter per	600
„ Eisdem 300 Nazadiſtis pro veſtitu- „ ra de panno ſimplici petiæ 75 faciunt ..	300
„ Duobus Waywodis præſcriptorum „ quingentorum Nazadiſtarum pro ſubſi- „ dio in paratis	50
„ Eisdem duobus Waywodis in Sali- „ bus	50
„ Quinquaginta Decurionibus eorum- „ dem quingentorum Nazadiſtarum in Sa- „ libus dantur	100

„ Præ-

	fl.
„ Præterea iidem quingenti Nazadiſtæ „ eximuntur a ſolutione taxarum, ſive con- „ tributionum	
„ Item trecentis Huzaronibus de Nan- „ dor Alba dantur in paratis per fl. 3 fa- „ ciunt	900
„ Eisdem trecentis Huzaronibus in „ Salibus dantur	600
„ Eisdem trecentis Huzaronibus in „ pannis per fl 2 faciunt	600
„ Octo Waywodis eorum in paratis „ per fl. 10	80
„ Eisdem Octo Waywodis in Salibus „ dantur ſimiliter	80
„ Viginti duobus Decurionibus eorum- „ dem in paratis per fl. 2 faciunt ..	44
„ Eisdem viginti duobus Decurioni- „ bus in Salibus	44
„ Præſcripti 300. Huzarones in con- „ tributionibus relaxantur	
„ Quingentis Nazadiſtis de Zalonke- „ men per fl. 2 in paratis faciunt ..	1000
„ Eisdem quingentis Nazadiſtis pro „ veſtitura in panno ſimplici petiæ 125 „ faciunt	500
„ Eisdem quingentis Nazadiſtis in Sa- „ libus	1000
„ Duobus Waywodis eorundem pro „ ſubſidio in paratis	50
„ Eisdem duobus Waywodis in Sali- „ bus	50
„ Quinquaginta Decurionibus eorun- „ dem in Salibus	100
„ Præterea relaxantur in contributio- „ nibus.	

„ Ad

	fl.
„ Ad labores, & reformationem muri „ Caſtri Nandor Albenſis deputati ſunt ..	1000
Sabacz.	
„ Bani de Sabacz pro Salario annuo „ habent in paratis	2000
„ Iidem Bani habent in Salibus ..	1000
„ Quinquaginta Voyniczy de Sabacz „ habent in paratis per fl. 3 faciunt ..	150
„ Eisdem in panno dantur per fl. 2 „ faciunt	100
„ Eisdem in Salibus dantur	100
„ Præterea relaxantur in contributio- „ nibus	200
„ Centum Nazadiſtis de Sabacz dan- „ tur in paratis per fl. 2 faciunt ..	200
„ Eisdem centum Nazadiſtis in Sa- „ libus	200
„ Eisdem de panno ſimplici petiæ 25, „ quæ faciunt	100
„ Præterea relaxantur in contributio- „ nibus.	
Zewrinium.	
„ Bani Caſtri Zewrinienſis habent pro „ annuo Salario in parata pecunia ..	4000
„ In Salibus habent	2000
„ Bombardariis pro Salario ad duas „ perſonas dantur	50
„ Eisdem Bombardariis pro veſtitura „ æſtivali, & yemali	10
Zrebernik.	
„ Bani de Zrebernik pro annuo Sa- „ lario habent in paratis	2000

„ Iidem

	fl.
„ Iidem Bani in Salibus habent ..	1000
Dominus Dezpotus.	
„ Item: D. Dezpotus ad Equites 600 levis armaturæ habet in paratis per fl. 4. faciunt	2400
„ Idem ad eosdem Equites ſexcentos in pannis habet per fl. duos faciunt ..	1200
„ Idem in Salibus habet per fl. 1 ..	600
„ Idem pro ſuo ſubſidio in paratis habet	600
„ In Salibus ſimiliter habet	600
„ Præterea habet unam veſtem ſericeam honeſtam, ad quam computantur adminus	100
Stephanus Jaxyth.	
„ Stephanus Jaxyth ad Equites ducentos habet in paratis per fl. 4 faciunt	800
„ Idem Stephanus Jaxyth ad eosdem Equites ducentos in pannis habet per fl. 1 faciunt	200
„ Idem Stephanus Jaxyth habet in Salibus per fl. 2 faciunt	400
„ Idem Stephanus Jaxyth pro ſubſidiis, & Salario habet in paratis ..	200
„ Idem in Salibus habet	200
„ Præſcripti ducenti Huzarones ejusdem in taxis relaxantur.	
„ Idem Stephanus Jaxyth habet pro ſe unam veſtem honeſtam, quæ limitatur ad	50

Digitized by Google

	fl.
Marcus Jaxyth.	
„ Ad Equites duceutos habet in para- „ tis	800
„ Idem in pannis habet pro	200
„ Idem in Salibus habet pro	400
„ Idem pro ſuo ſubſidio habet in pa- „ ratis	200
„ Idem in Salibus ſimiliter pro ſub- „ ſidio	200
„ Habet unam veſtem valentem ..	50
„ Præterea Huzarones ſui in taxis re- „ laxantur.	
Petrus Jaxyth.	
„ Loco Demetrii fratris ſui habet te- „ nendos Equites ducentos, ad quos per „ annum dantur in paratis	800
„ Idem in pannis habet pro	200
„ Idem in Salibus habet	400
„ Idem pro ſubſidio in paratis ..	200
„ Idem ſimiliter pro ſubſidio in Sa- „ libus	200
„ Habet unam veſtem valentem ..	50
„ Huzarones ſui præſcripti relaxan- „ tur in taxis	
Stephanus Bradach.	
„ Stephano Bradach ad Equites 200 „ dantur in paratis	800
„ Eidem in pannis dantur	200
„ Eidem in Salibus dantur	400
„ Eidem pro ſubſidio, & Salario in „ paratis	200
„ Eidem pro ſubſidio in Salibus ..	200

„ Unam

Digitized by Google

	fl.
„ Unam veſtem valentem	50
„ Hwzarones ſui in taxis relaxantur ..	
Hwzarones in Themeswar.	
„ Novem Waywodis in Themeswar ad „ Equites 267. dantur per fl. 3. in paratis „ faciunt	801
„ Eisdem in pannis dantur per fl. 2. „ faciunt	534
„ Eisdem in Salibus per fl. 2. dantur..	534
„ Relaxantur in taxis	
Waywodis de Lwgas, & Karanſebes.	
„ Ad Equites 200. cum quibus ſervi- „ re debent penes D. Comitem Themeſi- „ enſem, dantur in paratis per fl. 3 ..	600
„ Eisdem in pannis dantur per fl. 2 ..	400
„ Eisdem in Salibus per fl. 2	400
„ In taxis præterea relaxantur.. ..	
Wayvodæ de Ethwen.	
„ Ad Equites 50. dantur in paratis „ per fl. 3	150
„ Eidem in pannis per fl. 2	100
„ Eidem in Salibus	100
„ In taxis relaxantur	
Waywodæ de Monoſtor.	
„ Ad Equites 35. dantur in paratis „ per fl. 3.	105
„ Eidem in pannis per fl. 2	70
„ Eidem in Salibus per fl. 2	70
„ In taxis relaxantur	
Waywodæ de Choka.	
„ Dantur per annum ad Equites 20. „ per fl. 3. in paratis	60

Ei-

	fl.
„ Eidem in pannis per fl. 2	40
„ Eidem in Salibus per fl. 2	40
„ Eximuntur a ſolutione taxarum ..	
Duo Caſtellani Themesvarienſes.	
„ Ad Equites 88. habent in paratis „ per fl. 3	264
„ Iidem in pannis habent per fl. 2. fa- „ ciunt	176
„ Iidem in Salibus per fl. duos ..	176
„ Præſcripti in taxa relaxantur ..	
„ Præterea Regia Majeſtas per Litte- „ ras ſuas Egregiis Nicolao, & Franciſco „ Maczedoniay pro conſervatione Caſtri „ ipſorum Kewesd, veluti in faucibus Thur- „ corum habiti ordinavit in paratis pecu- „ niis ſingulis annis dari	100
„ In Salibus	100
Salarium Tezaurariorum.	
„ Item duobus Tezaurariis unicuique „ ipſorum ad Equites 50. dantur pecuniæ „ menſtruæ per 2. fl. quibus ambobus ad „ 100. Equites cedunt per annum	2400
„ Eisdem Tezaurariis ambobus dantur „ per annum ad menſam fl. 800. cuilibet „ ſcilicet eorum fl. 400	800
„ Præterea quid quid præfati Tezaura- „ rii ad Nuncios hinc inde mittendos in „ factis Caſtrorum finitimorum expoſuerint, „ id ab ipſis in computu recipietur	
„ Summa Summarum pecuniarum „ paratarum facit	123594
„ Summa pecuniarum Salium facit ..	21384
Tota Summa facit	144878

Cum

Cum jam in hoc argumento gemina Inſtrumenta produxerim, Lectoris patientia abuti me nequaquam exiſtimabo, ſi tertium adhuc produxero, quod itidem hactenus, quod ſciam ineditum, multum lucis addere, & ideo gratum eſſe poſſe ſpero. Pertinet quidem ad initia Regiminis Maximiliani II. ſed licet ætate differant, propter argumenti tamen affinitatem tria hæc Inſtrumenta ex vetuſtis, & coævis Exemplaribus deſumta, conjungenda eſſe duxi, ut mutuo ſeſe illuſtrent, & majorem evidentiam præſeferant.

Taxatio eorum, qui Banderia tenere deberent.

Epiſcopi.

	fl.
„ R. R. D. Strigonienſis juxta Decre- „ tum Ladislai Regis deberet tenere Ban- „ deria duo, id eſt Equites 1000. ſed cum „ Sede careat, proventus tamen percipiat „ opimos, teneat Banderium unum penes „ S. Cæſ. Maj. aut ſolvat in paratis ..	15000
„ D. Tranſylvanienſis, & Nitrienſis, „ licet ſit extra Sedem ſuam, & ſaltem Ni- „ triam cum Tasnad poſſideat, deberetque „ juxta antiquam Conſtitutionem tenere „ Banderium unum, tamen quia ex Epi- „ ſcopatu Tranſylvanienſi magnas compa- „ ravit opes, teneat penes ſuam Majeſta- „ tem Cæſaream in Caſtris Equites 300. „ computatis in eum numerum 50. Equi- „ tibus, ratione Epiſcopatus Nitrienſis in- „ tertenere debitis, vel ſolvat	10000

	fl.
„ Varadienſis cum habeat Abbatiam „ Pornenſem, Præpoſituram Poſonienſem, „ ac Cuſtodiam Agrienſem, & etiam de „ Epiſcopatu certos proventus percipiat, „ teneat penes Maj. Cæſ. Equites 150. aut „ ſolvat	400
„ Agrienſem Epiſcopatum D. Mago- „ chy poſſidet, una & Philiſtæos, ac Cu- „ manos cum aliis Eccleſiaſticis Bonis. „ Habet præterea Arcem Thorna, ac etiam „ alia avita Bona circa Gyulam, propterea „ facillime poteſt intertenere limitatum ſibi „ in Arce Agrienſi Equitum, & Peditum „ numerum, & inſuper teneat penes Ma- „ jeſtatem Cæſaream in Caſtris Equites „ 400. aut conferat	1200
„ Epiſcopus Quinque Eccleſienſis ha- „ bet Præpoſituram Jaſzovienſem, & etiam „ percipit Epiſcopatus, & Capituli pro- „ ventus, teneat Equites 100. aut ſolvat ..	300
„ Epiſcopus Zagrabienſis compareat „ penes Majeſtatem ſuam cum Equitibus „ 100. aut ſolvat	300
„ Epiſcopatus Jaurienſis eſt in poteſta- „ te S. Cæſ. Maj. qui ſi conferetur alicui „ Eccleſiaſticæ perſonæ, poterit intertene- „ re 200. Equites, aut ſi perſona illa di- „ ves fuerit, conferat	500
„ Epiſcopatus Veſzprimienſis conferat „ Equites 100. aut ſolvat	300
„ Epiſcopus Vacienſis teneat Equites „ 100. aut ſolvat	300
„ Epiſcopus Chanadienſis, qui eſt Præ- „ poſitus Scepuſienſis, teneat Equites 50. „ vel ſolvat	150

Ab-

Digitized by Google

	fl.
Abbates.	
„ Abbas S. Martini S. Montis Pannoniæ teneat Equites 32. aut det	1000
„ De Prioratu Auranæ poſſidet Caſtellum Chyorgo D. Comes Zrini, ratione cujus ſervet Equites 50. vel ſolvat ..	2000
„ Abbas Zalavarienſis Equites 100. aut ..	3000
„ Abbas de Kapornak Equites 50. aut ..	1500
„ Abbas Borsmonoſtra Equites 50. aut ..	1500
„ D. Thahi poſſidet Bona Abbatiæ Somogywár, & Capituli Albenſis, ratione quorum teneat Equites 50. aut ſolvat ..	1500
„ D. Comitiſſa ab Archo ratione Abbatiæ S. Gotthardi teneat Equites 100. aut pendat	3000
„ Capitulum Strigonienſe ratione Abbatiæ S. Benedicti de juxta Gron Equites 50. aut	1500
„ Abbas S. Benedicti de Rupibus Equites 12. aut	500
„ Abbatiæ Zeplak, Leben, Chorna, Rayk, Papocz, Ludan, Türe conferant Equites 32. aut	1000
„ Præpoſitura Leleſzienſis, ſi alicui conferetur, teneat Equites 50. aut ſolvat in pecunia	1500
„ Præpoſitus Miſlenſis Equites 15. aut ..	1000
„ Præpoſitura Bozok, quam Joannes, & Georgius Fanchy (tenet) Equites 50. aut in paratis	2000
„ Præpoſitus de Saagh Equites 20. aut	800
„ Præpoſitus de Thurocz Equites 50. aut pendat	1500

	fl.
Capitula.	
„ Strigonienſe ratione Capituli, & „ Præpoſiturarum Equites 100. aut in pe- „ cunia	3000
„ Capitulum Agrienſe, una cum Præ- „ poſito Equites 50. aut	1500
„ Capitulum Poſonienſe Equites 25. aut ..	800
„ Capitulum Nitrienſe Equites 25. aut ..	800
„ Capitulum Caſtriferrei cum Præpo- „ ſito Equites 25. aut	800
„ Capitulum Scepuſienſe Equites 12. „ aut	400
„ Capitulum Zagrabienſe Equites 100. „ aut	3000
„ Ordo Heremitarum per totam Hun- „ gariam, & Sclavoniam Equites 100. aut ..	3000
Barones.	
„ D. Andreas Báthori cum fratribus „ Equites 500. Pedites 400. vel in pecunia ..	15000
„ D. Gabriel Perényi totidem Equi- „ tes, & Pedites aut	15000
„ D. Comes a Zrinio totidem Equi- „ tes, & Pedites aut	15000
„ D. Comes a Salmis Equites 200. & „ Pedites 400. aut	6000
„ D. Stephanus Dobo Equites 500. & „ Pedites 400. aut	15000
„ D. Ladislaus, & Stephanus Bánffi „ Equites 400. & Pedites 300. aut	10000
„ Familia parvi Perény Equites 300. „ Pedites 200. aut	6000
„ DD. de Homonna Equites 500. & „ Pedites 400. aut	15000

„ DD.

	fl.
„ DD. de Rewa una cum Noverca „ Equites 200. & Pedites 100. aut	6000
„ D. Palatiniſſa una cum Ch'ph'ro de „ Nádasd Equites 400. Pedites 300. aut ..	12000
„ D. Franciſcus Batthyáni Equites 400. „ Pedites 300. aut	12000
„ D. Choron Equites 200. Pedites 100. „ aut	6000
„ D. Franciſcus Thewrewk Equites „ 100. & Pedites 50. aut	3000
„ D. Franciſcus Thahy ratione omni- „ um Bonorum ſuorum tam in Hungaria, „ quam Sclavonia habitorum Equites 100. „ Pedites 50. aut	3000
„ Joannes Gyulay Equites 100. & Pe- „ dites 50. aut	3000
„ D. Franciſcus Zay Equites 50. Pe- „ dites 25. aut	2000
„ D. Melchior Balaſſa cum Fratribus „ Equites 300. Pedites 200. aut	8000
„ DD. Fuggeri Equites 100. Pedites „ 50. aut	3000
„ D. Orzágh Equites 200. Pedites 100. „ aut	5000
„ D. Franciſcus Thurzo Equites 200. „ Pedites 100. aut	5000
„ D. Stanislaus Thurzo cum Fratribus „ Equites 200. Pedites 100. aut	5000
„ Relicta Seredy Equites 300. Pedites „ 200. aut	10000
„ Relicta Adami Ungnod Equites 300. „ Pedites 200. aut	10000

Digitized by Google

Comitatuum Nobiles.

„ Nobiles vero tam Hungari, Sclavi, quam Cro„ atæ tenentur viritim inſurgere penes S. C. Regiam„ que Majeſtatem.

Sub Ludovico II. Banderiorum, ſi unquam alias, continua fere fuit neceſſitas. Reperi in quadam coæva copia inter *Annalecta Seculi XVI. Hung.* Codice MS. Biblioth. Univerſitatis Hung. Peſtienſis Regeſtum eorum, quod licet quoad Prælatos cum eo, quod in Art. 1498. fere penitus congruat, quoad reliquos tamen completius hic referendum eſſe cenſui; pertinet autem ad aliquem annum ante 1504.

Nomina DD. Prælatorum, & Baronum, qui juxta tenorem Decreti Gentes tenere debent.

	Equit.
„ D. Archiepiſcopus Strigonienſis Ban„ deria duo, Equites	800
„ Archiepiſcopus Colocenſis Banderi„ um unum Equites	400
„ Agrienſis Banderia duo Equites ..	800
„ Waradienſis Banderium unum Equites..	400
„ Quinque Eccleſienſis Banderium „ unum Equites	400
„ Tranſylvanienſis Banderium unum „ Equites	400
„ Zagrabienſis Banderium unum Equi„ tes	400
„ Jaurienſis Equites	200
„ Weſprimienſis Equites	200
„ Vacienſis Equites	200
„ Chanadienſis Equites	100
„ Syrmienſis Equites	50

„ Ab-

	Equit.
„ Abbas Pechwáradienſis Equites ..	200
„ Abbas Waradini Petri Equites ..	200
„ Abbas Zeksardienſis Equites	100
„ Abbas S. Martini Equites	200
„ Carthuſienſes de Leweld Equites ..	200
„ Prior Auranæ Banderium unum ..	—
„ Abbas de Zobor Equites	50
„ Capitulum Strigonienſe Equites ..	200
„ Capitulum Agrienſe Equites	200
„ Capitulum Waradienſe Equites ..	200
„ Capitulum Tranſylvanienſe Equites ..	200
„ Capitulum Quinque Eccleſienſe „ Equites	200
„ Capitulum Bachienſe Equites ..	50
„ Præpoſitus Albenſis Major cum Ca-	100
„ pitulo ſuo, & Præpoſito minori ejusdem „ loci Equites	50
„ Præpoſitus Demeſienſis Equites ..	50
„ Præpoſitus Titulienſis Equites ..	50
„ Banderium Regale Equites	1000

„ Waywoda Tranſylvanienſis ex Officio „ Banderium unum.

„ Comes Siculorum ex Officio Bande- „ rium unum.

„ Banus Croatiæ ex Officio Banderium „ unum.

„ Comes Themeſienſis ex Officio Ban- „ derium unum.

„ Laur. Dux de Wylak.
„ Comit. Zepuſienſes.
„ Comites de Bozyn.
„ Comites de Frange- „ panibus.
„ Johannes Dragffy.
„ Johannes Bánffy de „ Lyndwa.
„ Georgius de Báthor.
„ Andreas de Báthor.
„ Johannes Ernywſich.
„ Petrus de Perén.

Equit.

„ Gabriel de Perén.
„ Steph. de Rozgon.
„ Antonius de Palocz.
„ Franc.deHomonna.
„ Ladis. de Kanyza.
„ Thomas Zechy.
„ Franciſcus Orzág.
„ Anthonius de Loſ-
„ ſoncz.
„ Sigis. de Lewa.
„ Gaſpar de Raska.
„ Sigiſmund. Bánffy.
„ Franciſcus de He-
„ derwára.
„ Petrus Erdewdy.
„ Dux Corvinus.
„ Petrus Gereb.
„ Mathias Pongrácz.
„ Johan. de Kanyza.
„ Petrus Groff.
„ Georg Pankyrcher.
„ Johan. Hellerbob.
„ Sigis. Kompolthy.
„ Andreas Both.
„ Johannes Hungor.
„ D. Margaretha
„ Zechy.
„ Comitiſſa a Salmis.

Anno 1505. Julius II. PP. indubie non congregatis, ſed tamen congregandis Venerabilibus Fratribus, ac dilectis filiis Prælatis, & Baronibus Regni Hungariæ ſcripſit Litteras, quibus eos laudat, quod Wladislao II. Regi contra Turcas viriliter adſtiterint. Alias item in eodem negotio dilectis filiis Univerſitati Nobilium Regni Hungariæ. Datum utriusque Romæ 30. Jan. 1505. Ex MSS. Romanis inter MSS. Steph. Kaprinai Fol. T. XIV. p. 147. Katona H. C. T. XVIII. p. 400. Ex Schmitth. Epiſc. Agrien. T. II. p. 205.

Ex Inſtrumento, quod Spieſs operis Dipl. T. II. ſeu continuat p. 287. ex copia coæva produxit, videri poſſet, A. 1505. jam pro Feſto Cathedræ B. Petri Diætam celebratam eſſe. Sunt autem Articuli conventionales inter Hedvigem Du-

Ducisſam Thesſinenſem, & Joannem Comitem Perpetuum Terræ Scepuſienſis ex una, nec non Beatricem Viduam Joannis Corvini Ducis ex altera parte de contrahendo Georgii Comitis filii prædictæ Dominæ Hedvigis cum Eliſabetha filia antefatæ Dominæ Beatricis matrimonio A. D. 1505. ubi ſequens eſt exordium:

„ item: ex quo inter alios Articulos, *in proxime* „ *præterita Diæta Feſti Kathedræ B. Petri* „ *Apoſtoli noviſſime transacti* per familiares utri- „ usque Partis, & Conſiliarios editos, & conclu- „ ſos inter cætera id diſpoſitum, & ordinatum „ fuerat, ut omnes Articuli tunc editi, & con- „ cepti per Partes firmiter deberent obſervari. “

Articuli, qui hoc loco commemorantur, non ſunt Articuli Diætales, ſed initi matrimonialis Contractus; quid autem per *Diætam* intelligatur, an nimirum Comitia Regni generalia, vel Tractatus, quorum utrumque nomine Diætæ in actis publicis indigitari ſolet, haud intelligo, ſed Comitiorum Anni 1505. Si is rite in Epigraphe Inſtrumenti dato deſtituti expreſſus eſt, pro Feſto Cathedræ B. Petri indictorum, aut celebratorum nullum aliud Veſtigium habemus, Contractus autem iſte inter perſonas quidem illuſtres, non tamen tales initus eſt, ut ea ſolum de cauſa Tractatus publicus ſolemniter habitus fuerit, ego vero non alios Tractatus nomine Diætæ inſigniri hactenus obſervavi, quam publicos, & ſolennes de Statu publico.

Inſtrumentum, quod in Veſt. Comitior. pag. 447. pro Veſtigio Conventus in Regno Sclavoniæ

An-

Digitized by Google

Anno 1505. celebrati commemoravi, continet ſimul Veſtigium celebrandæ generalis Congregationis Regni Hungariæ, & vel ideo, cum illius l. c. ſterilem notionem dederim, pleniorem hic ſubjungere volui. Scribit nempe Wladislaus II. Rex Bernardo de Thwrocz, quod cum poſt obitum Joannis Corvini Ducis, & Bani (die 4. Octobr. A. 1504. ſecutum) Andream Both, & Franc. Balaſſa in Bonis illis ſuffeciſſet, & ad occupandum Banatum miſiſſet, commiſiſſetque illis, ut generalem Congregationem Nobilibus Regni Sclavoniæ indicerent, & in ea, quæ ad defenſionem, & conſervationem ejusdem Regni pertinent; quæve eisdem nunciaſſet, aperirent, ipſe tamen Nobiles ſub pœna capitis inhibuiſſet, ne ad eam Congregationem adirent, & licet ad *ſupplicationem relictæ ejusdem quondam Ducis negotium hoc infra celebrationem generalis Congregationis DD. Prælatorum, & Baronum, ac Regnicolarum hujus Regni* (Hungariæ) *diſtuliſſet, & prorogaſſet*, cum tamen unum Banorum ad ſe vocaſſet, decreviſſe, ut Banatus occupatio fiat, & prout antea, ita & nunc una Diæta illis Regnicolis indiceretur, quam ne turbare deinceps præſummat, ſevere inhibet. Datum Budæ Feria IV. poſt Feſt. B. Ambroſii Epiſcopi A. 1505.

Regales, quibus Wladislaus II. Rex Cives Sopronienſes pro Diæta Feſto B. Michaelis Archangeli celebranda evocat, ex Originali authentico Archivi ejusdem Civitatis Sopronienſis deſumtæ ſequentes ſunt. *Pru-*

Prudentibus, & Circumſpectis Magiſtro Civium, ac Judici, & Juratis, ceteriſque Civibus, & toti Communitati Civitatis noſtræ Sopronienſis fidelibus nobis dilectis.

„ Commiſſio propria Domini Regis.

„ Wladislaus Dei Gratia Rex Hungariæ, & Bohemiæ.

„ Prudentes, & Circumſpecti, fideles nobis dilecti.
„ Quoniam nos his ſuperioribus diebus cum univerſis
„ Prælatis Dominis, ac Baronibus, Regnique Proce-
„ ribus conſtituti de futuro communi bono, perpetua-
„ que tranquillitate hujus Regni, omniumque Regni-
„ colarum conſultantes eorundem conſilio decrevimus,
„ ut ad proximum futurum Feſtum Beati Michaelis Ar-
„ changeli una univerſalis Diæta in omni tamen tran-
„ quillitate, & absque omni armorum ſtrepitu hic
„ celebretur. Ad quam univerſi Domini Prælati, &
„ Barones, ceterique Proceres, & Nobiles hujus Regni,
„ ſed & de quolibet membro, ac quibuslibet partibus
„ Sacræ Coronæ ſubjectis, Nuncii, & Oratores cum
„ plena facultate convenire debeant, quo jam tandem
„ tot, & tam frequentibus Congregationibus, & qui-
„ dem adeo gravibus, & ſumptuoſis finis, aut ſaltem
„ aliqua ſuspenſio, & vacantia dari poſſit, & Regnum
„ hoc conſequenterque vos omnes in bona pace re-
„ poni poſſitis, cum igitur vos de membro hujus
„ Regni ſitis, ejusque bonum, & conſervatio æque vos,
„ ac alios Regnicolas noſtros concernat, volumus, &
„ Fidelitati veſtræ harum ſerie firmiter committimus,
„ quatinus vos quoque de medio veſtri aliquos Nota-
„ biles unanimi voto eligere, eosdemque ad præfatum
„ diem Feſti Beati Michaelis huc ad nos cum plena
„ veſtra facultate, & auctoritate mittere modis omni-
„ bus, & in omnem eventum debeatis, nam ita ordi-
„ natum, & concluſum eſt, ita etiam nos omnino vo-
„ lumus, ut etiam vos inſtar aliarum liberarum Civi-
„ tatum noſtrarum, ad quas ſimiliter ſcripſimus, Nun-

„ cios,

Digitized by Google

„ cios, & concives veſtros ad ipſam Diætam mittatis,
„ quo communi omnium Regnicolarum noſtrorum
„ conſilio, & deliberatione, id quod ſalutarius utili-
„ usque huic Regno, vobiſque omnibus viſum fuerit
„ in tempore deliberare, & prerogare, & etiam con-
„ cludere valeamus. Aliud nulla ratione facere præ-
„ ſumatis. Datum Budæ Feria quarta proxima ante
„ Feſtum Beati Jacobi Apoſtoli Anno Domini Mille-
„ ſimo Quingenteſimo Quinto.

(L. S.)

Licet hic terminus celebrandæ Diætæ præfigatur, locus tamen non niſi per *hic* exprimitur. Fortaſſis id ſuperfluum eſſe videbatur, cum hac ætate ordinarie Peſtini, Budæ, aut in campo Rákos Comitia celebrata fuerint. Cæterum ætate recentiori a temporibus Ferdinandi I. licet plerumque Poſonii acta fuerint, ſemper tamen locus in Regalibus exprimitur. Sunt autem Comitia hæc in Profeſto B. Michaelis Archangeli in campo Rákos celebrata, & ad quintum decimum diem ejusdem termini protracta, quo famigerata illa Conſtitutio de non eligendo in Regem Forenſi edita eſt, quam tamen ego hoc loco repetendam eſſe non cenſui, cum alioquin a pluribus vulgata ſit, contentus ex ea Nomina Procerum, & Nunciorum, qui Comitiis illis interfuerunt deſumta referre.

„ Nos Thomas tituli S. Martini in montibus Sa-
„ cro Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Presbyter Cardinalis
„ Strigonienſis, Gregorius de Frangepanibus Colocen-
„ ſis, & Bachienſis Eccleſiarum Canonice unitarum,
„ Archiepiſcopi, ac Sigismundus Turzo Tranſylvani-
„ enſis, Georgius Varadienſis Cancellarius Regius,
„ Fran-

Digitized by Google

„ Franciſcus Jaurinenſis, Nicolaus de Csák Csanadien-
„ ſis, Nicolaus de Báthor Wacziensſis, Stephanus Ni-
„ trienſis Epiſcopi, & Joannes Orſzág electus Syrmi-
„ enſis, Eccleſiarum Prælati, ac Bartholomæus prior
„ Auranæ, Comes Dubicenſis, item Emericus de Pe-
„ rén Comes perpetuus Comitatus Abaujvarienſis, Re-
„ gni Hungariæ Palatinus, & Judex Cumanorum, Co-
„ mes Petrus, Comes de Sancto Georgio, & de Bo-
„ zin Judex Curiæ Regiæ, ac Waivoda Tranſylvanus,
„ Joannes de Zapolya Comes perpetuus terræ Scepu-
„ ſienſis, Dux Laurentius de Uylak, Joſa de Som Co-
„ mes Temeſienſis, ac partium inferiorum Capitaneus
„ generalis, Blaſius de Ráska Thavernicorum, Moyſes
„ Buzlai de Gergellaka Janitorum, Georgius de Bátor
„ Agazonum, Michael de Palocz Pincernarum, Joannes
„ Podmaniczky de Podmanin Cubiculariorum Regalium
„ Magiſtri, Antonius de eadem Palocz, Franciſcus
„ Comes de prædictis S. Georgio, & de Bozin, Ge-
„ orgius de Kaniſa Banus Nandor Albenſis, Joannes
„ Berizló Regni Raſciæ Deſpotus, Stephanus de Telegd
„ Theſaurarius Regius, Joannes Bebek de Pelsûcz,
„ Georgius Drágffi de Bewltewk, Thomas Szécſi de
„ Felsô Lindva, Michael Orſzág de Gut, Franciſcus
„ de Hedervára, Stephanus Rozgony de Mongyoros,
„ Joannes de Homonna, Sigismundus de Loſoncz,
„ Georgius Comes de Merczin, Andreas Both de Baj-
„ na, & Franciſcus Balaſſa de Gyarmat, Regnorum
„ Dalmatiæ, Croatiæ, & Sclavoniæ Bani Electi, Joan-
„ nes Petô de Gerſe Janitorum Regalium Magiſter,
„ Joannes Tarczai Siculorum, Ambroſius Sárkàny de
„ Akosháza, Poſonienſis Comites, Michael de Chák,
„ Joannes Bánffi de Loſoncz Barones, nec non Barna-
„ bas Bellai Zewrinienſis, Georgius More de Cſula,
„ Nador-Albenſis, Nicolaus Kende de eadem Cſula,
„ & de Szabácz Bani, Marcus Horváth de Kamicbáca
„ Caſtellanus Caſtri Budenſis, Emericus Török de
„ Enying, Michael de Pakos, Martinus Czobor de Czo-
„ bor

„ bor Szent Mihály, Michael de Zob, Paulus d
„ Magh Vice-Palatinus, Ludovicus Szerecſen de Meſ
„ tegneû Vice-Judex Curiæ Regiæ, Magiſtri Joanne
„ de Ellyevelgh Palatinalis, Stephanus de Werbôcz Ju
„ dicis Curiæ Regiæ, & partium Regni Tranſylvana
„ rum, Matthæus de Mezögyan, & Franciſcus de Ma
„ rocha Perſonalis præſentiæ Regiæ Majeſtatis Proto
„ notarii, nec non Michael Imreffi, de Szerdahely
„ Andreas Litteratus de Bancha, Comes Csongradien
„ ſis, Osvaldus Korláthkûi, Caſtrorum Tata, & Co
„ maromienſis Caſtellanus, Nicolaus Zólyomy de Al
„ bes, Nicolaus Székely de Kevend, Ladislaus d
„ Kis-Várda, Nicolaus Hagymáſi de Berekzô, Alber
„ tus de Rákos; Item Stephanus Kefferû de Gybárd
„ Ladislaus de Szent Péter de Walkó, Franciſcus Her
„ czeg de Zekcsô, Stephanus Iſtvánffi de Kiſſ Aſzſzony
„ falva, Joannes Bika de Teremhegy, Georgius Or
„ bonáz de Kraſsófeû, Leonardus Dacho de Eûr d
„ Baranya, Stephanus de Korotna, Joannes Janch
„ de Gordova, Ladislaus Lengyel de Tóthi, Joanne
„ Kálmán de Innakod Semigienſis, Franciſcus Bodó
„ de Györgyi, Paulus, & Nicolaus de Dombo, Ge
„ orgius Szerechen de Meſztegnyô, Nicolaus de Mor
„ ga Tolnenſis, Thomas de Artánd, Nicolaus de Tor
„ da, Michael de Tóld, Joannes de Bajon, Nicolau
„ de Mochthó Biharienſis, Georgius de Kerechen
„ Blaſius de Chán, Andreas Kaczer de Lak Szaladienſis
„ Georgius de *Siûrke*, (Sitke) Ladislaus Sibrik de
„ Szarvaskend Caſtriferrei, Franciſcus de Eſſegvár
„ Georgius de Hoſzutóth, Lazarus de Hathalom, Joan
„ nes de Ajka Veſprimienſis, (Stephanus Csáky, Mi
„ chael Loranek Sopronienſis,) Georgius de Néma
„ Blaſius Légandi Jaurinenſis, Georgius de Illyésháza, Lu
„ dovicus de Kemend Poſonienſis, Gregorius Erdeûs Al
„ benſis, Joannes Megy Sedis Sold, Joannes Balogh
„ de Fiûr, Joannes Vas de Vasdinye Comaromienſis
„ Clemens Roſon Trenchinienſis, Matthæus de Kubin
de

Digitized by Google

, de Arva, Chriſtophorus Tarnóczi de Túrócz, Tho-
, mas Tormai Liptovienſis, Georgius Maſinczki Zoli-
, enſis, Stephanus Máriáſi de Markusfalva, Georgius
, *Thernei* Scepuſienſis, Georgius Forgách de Gimes,
, Benedictus de Tapolcsán, Michael de Salgó Nitrien-
, ſis, Ladislaus de Kálna, Georgius Baronjai Barſien-
, ſis, Blaſius de Ság, Osvaldus de Szánto (Zapolya)
, Georgius *Radnot* de Terjen, Sigismundus Kartali de
, Nemhi Neogradienſis, Paulus de Kôvár, Georgius
„ Mocskor de Nyenye, Ladislaus Csehi, Johannes Ba-
„ kos de Osgyán Hontenſis, Nicolaus Etelej de Siûl,
„ Michael Kendereſi de Gyál, Magiſter Adam de Hor-
„ váthi Peſtienſis, Stephanus de Thah, (Iſzás) Caspar
„ Cſiko de Pomaſz Piliſienſis, Franciſcus de Paſztheû
„ Strigonienſis, Joannes de Csetnek, & Dominicus
„ de Páſztov, Gallus de Bellyén Heveſſienſis, Nico-
„ laus Lorántffi de Serke, Franciſcus de Rima-ſzécs,
„ Joannes de Feled (Semlôt) Gômôrienſis, Franciſcus
„ Gyulaffi de Kaza, Stephanus de Réchk Borſodienſis,
„ Petrus Thurzó de Bethlem-falva, Ladislaus de Fan-
„ chal Abaujvarienſis, Chriſtophorus de Pan, Geor-
„ gius de Csap Zemplinienſis, Matthæus de Zvinya,
„ Sebaſtianus de Segnye de Sáros, Dominicus Dobó
„ de Ruſzka, Nicolaus de Strite de Ung, Ladislaus
„ Jakehy de Kaſzon, Blaſius de Namény, Martinus
„ de Dárocz de Bereg, Georgius de Ujhely, Ni-
„ colaus de Békény de Ugocſa, Joannes Getcs,
„ Joannes Bertnai Marmaroſienſis, Bartholomæus de
„ Chahol, Georgius de Gatal, Joannes Szepeſſy
„ Szathmarienſis, Nicolaus de Sármaság, Thomas
„ de Bénje Szólnok mediocris, Jeronimus de Illosva
„ de Kraſzna, Melchior de Parlak, Clemens Dérſi
„ de Petri, de Zabolch, Sebaſtianus, & Petrus Ábra-
„ hámfi de Gerla, Ladislaus de Ladán de Bikes, La-
„ dislaus Vas de Gyalu, Philippus de Bán-réve, Joan-
„ nes de Veſen Szolnok exterioris, Bernadus Lépes de
„ Váraskeſzi, Andreas Horvát de Zarand, Antonius
„ Derſſi

„ Derſſi de Petri de Zaránd, Bartholomæus Patóczi „ de kechkeméth, Petrus de Ravazd, Nicolaus Akos „ de Keſzi, Stephanus Kender de Iványháza Orodien- „ ſis, Ladislaus de Telegd, Gregorius Makó de Ma- „ kófalva, Lucas de Kutas Csanadienſis, Ladislaus de „ Gyarmath Temeſienſis, Bartholomæus Kerei de To- „ rontal, Michael de Kendereſz, Franciſcus Zoltai Ba- „ cſienſis, Andreas Peres, Joannes de Doroſzló de „ Bodrog, Gregorius de Docz, Gregorius Peſtényi de „ Martonos, Stephanus de Sövényháza Csongradienſis, „ Nicolaus de Szelnatacs, Sigismundus Rátkai de Po- „ ſega, & Michael Petrovich de Orbaſz Comitatuum „ prædicti Regni Hungariæ Nobiles, Proceresque, & „ Primores ejusdem Regni univerſi, in præſenti Diæta, „ & Conventione noſtra generali in campo Rákos, de „ mandato præfati Domini noſtri Wladislai Regis, in „ Profeſto Beati Michaelis Archangeli proxime præ- „ terito celebrata conſtituti, & exiſtentes. Datum „ in campo Rákos prædicto, quinto decimo die Con- „ gregationis noſtræ generalis antedictæ A. D. 1505.“

Petrus de Reva in opere de Monarchia, & S. Cor. Centur. VI. p. 699. teſtatur:

„ Hujus Conventus generalis Decretum, & ſi non „ reperitur in uſitato Decretorum Wladislai nu- „ mero, tamen ſequentibus annis, nempe 1507. „ fuit mentio illius, & confirmatio.“

Quam vellem hujus rei diplomaticum pro- duci indicium! nam de ipſius Anni 1507. Ar- ticulorum approbatione nondum ſatis genuine conſtat, imo approbatos non fuiſſe teſtimonia li- cet ſequioris ætatis, & indicia exſtant. Atque hinc etiam liquido patet, quanta nos, ſcitu licet neceſſaria, defectu actorum Diætalium ignorare oporteat.

Ce-

Ceterum Wladislai Regis reſenſum quoad iſta Comitia, & Conſtitutionem in illis editam nuspiam reperio, licet in ſuis Diplomatibus Diætæ hujus, juſſu ſuo celebratæ, frequentius meminerit, vel ti ſequenti clauſula:

„ In Diæta, ſive Conventione Regnicolarum iſtius
„ Regni noſtri Hungariæ generali, per nos eis-
„ dem, pro Feſto B. Michaelis Archangeli pro-
„ xime præterito generaliter indicta, & celebra-
„ ta. - - - Dat. Budæ Feria V. prox. ante Feſtum
„ B. Lucæ Evang. A. D. 1505.

Aliud Veſtigium horum Comitiorum habetur n quodam Inſtrumento Emerici de Perén Regni Palatini ſequenti clauſula conſignatum:

„ Quod nobis in præſenti Diæta, ſive Congregatio-
„ ne generali univerſorum DD. Prælatorum, Ba-
„ ronum, & Regni Nobilium, pro Feſto B. Mi-
„ chaelis Archangeli proxime præterito prope
„ Civitatem Peſtienſem in campo Rákos de Regio
„ edicto celebrata Budæ conſtitutis &c. Dat. Octa-
„ vo die Congregationis prætactæ A. D. 1505. "

Aliud Veſtigium horum Comitiorum, & in llis præter famigeratam illam Conſtitutionem de on eligendo deinceps forenſi Principe in Regem lungariæ, conditi, ac per Regem confirmati Decreti, cujus textu hactenus deſtituimur, exſtat in rt. I. A. 1507.

„ Ut Judicia, & Judiciariæ Deliberationes fruſtra
„ de cetero ne fiant, ſed Actor, obtento jam ju-
„ re ſuo, quod aquiſivit, & cauſam exinde ſuſci-
„ tatam ad finem usque perduxit, infallibiliter
„ potiatur, ſtatutum eſt (prout etiam in Diæta
„ Feſti B. Michaelis Archangeli in Anno Domini

Digitized by Google

„ 1505. evoluto concluſum, & per Regiam Ma
„ jeſtatem approbatum erat) quod a modo d
„ cetero, dum & quandocunque in aliqua cauſ
„ finalis executio fieri, & ulterior Proceſſus i
„ proſecutione ipſius cauſæ requiri non debebit.

A. 1506. Comitiis Albæ Regiæ celebratis ceteros inter, qui Oratoribus ad Maximilianur Imp. expeditis plenam agendarum rerum poteſta tem Litteris jam in Veſtigiis Comitior. p. 353 commemoratis dederunt, ſequentes interfuiſſe ex iisdem Litteris eruuntur:

„ Nos Thomas miſeratione divina tit. S. Marti
„ ni in Montibus SS. R. E. Presbyter Card. Strigonien
„ Summus, & Secretarius Regius &c. ac Sigiſm. Thur
„ zo Varadien. Franciſcus Jaurien. Nicolaus de Chaal
„ Chanadien. Eccleſiarum Epiſcopi, nec non Bartho
„ lomæus Prior Auranæ; item Emericus de Perén
„ Perpetuus Comes Abaujvarien, & Regni Hung. Pa
„ latinus, Joannes de Zapolya ſimiliter Perpetuus Co
„ mes terræ Scepuſien, Joſa de Som Comes Themeſien
„ ac partium Regni Hungariæ Inferiorum Capitaneu
„ generalis, Blaſius de Raska Thavernicorum Regali
„ um Magiſter, Benedictus de Batthyán Theſaurariu
„ Regius, Joannes Deſpotus Regni Raſciæ, Georgiu
„ de Báthor Agazonum Regalium Magiſter, & Co
„ mes Simighienſis, Michael de Palocz Pincernarum
„ Regalium Magiſter, Joannes Podmaniczky Cubicu
„ lariorum Regalium Magiſter, Michael Orſzág de
„ Guth, Stephanus de Rozgon, Joannes Dragffy de
„ Belthewk, Emericus Deeſy Dapiferorum Regaliun
„ Magiſter, Steph. de Telegd, Georgius More Banu
„ Caſtri Nandoralbenſis, Georgius de Streſemly
„ Banus de Zrebernyk, Joannes Bánffy de Bolondoch
„ Emericus Thewrewk de Ennyng, Emericus, & Mar
„ tinus Czobor, Franciſcus Beryzlo de Graborya, al

ter

Digitized by Google

ter Franciſcus Balaſſa de Gyarmath Prælati, & Barones, ac Nobiles, & Proceres totius hujus Regni Hung. nunc apud Majeſtatem Regiam in Civitate Albaregali conſtituti, totum Regnum Hung. repræſentantes. "

Inter Annalecta Seculi XVI. Hung. MS. coæo Bibliothecæ Univerſitatis Hung. Peſtini habenur Maximiliani Rom. Regis ad Wladislaum Reem Litteræ, quibus eidem ad querelas, contra uos Armigeros ſibi perſcriptas reſpondet, ſeque leclarat, injuriam ſibi in Conventu Rákoſienſi Anno ſuperiore illatam nequaquam inultam perniſſurum. Dat. 15. May. A. 1506.

Anno 1507. Wladislaus II. in Litteris Regalibus mox producendis, quibus Civitatem Soproienſem ad Diætam quinta decima die Feſti B. Georgii 1508. Budæ celebrandam pro coronatione filii ſui Ludovici II. in Regem Hungariæ Budæ in Feſto B. Gregorii PP. A. D. 1508. datis evocat, memorat Diætam Anno ſuperiori, nempe hoc 1507. tempore Feſti B. Georgii Martyris, itemque poſtea infra Octavas S. Michaelis Archangeli proxime ſubſecutas celebratam, & negotium coronationis Ludovici ad tempus S. Georgii proximum, ad Conventionem generalem Budæ celebrandam, prorogatum eſſe; obſervari hic volui, ex contextu harum Regalium, & clauſula illa: *itemque poſtea infra Octavas S. Michaelis Archangeli* non poſſe inferri, quod infra Octavas S. Michaelis Archangeli Anno 1507. Diæta celebrata fuerit, ſed tantum quod ſub Judiciis Octava-

libus eotum pluribus Prælatis, Baronibus, & Pro ceribus penes Majeſtatem Regiam conſtitutis, d coronatione Ludovici filii in Regem actum ſit atque hinc diſcimus, quod etiam ex aliis pluribu Diplomatum locis, ſi rite ſumantur, confirmar poteſt, occaſione Judiciorum Octavalium non tan tum cauſas deciſas fuiſſe, ſed etiam de publicis & politicis negotiis actum, & conſultatum eſſe adeoque etiam in ſolennizatione S. Stephani, ut ſuo loco adnotavi, præter Juridica, etiam Politi ca negotia tractata fuiſſe, unde iterum aliquid lu cis quaſi per rimam accedit, cujus ope in expli canda ratione, quæ olim in adminiſtratione Reip apud Hungaros, & capiendis de ea quotidiani conſiliis apud eorum Reges obtinuit, aliquanto magis progredi poſſumus. Exterorum cauſa & i adnotaſſe haud ſuperfluum videbitur, apud no in Hiſtoricis, & cumprimis Diplomaticis monu mentis *Octavas* non ſemper pro ſequente Octi duo alicujus Feſti accipi, ut in Stylo Eccleſiaſti co uſuvenit, ſed pro Judiciis, quæ poſt Octavam talis Feſti per ipſum Regem, Palatinum, aut alio Judices ordinarios, vel ex lege poſitiva, vel e diſpoſitione Diætali, vel denique ex mandato Re gis celebrari ſolebant, longum hic eſſet objectum hoc accuratius deducere, aut eos characteres ſta tuere, ex quibus dignoſci poſſit, quando per *Octa vas* Octiduum, & quando Judicia intelligenda ſint Quantum obſervavi, ſi Octavæ ſimpliciter pona tur, niſi aliud adjuncta determinent, pro Judicii

haben-

habendæ ſunt, præſertim ſi vox *Feſti* deſit. Octava ingulariter nunquam Judicia, ſed ſemper proximum Octiduum, aut diem Octavam ſignificat.

Quoad Decretum in his Comitiis editum in Codice MS. Bibliothecæ Cæſareæ Vindob. in Claſſe Codd. Juris Civilis N. 187. qui olim Stephani de Illosva fuit fol. 222. notantur ſequentia:

„ Articuli XXI in campo Rákos formati fuerunt
„ de diverſis Regni negotiis parvam utilitatem
„ afferentes A. D. 1507. quos hic prætereo, quia
„ nil facere ad rem videntur, exceptis tribus
„ Articulis in fine notatis (nempe Art. II. X. &
„ XV.) De præmiſſorum Articulorum confirma-
„ tione minime conſtat.

Interim Decretum hoc in eodem Codice totum habetur folio 5. ſed Diploma confirmatorium etiam hic deſideratur, ut in Corpore Juris Hungarici. In Codice autem MS. alio Anni 1570. continente præciſe Decreta Wladislai II. quem in ſubſidiis recenſebo, Articuli iſti Anni 1507. penitus deſiderantur, quemadmodum in aliis pleriſque vetuſtioribus Codicibus MSS. extra ſeriem reliquorum Decretorum ponitur, & in Codice Kolleriano pag. 405. refertur ſub ſequenti notabili Epigraphe:

„ Articuli in campo Rákos in Diæta Feſti B. Geor-
„ gii M. Anno D. 1507. *reformati.*

Nuſpiam autem hactenus ſeu in Codicibus MSS. quorum plures evolvi, ſeu inter Monumenta diplomatica reperi Diploma illorum confirmatorium, imo ne talem quidem Diplomaticum

 tex-

Digitized by Google

textum, in quo ad Decretum hujus anni provocaretur, multo minus, ubi illud approbatum fuiſſe referretur, quod tamen de pluribus Ludovici II. Decretis ſuo loco referam.

Et horum Anno 1507. & aliorum A. 1516. celebratorum Comitiorum Veſtigia occurrunt in quodam Inſtrumento tranſumtivo ſequentibus:

„ Nos Wladislaus Dei Gratia Rex Hungariæ, Bohemiæ „ &c. Memoriæ commendamus, tenore præſentium „ ſignificantes, quibus expedit univerſis, quod nobis „ in præſenti Diæta, ſive Conventione generali univerſorum DD. Prælatorum, Baronum, & Regni „ noſtri Nobilium pro Feſto B. Georgii M. proxime præterito, juxta contenta generalis Decreti noſtri ſuperinde editi, & ſtabiliti in campo Rákos celebrata una cum eisdem DD. Prælatis, Baronibus, & Regni noſtri Nobilibus „ Budæ conſtitutis, & exiſtentibus. - - - Datum „ Budæ prædicta, duodecima die termini prænotati. A. D. 1507. "

„ Quas nos &c. - - - Datum Budæ prædicto, decimo „ quarto die Congregationis prænotatæ A. D. 1516."

Hoc eodem Anno 1507. circa medium Menſis Auguſti celebrati ſolennis Conſilii Regii Veſtigium exſtat in Litteris Wladislai Regis, ſuper quibusdam Privilegiis VII. montanarum Civitatum, quarum Fragmentum Katona Hiſt. Crit. T. XVIII. p. 518. produxit. Ego initium earum hoc loco vel ideo proferendum eſſe duxi, quod eo & nomina Conſiliariorum recenſeantur, & alioquin de Conſiliis Regiis in Hiſtoria Status Reip. Hungaricæ parum conſignatum ſit. Ne quis autem exiſtimet, ea Octavalia Judicia fuiſſe, patebit e pro du-

ducendis mox ad ſequentem Annum Regalibus, ea non Menſe Auguſto, ſed Octobri hujus Anni celebrata ibidem Octavas S. Michaelis appellari. Eſt autem prædictarum Litterarum ſequens initium:

„ Nos Wladislaus - - - Memoriæ commendamus
„ — quod nobis Feria IV. prox. poſt Feſtum Aſſum-
„ tionis B. M. V. una cum Reverendiſſimo, ac Reve-
„ rendis in Chriſto PP. DD. Thoma tit. S. Martini in
„ Montibus SS. R. E. Presbyt. Card. Archiepiſcopo
„ Strigonien, ac Summo, & Georgio Quinque Eccle-
„ ſienſi Secretario Cancellariis noſtris, Sigismundo
„ Varadienſi Joanne Vacien. Michaele Boſnen. Eccle-
„ ſiarum Epiſcopis: item Spect. ac Magnif. Emerico
„ de Perrn Comite Perpetuo Abaujvar. ac dicti Re-
„ gni noſtri Hung. Palatino, & Judice Comanorum,
„ Comite Petro Comite de S. Georgio, & de Bozyn
„ Judice Curiæ noſtræ, nec non Waywoda Partium
„ Regni noſtri Tranſylvanarum, & Comite Siculorum,
„ Blaſio de Raska Thavernicorum, Moyſe Buzlay de
„ Gergellaka, Curiæ noſtræ Regiæ, & Emerico de
„ Dees Dapiferorum noſtrorum Regalium Magiſtris,
„ Bened. de Batthyán Theſaurario noſtro, Georgio de
„ Kanyſa alias Bano noſtro Nandoralbenſi, Joanne
„ Bornemiſza de Berzencze Caſtellano Caſtri noſtri
„ Budenſis; nec non Egregiis Magiſtris, Franciſco de
„ Marocha, & Matheo de Mezeogyan, Perſonalis
„ Præſentiæ noſtræ; Joanne de Etyewelgy Palatinali, &
„ Stephano Werbeocz dicti Judicis Curiæ noſtræ Pro-
„ tonotariis, ac Stephano Keſerew de Gybart Vice
„ Palatino, item Michaele de Zob, Georgio Zerechen
„ de Mezthegnyew, Balthaſare de Batthyán, Paulo de
„ Dombo, Stephano Gyulaffi de Ratold, Sigismundo
„ Pogán de Cheb, Joanne de Chytnek, altero Joanne
„ Byka de Terembegy, Georgio de Gachal, Nicolao
„ Ethele de Lewl, Ladislao Lengyel de Thoothy, &
„ Blaſio de Kere Conſiliariis, ac Sedis noſtræ Judicia-

„ riæ Juratis Aſſeſſoribus, aliisque Conſiliariis, & Se-
„ cretariis noſtris in nonnullis arduis negotiis, & ex-
„ peditionibus hujus Regni noſtri hic in Caſtro Bu-
„ denſi in Conſilio conſtitutis, & exiſtentibus pruden-
„ tes, & circumſpecti - - - noſtræ Majeſtatis, ac di-
„ ctorum Dominorum Prælatorum, Baronum, Magiſtro-
„ rumque Prothonotariorum venientes in præſentiam.“

Anno 1508. Wladislaus Comitia Budæ ad vigeſimum diem Feſti B. Georgii M. ſequentibus Regalibus Litteris ad Civitatem Soproninenſem expeditis indixit, quas ex Originali Archivi ejusdem Civitatis mecum communicato deſumſi.

„ Prudentibus, & Circumſpectis Magiſtro Civium,
„ ac Judici, & Juratis Civibus, totique communi-
„ tati Civitatis noſtræ Sopronienſis fidelibus no-
„ bis dilectis.

„ Commiſſio propria Domini Regis.

„ Wladislaus Dei Gratia Rex Hungariæ, & Bo-
„ hemiæ &c.

„ Prudentes, & Circumſpecti, fideles nobis di-
„ lecti. Conſtare vobis poteſt, quod in anni ſuperio-
„ ris Diæta, tempore ſcilicet B. Georgii Martyris, ad
„ quam complures etiam aliorum Regnorum noſtro-
„ rum Prælati, Barones, & Proceres convenerant;
„ itemque poſtea infra Octavas Sancti Michaelis Ar-
„ changeli proxime ſubſecutas voluntatem noſtram,
„ & deſiderium de coronando Illuſtriſſimo Domino
„ Ludovico filio noſtro, præcipue ſubditis aliorum
„ Regnorum noſtrorum ita petentibus, his, qui tunc
„ ex Dominis, & Aſſeſſoribus aderant, declaravimus.
„ Quam rem tunc iidem Domini, ſed, & Aſſeſſores
„ cum aliis una prorogarunt ad tempus Sancti Geor-
„ gii proximum ad Conventionem generalem tunc hic
„ Budæ celebrandam. Cum igitur tempus jam appro-

„ pin-

„ pinguet , & vos æque , ſicuti cæteri fideles noſtri,
„ ad quos ſcripſimus de membro hujus Regni litis,
„ interſitque vobis quoque, ut pro tunc aſſitis. Hor-
„ tamur vos, & committimus vobis, ut aliquot de
„ medio Veſtri cum plena veſtra facultate, & aucto-
„ ritate eligere, electosque ad vigeſimum diem præ-
„ dicti Feſti Beati Georgii Martyris huc Budam ad nos
„ pro decore, & honore noſtro, & ipſius filii noſtri
„ mittere debeatis, qui Diætæ prædictæ una cum aliis
„ Regnicolis noſtris interſint, & rebus agendis, quan-
„ tum in eis erit, fideliter conſulant: ſecus non factu-
„ ri. Datum Budæ in Feſto B. Gregorii Papæ Anno
„ Domini Milleſimo Quingenteſimo Octavo.

(L. S.)

Aſſervatur adhuc in Archivo ejusdem Civi-
tatis Sopronienſis Ferdinandi I. Mandatum intuitu
perquirendarum antiquarum Litterarum illarum,
quibus Wladislaus II. Rex Hung. Publicum il-
lum Regni Conventum indixit, in quo filium ſu-
um Ludovicum in Regem Hung. coronari cura-
vit, & reſpectu Parium illarum authenticæ ſub-
miſſionis Anno 1561. ad eandem Civitatem miſ-
ſum. Si ætatem editi hujus Mandati expendamus,
facile advertemus, Paria illarum Regalium ideo
petita fuiſſe, quia & tunc erat intentio Maximi-
lianum in Regem eligendum, & coronandum Re-
gnicolis proponere, prout factum eſt A. 1563.
quod ex combinatione Regalium illius anni cum
his luculentius patebit. Et hoc factum hiſtoricum
ſufficiet ad me excuſandum apud illos, quibus tot
Regales in multis conſonantes referendo ſuperflue

Opus

Digitized by Google

Opus hoc onerare videri poſſem, quarum certe continuam, & completam ſeriem, ſi ſuccederet, in his Veſtigiis, Supplemento, & Deo volente Auctario aliquando edendo collectam poſteris relinquere vellem.

Katona Hiſt. Crit. T. XVIII. p. 549. producit ex autographo Inſtrumentum Wladislai in facto tributorum Præpoſituræ de Ságh cum Civitatibus montanis controverſorum. Datum Budæ in Feſto BB. Viti, & Modeſti MM. Anno D. 1508. ubi ſequens clauſula occurrens Veſtigium Comitiorum continet.

„ Quamvis nos his ſuperioribus diebus ſerie aliarum
„ Litterarum noſtrarum præceptoriarum vobis man-
„ daverimus, ut vos - - - contra - - - Cives,
„ & montaniſtas - - - quinto decimo die Feſti
„ B. Georgii M. - - - coram noſtra Majeſtate
„ comparere debuiſſetis, & tandem ipſo termino
„ adveniente vos, & ipſi quoque Cives noſtri jux-
„ ta prætacta Mandata noſtra Regia, coram Ma-
„ jeſtate noſtra comparuerint, tamen nos magnis
„ admodum, & arduis negotiis hujus Regni no-
„ ſtri, & etiam noſtris, potiſſime in facto ſolen-
„ nitatis felicis coronationis Sereniſſimi Principis
„ D. Ludovici Regis filii noſtri cariſſimi, in Diæ-
„ ta, ſeu Congregatione generali Regnicolarum
„ noſtrorum, in campo Rákos celebrata, quæ
„ omnia ſcimus vos non latere, occupati cauſas,
„ & differentias hujusmodi - - - revidere non
„ potuimus. "

Idem Katona Hiſt. Crit. T. XVIII. p. 547. producit ex Magazino Hung. T. I. p. 475. Diploma Wladislai R. ratione vectigalium, & com-

mer-

mercìorum Civit. Poſon. Bud. Sopron. & Tyrnav. Datum Budæ in Feſto Joann. Bapt. A. D. 1508. in quo ſequens habetur coronationis, ſeu ſolennium Inauguralium Ludovici II. Veſtigium.

„ Quum igitur his diebus celebrationes felicis coronationis Sereniſſimi Principis, & Domini D. Ludovici Regis filii noſtri chariſſimi in Civitate noſtra Alba Regali felicibus auſpiciis peregiſſemus. “

Hæc duo Veſtigia diplomatica probe diſtinguunt inter Comitia, & Solennia coronationis. Primum confirmat Comitia, in quibus non de electione, cum unicus alioquin filius Regis fuerit indubius Succeſſor, ſed de adeo matura coronatione Ludovici actum, & conſultatum fuerit, ad Peſtum in campo Ràkos celebrata eſſe; alterum aperte docet Solennia coronationis illius Albæ Regali peracta fuiſſe. Hinc tamen minime concludendum eſt, hæc diverſa fuiſſe Comitia, alia in campo Rákos, alia Albæ Regali acta; nam Albam velut ad locum ſolennibus Inauguralibus deſtinatum nonniſi ad aliquot dies pro peragenda coronatione Buda, & Peſtino excurrerunt, quod occaſione plerarumque coronationum factum eſt, quin Comitia ipſa ibi agerentur. Iſtud in Hiſtoria Comitiorum probe notandum eſt, ne continuo ſingula Inauguralia Comitia Albæ celebrata fuiſſe exiſtimentur, quoties Solennia coronationis ibi peracta eſſe legimus, niſi tali occaſione gemina Comitia ſtatuamus, alia, quibus negotia Regni publica

ca tractantur, & Leges conduntur, alia, quibus ſolennia Inauguralia peraguntur. Re ipſa diſtinctioni huic fundamentum præbent plura Veſtigia diplomatica, quæ jam protuli, dum nempe ſtantibus, imo magna parte jam protractis Comitiis pro coronatione quaſi nova indicuntur, quod adhuc Anno 1790. factum eſt, dum felicis memoriæ Leopoldus II. Imp. & Rex protractis diu Comitiis Budæ Status, & OO. Poſonium velut pro novis Comitiis evocavit, uti e contextu patet. Sed ut ad propoſitum Annum 1508. redeamus.

Præter iſta Rákoſienſia Comitia, & Albenſia ſolennia Inauguralia eodem anno mox iterum Conventum generalem Regni ad Feſtum B. Joann. Bapt. celebrandum fuiſſe, patet ex Litteris Maximiliani Imp. ad Wladislaum datis, dum Cuſpinianum Oratoris nomine ad eundem expediret, quas ex Pray Annal. P. IV. p. 332. Katona Hiſt. Crit. T. XVIII. p. 529. in parte refert, ubi habetur.

„ Arbitrati fueramus, ſicuti nobis relatum fuerat, „ Serenitatem Veſtram ad Feſtum S. Joannis Bapt. „ proxime decurſum celebraturam Conventum „ totius Regni ſui, ad quem volebamus deſtinare „ Oratores noſtros, ad tractandum cum ea multa „ prius incepta, bonum, gloriam, & dignitatem „ ſuam, & totius Coronæ illius concernentia. Sed „ cum id ob novos motus importunos Turcorum, „ qui jam contigerunt, ſit interruptum, & ipſa „ in perſona propria pro magnitudine animi ſui

„ ſuſci-

„ ſuſcipere voluerit expeditionem contra Turcos
„ &c.

Wladislaus II. in Litteris Budæ in Feſto B. Joannis Baptiſtæ A. 1508. ad Comitatum Szaladienſem intuitu præſtandi unius floreni diætaliter reſoluti ſubſidii ſequentia habet.

„ Scitis, & bene meminiſſe poteſtis, qualiter in
„ proxime præterita Diæta, pro vigeſima ſcilicet
„ Die Feſti B. Georgii M. in campo Rákos ce-
„ lebrata. “

Igitur hæc Diæta non Budæ, qui locus in Regalibus præfixus fuit, ſed in campo Rákos re ipſa vigeſima die, non decima quinta Feſti S. Georgii ut anticipata fuit. Sed non niſi ad ſummum intra diem 15. Maii & 20. Junii duraverit, & fors longe breviori tempore, cum credibile non ſit, Wladislaum Mandata de ſubſidiis conferendis, in Comitiis applacidatis ad Comitatus prius expediviſſe, quam Ablegati Diætales ad ſua redire potuerint.

In quodam Inſtrumento authentico reperi Veſtigium Comitiorum Anni 1508. ſequenti clauſula comprehenſum.

„ Quod nobis Feria III. proxima ante Feſtum B.
„ Urbani Papæ proxime præteritum, in præſenti
„ videlicet Diæta, ſeu Congregatione generali
„ univerſorum DD. Prælatorum, Baronum ac
„ Regni Nobilium pro 20. die Feſti B. Georgii
„ M. proxime præteriti prope Civitatem Peſtien-
„ ſem in campo Rákos de Regio Edicto celebra-
„ ta Budæ conſtitutis, & exiſtentibus - - - Dat.
„ Budæ quarto die termini prænotati A. D. 1508.

Se-

Digitized by Google

Serius hoc Anno rumorem de celebrandis iterum initio ſequentis Anni 1509. Comitiis ſparſum fuiſſe, colligitur ex quibusdam Litteris Emeric de Perén Comitis & Palatini, ad Georgium de Kaniſa Croatiæ Banum ex caſtro ſuo Valpo in Feſto B. Thomæ E. & M. datis, in quibus eidem cetera inter, etiam ſequentia ſcribit.

„ Ubi autem V. Magnif. ſcribit, ſuam Majeſtatem „ aliquam Congregationem facere velle audiſſe, „ huic V. M. Fidem adhiberi non velit, quia „ nullam Diætam, ſeu Congregationem ſua Ma- „ jeſtas in præſentiarum facere intendit; hinc eſt „ enim, ut ſuperius ſcripſimus, nos graviter ac- „ cepiſſe, quod V. M. nos ſuis mediantibus Lit- „ teris viſitare non fecit, quia ſi eadem ad nos „ transmiſiſſet, iſta omnia eidem patefeciſſemus; „ licet enim, & nos in antea ignoraverimus, ta- „ men ſua Majeſtas exitive nobis ſcripſit, videli- „ cet de Nagy-Zombath, quod ſua Majeſtas in „ futuro Feſto B. M. V. Pragæ conſtituere, & „ ibi filium ſum D. Ludovicum Regem cum Co- „ rona Regni Bohemiæ coronari facere vellet. “

Et tamen Anno 1510. re ipſa Comitia, indubie pro Feſto B. Georgii M. deſtinata ſed ob negotiorum multitudinem, & maturitatem ad Feſtum B. Gregorii Papæ, & Confeſſoris in Civitate Strigonienſi celebranda conſtituta fuiſſe, patet e Fragmento Regalium ad Saxones Tranſylvanienſes A. 1510. datarum, quod A. 1790. in libello: Der Verfaſſungszuſtand der Sächſiſchen Nation in Siebenbürgen, p. 32. editum eſt. Refero illud ad hunc Annum, qui &

l. c.

c. eidem tribuitur, quamvis non ſatis certus m, an rite.

„ Mirifica eſt omnium Principum Chriſtianorum „ aliquid præclare gerendi conſpiratio, qui omnes, „ & imprimis Sanctiſſimus D. N. divi Petri Succeſſor dignisſimus per hæc tempora, quibus „ ab illo Regno noſtro abſuimus aſſiduis legationibus, aſſiduis denique precibus nos impulſarunt, ut in Societatem, & commercium ipſorum pro laude, & gloria Dei, proque noſtra „ omnium Chriſtianorum ſalute, ac Regnorum „ noſtrorum felici ſtatu, & propagatione concurrere velimus; huc e diverſo accedit, quod „ etiam pax ipſa cum Imperatore Turcorum, jurejurando ſolemniter firmata, quod quidem „ jura divina, & humana ſvadent, ut firmiter, „ & inviolabiliter obſervemus, jam brevi ſit exſpiratura, nos vero qui nihil unquam in ſimilibus magnis rebus, communem ſalutem præcipue illius totius Regni Hungariæ, & omnium veſtrum concernentibus, absque veſtro, & „ ceterorum fidelium noſtrorum conſilio agere „ conſvevimus, hucuſque reſponſum extraximus, „ & diſtulimus, & nos ad Veſtram univerſalem „ deliberationem retulimus. Ne igitur tam felicem occaſionem bene gerendi negligamus, ne „ etiam noſtris rebus nos ipſi defuiſſe judicemur, „ neceſſarium eſſe duximus, diem generalis Congregationis, ob negotiorum multitudinem, & „ maturitatem, & temporis brevitatem antevenire, „ Diætamque ipſam, quæ alioquin futura erat, „ ad proximum Feſtum B. Gregorii Papæ, & „ Confeſſoris in Regno ipſo noſtro Hung. in Civitate Strigonienſi celebrandam conſtituimus, „ ad quam univerſos DD. Prælatos, & Barones „ atque Proceres, & totum Statum Nobilitatem „ ipſius

„ ipſius Regni, per ſingula ſicut neceſſitas, & „ etiam coſvetudo exegit, capita convocavimus. „ Ut igitur tam grandia, & ſancta negotia citius, „ atque commodius optatum finem communi „ omnium fidelium noſtrorum deliberatione, di- „ vina favente clementia adipiſci valeant, vos „ quoque per Nuncios, & Oratores Veſtros, „ Univerſitatem Veſtram repreſentantes hujusmo- „ di Diætæ in termino prædicto interfuturos „ omnino decrevimus. “

In eodem Opuſculo pag. 54. ſequens adhuc Regalium iſtarum clauſula, neſcio ad quod membrum præterea ſpectans, refertur:

„ Cum autem Fidelitates Veſtræ ſpecialis ramus S. „ Coronæ noſtræ, & membrum hujus Regni exi- „ ſtant, operæ pretium putavimus, in tam gran- „ dibus rebus, & negotiis Regnorum noſtrorum, „ quæ præ oculis verſantur, conſulendis, & tra- „ ctandis, inter alios fideles noſtros, ipſas quo- „ que per Nuncios, & Electos ſuos eidem Diæ- „ tæ, & Congregationi omnino interfuturas.

Eodem Anno 1510. eadem indubie Comitia pro Feſto Nativitatis B. Joannis Baptiſt. indicta fuiſſe, patet e ſequentibus Litteris ex Coll. MSS. Dipl. Comitis Franc. Széchényi Tom. IX. N. 44. deſumtis, ubi adnotatur Originale exſtare in Tabulario Cameræ Poſonienſis, in quibus una Wladislaus ad Decretum generale Regni provocat.

„ Wladislaus Dei gratia Hungariæ, & Bohemiæ „ Rex &c. fidelibus noſtris honorabilibus Magiſtris „ Antonio, & Georgio Canonicis Eccleſiæ Zagrabien- „ ſis ſalutem, & gratiam. Superioribus diebus per alias

„ noſtras

, noſtras Litteras mandaveramus vobis, ut in cauſa
, illa, quam honeſta Domina relicta quondam Thomæ
, Horváth olim Civis Civitatis noſtræ Montis Græcen-
, ſis occaſione certorum negotiorum vigore cujusdam
, conqueſtus contra generoſam Dominam Sophiam
, Conſortem fidelis noſtri Magnifici Mathiæ Comitis
, de Frangepanibus coram vobis moviſſe dicebatur.
, Ex quo in generali Decreto Regni noſtri ſub certa
, poena ibidem clarius declarata vetitum, prohibitum-
, que ſit; ne quiſpiam vigore ejusmodi conqueſtus
, agitare, & movere audeat, procedere, cauſamque
, eam alio pacto adjudicare non deberetis; ſed eam
, indiſcuſſam in Curiam noſtram Regiam transmit-
, teretis. Itaque quemadmodum prius vobis manda-
, vimus, ita & nunc præſentibus firmiſſime injungi-
, mus, ne in illa cauſa contra conſvetudinem hujus
, Regni noſtri quovis modo procedere audeatis, ſed
, illam diſcuſſioni, & deliberationi noſtræ, Domino-
„ rumque Prælatorum, & Baronum *ad futuram Con-*
„ *gregationem generalem Regnicolarum noſtrorum*,
„ *pro Feſto Nativitatis Beati Joannis Baptiſtæ cele-*
„ *brandam*, noſtræ Majeſtatis in præſentiam per ve-
„ ſtras Litteras transmittere debeatis, & teneamini,
„ ſecus non facturi, præſentibus perlectis exhibenti re-
„ ſtitutis. Datum Strigonii Feria tertia proxima poſt
„ Feſtum Pentecoſtes Anno Domini Milleſimo Quin-
„ genteſimo Decimo.

(Locus Sigilli pendentis.)

In Veſtigiis Comitior. p. 462. commemora-
veram Veſtigium Comitiorum A. 1511. in cam-
po Rákos pro Feſto B. Georgii M. indictorum,
quin ejus fontem tum quidem deſignare potue-
rim, quod diu fruſtra quæſitum; caſu tandem re-
peri notatum ex quopiam Diplomate ſequenti
clauſula:

Digitized by Google

„ Emericus de Perén, Comes perpetuus Comitatu
„ Abaujvarien. & Regni Hungariæ Palatinus da
„ mus pro memoria. Quod nobis Feria II. prox
„ poſt Feſtum Inventionis S. Crucis proxime præ
„ teritum, ſub Diæta videlicet generali univer
„ ſorum Regnicolarum, de Regio edicto in cam
„ po Rákos pro Feſto B. Georgii M. proxime
„ præterito celebrata, una cum nonnullis DD
„ Prælatis, & Baronibus, coram Sereniſſimo Prin
„ cipe D. Wladislao Dei Gratia Hungariæ, &
„ Bohemiæ Rege, Domino noſtro gratioſiſſimo
„ in Caſtro Budenſi conſtitutis, & exiſtentibus
„ - - - Datum Budæ Sabbatho, Octavo ſcilice
„ dicti Feſti Inventionis S. Crucis. A. D. 1511."

Diſcimus hinc imprimis Comitia hæc no ſolum indicta, ſed etiam celebrata fuiſſe. Deind Reges ſtantibus Comitiis in campo Rákos, i Arce Budenſi, ut alias reſediſſe; unde diverſita illa enata eſt, ut alias monui, quod nonnulli Comitia jam Budenſia eſſe videantur, cum Regum Litteræ, mentionem eorum injicientes, ibi expe ditæ ſint, jam Peſtienſia, vel Rákosienſia inſcriban tur, cum illuc indicta fuiſſe legantur. Deniqu id etiam clauſula iſta docet, etiam ſub Comitii penes Regem quosdam Prælatos, & Barones, atque adeo Conſiliarios Juris dicendi cauſa egiſſe atque hi Tractatibus diætalibus non intererant prout jam ſub Andrea III. A. 1298. & aliis qui busdam indiciis, etiam alias uſu veniſſe vidimu Fuerunt illi quaſi Cancellaria Regum aulica qui in conſilio cum Rege poſtulata Regnicola rum, & Articulos ſanciendos diſcutiebant, & li mitabant.

Anno

Digitized by Google

Anno 1513. aliquam Congregationem, ſi non celebratam, ſaltem celebrandam fuiſſe, colligitur ex Litteris Andreæ de Oroſzy, qui Petro Comiti de S. Georgio, & Bozin, Judici Curiæ Regiæ ex Buda, Feria III. poſt Penthecoſten 1513. inter cetera ſequentia ſcribit:

„ In præſentiarum aliæ novitates non ſunt, niſi „ ut diſpoſitionem, ordinationemque Regnicolarum D. „ Palatinus volebat retrahere ita, ut Congregatio „ non in Zegedino, ſed Budæ eſſe deberet, niſi aliud „ non poſſet fieri, tali modo D. Epiſc. Quinque „ Eccles. apud Majeſtatem Regiam laboraret ita, ut „ D. Palatinus ſe cum certis catervis verſus Sclavo„ niam, ut præſens Zegedino in Congregatione non „ eſſet, reciperet, ſimiliter Epiſcopus ipſe Quinque „ Eccleſienſis ſe efficeret, ut in ipſum Zegedinum „ cum Regia Majeſt. non eſſet, ſed in perſona Suæ „ Majeſt. Budæ eſſet, cum quo ſenſerant, ut multæ, „ atque variæ proclamationes a toto Regno ad ipſos „ eſſent, hac tamen voluntati eorum Regia Majeſtas „ non conſenſit; ut puto, ut Regia Majeſtas eis non „ conſentiret, in hoc RR. Archi Epiſcopus Colocen„ ſis, & D. Epiſcopus Veſprimien. effecerunt, nam „ ordinationem Regnicolarum Regia Majeſt. in eo„ dem vigore permiſit, ut perſonaliter condeſcende„ ret Regia Majeſtas. “

Anno 1514. celebratorum Comitiorum Diplomaticum Veſtigium occurrit in eo inſtrumento, quo ad Inſtantiam Regnicolarum tranſumit Privilegiales Civitatis Szakolczenſis ad rectificationem Limitum Regni deſerrituras, cujus initium hic refero, cum ad Hiſtoriam Tractatuum diætalium faciat:

Wladislaus II. Rex Hung. tranſumit Litteras metales Civitatis Szakolczenſis Andreæ II. de A. 1217. & Belæ de A. 1256. II. Kal. Julii Regum Hungariæ, ad petitionem Regnicolarum, Commiſſariis ad reviſionem Limitum Regni in Comitiis A. 1514. celebratis, deſervituras Anno 1515.

„ Nos Wladislaus Dei Gratia Rex Hungariæ &c. „ memoriæ commendamus tenore præſentium ſignifi- „ cantes quibus expedit univerſis, quod dum nos ſu- „ perioribus temporibus Divina volente clementia, ad „ Regimen hujus Inclyti Regni noſtri Hungariæ feli- „ citer aſſumti fuiſſemus, inter alia Gubernamen ejuſ- „ dem Regni noſtri concernentia, inſtantibus apud „ nos Regnicolis etiam ejusdem Regni noſtri, & ita „ nobis ſupplicantibus, promiſimus metas quoque in- „ ter hoc ipſum Regnum, ac Provincias noſtras Sile- „ ſiæ, & Moraviæ rectificare, & illas quidem, quæ „ ad hoc Regnum noſtrum legitimo Jure pertinent, „ ad Jus, & proprietatem ejusdem reducere, & re- „ cuperare. Nunc autem in Diæta proxime præterita „ pari, & unanimi voto nobis per eosdem univerſos „ Regnicolas noſtros denuo ſupplicatum fuit, ut jux- „ ta præmiſſam oblationem noſtram metas ejusdem re- „ videri, & rectificari facere dignaremur. Volentes „ itaque in hoc & promiſſioni, ut par eſt noſtræ, „ & ſupplicationi ipſorum Regnicolarum noſtrorum, „ in quantum de Jure admittimur ſatisfacere, delegi- „ mus, & deputavimus ex nunc ad reviſionem, & „ rectificationem metarum prædictarum certos Domi- „ nos, & Hungaros Protonotarios Regni hujus noſtri, „ Oratores ſcilicet noſtros cum plena autoritate, & „ poteſtate noſtra. Quo igitur res hæc per ipſos ce- „ lerius, & commodius peragi, & finiri . . . ter- „ minari poſſit, ob brevitatem termini reviſioni hujus

„ modi

modi præfixi, inter alia Jura, & Privilegia Regni in Domo noſtra Thavernicali repoſita, & factum metarum prædictarum concernentia, Litteras infraſcriptas Sereniſſimorum Principum Dominorum Andreæ, & Belæ Regum Hungariæ noſtrorum ſcilicet Prædeceſſorum confectas perquiri, & inveniri fecimus &c. Datum Budæ in Feſto B. Mathæi Apoſtoli, & Evangeliſtæ A. D. 1515.

Circa Decreti Anni 1514. Art. III. Joan. arol. Eder, Civis Coronenſis Scholæ Normalis ibinienſis Director in libello: *De initiis, Juriisque primævis Saxonum Tranſylv. commentao*, inſcripto, & Viennæ 1793. edito inter adenda, ſequentia notat:

„ Imprimis luculentam tertii Articuli in Decr. VII. „ (1514.) Regis Wladislai II. explicationem requiro „ (nempe in diſs. de diverſis ſubſidiis publicis) „ eamque abeſſe hoc etiam ægrius fero, quod „ vexatum illum Eruditorum conjecturis locum „ de *Centeſimis* Tranſylvaniæ in nuperrima adeo „ Legum Hungaricarum editione, retento errore „ veteri expreſſum, neque hunc errorem in Ve„ ſtigiis Comitiorum p. 462. ubi res ferebat, ſub„ latum video. Latebat nimirum Kovachichium „ Virum alias id genus rerum ſtudioſiſſimum au„ thenticum Decreti illius exemplum apud Tran„ ſylvanos ſupereſſe, atque in hoc pro *centeſimis* „ diſerte coementum ſcriptum eſſe. “

Me vero authenticum Exemplar hujus Deeti minime latere potuit, qui in LL. Eccl. C. ;natii de Batthyán, T. I. p. 11. legi, illud ſub endenti Sigillo pro Comitatu Zolnok mediocri ›peditum, per ipſum illuſtrem Autorem poſſideri,

Digitized by Google

ri, & aliud in Archivo Cameræ Regiæ aſſervi
ri, jam pridem indicio MSS. Kollárianorum ſc
veram, ſed in Veſtigiis Comitiorum, licet com
plura heterogenea, quæ uſibus in Hiſtoria Legi
lationis deſervitura eſſe puto, proferam, ad offi
cia mea minime pertinere arbitrabar, Legum va
riantes lectiones recenſere, cum alioquin tota
Legum, ſeu Decretorum Comitialium collectio
nem ex authenticis Exemplaribus aliquando ſu
fidedignitate publica edere mediter. Ut quo
ſentio fatear, in Legibus variantes lectiones nu
lum uſum habent, ſed neceſſarium eſt textum e
rum, ad authentica Exemplaria exactum habere
Deinde apud Diplomaticos nec deberent conjectu
ræ locum habere, ſed quod aperto textu Diplo
matico confirmari poteſt, hoc jam extra limite
conjecturæ ponitur, quod autem nullo textu Di
plomatico nititur, hoc extra Diplomaticam, a
Hiſtoricos pertinet; nam ex Diplomatum ſilenti
in hac eorum in luce publica paucitate debil
nimium argumentum ducitur. Quod concerni
vocem *Cementum* in Art. III. A. 1514. no
exiſtimo illam ad Quæſtiones vexatas referri ja
poſſe, cum laudatus Præſul Tranſylvanienſis l. c
rem totam confecerit, dum non tantum in MS
Codice Bartphenſi, & Opere Quadripartito, ſe
etiam in ipſo authentico Exemplari non *Cent*
ſimæ, ut in Corpore Juris Hung. ſed *Cementum*
legi teſtatur, adeoque hæc Quæſtio per eunder
& initium cœpit, & finem ſortita eſt. Hæc no

co

Digitized by Google

o commemoravi, ut Edero Viro æſtimabili, a
uo Amici mei plures Diplomaticos labores ex-
pectandos promittunt, aliquid replicarem, ſed ut
'opulares noſtri illius etiam ſententia admonean-
ur, quam ſtudioſe monumenta vetuſtatis diſcu-
ienda ſint, ſi genuinam, & ſinceram rerum do-
neſticarum notitiam nanciſci volumus.

Anno 1515. exeunte Comitia celebranda
uiſſe colligo ex Epiſtola quadam, qua Joannes
Draghfy de Belthek, ſcribit Ladislao de Kaniſa,
nter cetera ſequentia:

„ Nos, ſi Deus Optimus, Maximusque conſervave-
„ rit in futura Diæta, quæ Budæ celebratura erit,
„ conſtituemur, & Litteras, & Privilegia ſecun-
„ dum optatum M. V. ducemus. - - Dat. ex
„ Caſtro Erdewd, Feria III. proxima poſt Feſtum
„ B. Mathæi Apoſt. & Evangeliſtæ A. D. 1515. "

Niſi hic per Diætam intelligat conſilium,
ſeu conſultationem Prælatorum, & Baronum, pro
qua conventuri erant.

SUB LUDOVICO II. REGE.

Anno 1516. non ſolum indicta, ſed etiam
re ipſa celebrata fuiſſe Budæ pro Feſto B. Geor-
gii Martyris generalia Comitia diſcimus ex illuſtri
Inſtrumento, quod ex collectione Dipl. Cornide-
ſiana deſumtum, licet nimis compoſitum, & pro-
lixum ſit, integrum tamen in gratiam Juriſperito-
rum noſtrorum hoc loco referendum eſſe duxi,
cum ex eo multa momenti maximi diſcamus præ-

Digitized by Google

cipue autem 1) Deſervit pro Veſtigio Comitiorum Anni 1504. & 1516. 2) Novum iterum exemplum præbet, ſublati per Regem Articuli 13. Anni 1504. 3) Eſt Proceſſus Operi Tripartito Verböczii coævus, ex quo de norma procedendi illius temporis non pauca diſcere poſſumus, & cui par ex ea ætate in obviis operibus editis non facile reperietur. 4) Præbet ſpecimen ſanæ criſis Diplomaticæ, quam apud nos eo tempore illi nequaquam quæſiviſſent, qui ſibi ſoli ſapere viſi, noſtris ignorantiam tantopere oggeſſerunt. Eſt autem ſequens:

„ Nos Ludovicus Dei Gratia Rex Hungariæ, & „ Bohemiæ &c. Memoriæ commendamus tenore præ„ſentium ſignificantes quibus expedit univerſis. Quod „ cum ſuperioribus temporibus, vivente ſcilicet Se„reniſſimo Principe condam Domino Wladislao Re„ge, piæ memoriæ Genitore noſtro chariſſimo in „ ſingulis fere Diætis, ſeu Conventionibus generali„bus eorum celebratis præcipuæ quædam differentiæ, „ contentiones, & difficultates, ac querimoniæ præ„textu ſolutionis quartarum Plebanorum, ſeu Re„ctorum, Parochialium Eccleſiarum in Simegien. Al„ben. & Szaladien. Comitatibus exiſten. per Univer„ſitatem Nobilium Comitatuum eorundem contra Fi„deles noſtros, Honorabile Capitulum Veſprimienſe „ propoſitæ, agitatæque fuiſſent, & dum præfatus Sere„niſſimus Genitor noſter in Anno Domini 1504. „ transacto quandam Generalem Diætam Regnicolis „ vigore generalis Decreti ad campum Rákos indi„xiſſet, in eaque novum generale Decretum voto, „ conſilioque communi univerſorum Dominorum Præ„latorum, & Baronum, ac Regnicolarum edidiſſet, „ ſpecialis quidam Articulus, ſuper eo, quod in præ-

„ miſſis

„ miſſis differentiis, & difficultatibus inter prædictam
„ Univerſitatem Nobilium præſcriptorum Alben. Simegien.
„ & Szaladien. Comitatuum, & prælibatum Capitulum
„ Eccleſiæ Veſprimien. in Octavis poſt præſcriptam
„ Diætam primitus celebran. coram ipſa Paterna
„ Majeſtate, Judicibusque Regni ordinariis judicium,
„ & juſtitia, ac finalis deliberatio celebraretur,
„ & adminiſtraretur, conceptus, & editus exſtitiſſet,
„ viventeque eodem condam Genitore noſtro
„ cauſarum propter judiciorum ob multas, & varias
„ paterni, & noſtri Regni neceſſitates per certa tempora
„ ſuſpenſionem, & intermiſſionem, tum vero alias
„ rationabiles cauſas vigore hujusmodi conſtitutionis,
„ & Articuli in eisdem differentiis, & querimoniis
„ nullum judicium, nullaque finalis reviſio fieri potuiſſet,
„ deinde præfato condam Genitore noſtro ſicut
„ Altiſſimo placuit viam univerſæ carnis ingreſſo,
„ nobisque eidem Genitori noſtro in Regimine pariter,
„ & in Regia Dignitate, Divina diſpoſitione feliciter
„ auſpicio ſuccedentes, pro tranquilliori, ſalubriorique
„ ſtatu totius Reipublicæ Regnorum, & Dominiorum
„ noſtrorum, de conſilio Dominorum Prælatorum,
„ Baronum, & Regni noſtri Procerum unam
„ generalem Diætam, ſeu Conventionem prædictis Regnicolis
„ noſtris pro Feſto B. Georgii Martyris proxime
„ præterito hic Budæ celebratam indiximus, &
„ in eadem conventione cunctis Regnicolis noſtris
„ pro eo nobis ſupplicantibus, Judicia ipſa per certa
„ tempora rebus ſic expoſcentibus ſuſpenſa, & intermiſſa,
„ pro quietiori ſtatu eorundem noſtrorum Regnicolarum
„ reſummere volentibus, univerſas, & ſingulas
„ cauſas ipſorum noſtrorum Regnicolarum breves,
„ nec non breves brevium, & Transmiſſionales
„ ad Feſtum Beati Jacobi Apoſtoli ſimiliter proxime
„ præteritum diſtulimus, & prorogavimus adjudican.
„ Itaque ipſo termino dicti Beati Jacobi Apoſtoli inſtan.
„ nos Oratorum, & Nunciorum dictæ Univerſi-

„ tatis

„ tatis Nobilium Comitatuum præſcriptorum, ſed &
„ aliorum fidelium noſtrorum penes eosdem in eo no-
„ bis ſupplicantium, ut differentias præmiſſas juxta
„ ordinationem Regnicolarum tempore, quo ſupra fa-
„ ctam, paternæque Majeſtatis confirmatione, conten-
„ taque Articuli ſupraſcripti partes inter prænarratas,
„ cum Judicibus Regni noſtri ordinariis, ac Sedis
„ noſtræ judiciariæ Juraſſoribus revidere, adjudicare,
„ & finaliter concludere dignaremur, variis, & fre-
„ quentibus querelis infeſtati, & interpellati partes
„ prædictas in præmiſſis diſcuſſionem recepturas noſtræ
„ Majeſtatis in præſentiam, in certo termino infra-
„ ſcripto comparere juſſimus. In quo quidem Ter-
„ mino, ut puta in Feſto Beati Bartholomæi Apoſtoli
„ noviſſimę elapſo, nobis una cum nonnullis Domi-
„ nis Prælatis, Baronibus, Magiſtris Protho-Notariis,
„ & Regni noſtri Nobilibus Sedis videlicet noſtræ ju-
„ diciariæ Juraſſoribus in eadem Sede noſtra judicia-
„ ria, Tribunal judiciale conſedentibus Stephanus Hu-
„ ſzár de Debrek, pro Univerſitate Nobilium dicti
„ Comitatus Simegien, & Detricus de Rajek pro al-
„ tera Univerſitate Nobilium prædicti Comitatus Sza-
„ ladien. tanquam Patronis Eccleſiarum Parochialium
„ in dictis Comitatibus cum Procuratoriis Litteris eo-
„ rundem Comitatuum, præſentibus ibidem, & adhæ-
„ rentibus Venerabili, ac Honorabili Nicolao de Pet-
„ thri Lectore, & Paulo Rajek Canonicis dictæ Ec-
„ cleſiæ Veſprimien. qui pro ſe ipſis perſonaliter, &
„ pro memorato Capitulo Veſprimien. cum Procura-
„ toriis Litteris eorundem coram nobis adſtabant no-
„ ſtram venientes in præſentiam volentes alteram quo-
„ que directam, & coæqualem medietatem præſcripta-
„ rum quartarum decimalium, quam medietatem præ-
„ ſcriptum Capitulum Veſprimien. ut aſſerebat. a cer-
„ tis retroactis temporibus, minus juſte, & præter
„ omnem viam Juris per ſe uſurpaſſet, & uſurpativę
„ exegiſſet, & percepiſſet, nunç quoque indebitę per-
„ cipe-

ciperet; Ad Plebanos, & Rectores dictarum Eccleſiarum Parochialium in dictis Comitatibus habitarum ſpectare, & pertinere declarare, & comprobare, „ quasdam binas Bullas, primam ut puta Bullam ſub „ nomine Bonifacii noni editam, alteram Sanctiſſimi „ in Chriſto Patris condam Domini Alexandri Divi- „ na Providentia Pape Sexti confirmatas plum- „ bea Bulla, more Romanæ Curiæ in talibus fieri ſo- „ lito, & unas Litteras Venerabilis condam Fratris „ Joannis, Ordinis Sancti Benedicti Cuſtodis Monsthen. „ omnes in pargameno confectas, noſtræ Majeſtatis „ judiciario examini curarunt demonſtrari. Quarum „ quidem Bullarum primæ, utpote ſub nomine Boni- „ facii noni editæ tenor ſequitur in hæc verba:

„ Bonifacius Epiſcopus Servus Servorum Dei ad „ perpetuam rei memoriam Apoſtolicæ Sedis, ſpecula „ Paſtoris licet immeriti, ab illo, qui creavit omnia „ ex nihilo, Coelum, Terram, quæ regit Divinitus con- „ ſtituti, ad illa ex Apoſtolicæ ſinceritatis officio li- „ benter incedimus, in quo Baſilicarum DEI, & Ec- „ cleſiaſticarum Perſonarum conſtitutionibus, & tran- „ quillitati famulantium DEO, & incrementum fi- „ dei Orthodoxæ, ac Aemulorum præfatæ fidei con- „ fuſioni quantum cum Deo poſſumus ſalubriter occur- „ ramus integre, pro parte dilectorum filiorum ſub- „ ditorum univerſarum Eccleſiarum Rectorum Paro- „ chialium, ſeu Plebanorum toties dictarum Eccleſia- „ rum Veſprimien. Nobis ſupplicatio exhibita conti- „ nebat, quorum nonnulli Epiſcopi, Prælati, Capi- „ tulumque Eccleſiæ Veſprimien. aliique dictæ Diœce- „ ſis Tyranici etiam manu Cainali ſe aliquando intro- „ mitten. in Divini cultus diminutionem, & Orthodo- „ xæ fidei Catholicæ confuſionem ſicut accepimus „ omnes, & ſingulas decimas ſuper univerſam ple- „ bem in Provinciis, Civitatibus, Diœceſibus, & Ju- „ risdictionibus eorundem aliquando hactenus accipere

„ non

„ non formidarunt, non curantes de dilectis filiis „ Rectoribus Parochialium Eccleſiarum de Diœceſi „ Veſprimien. aut alicui ex eis dare quartam partem „ decimalium, in eorum Parochiis juxta canoni„ cas Sanctiones, Nos quoque attendentes zelum, „ quem nobis dicti Rectores Eccleſiarum Parochialium „ geſſerunt, & gerunt pro tranquillitate totius Cleri, „ Eccleſiaſticarumque Perſonarum ad Eccleſiam San„ ctam DEI, ſtatumque, & honorem noſtri, & ipſius „ Eccleſiæ, ac cupientes, & etiam intendentes ex de„ bito ſervitutis officio paſtoralis, quia vere noſtrum „ intereſt ſuper his de oportuno remedio, cum ex „ officii noſtri debito teneamur liberare pauperes a „ potentibus, & oppreſſis exiſtere adjutorium, autho„ ritate Apoſtolica ſalubriter circa introſcripta omnia „ providere, præmiſſorum intuitu, & ex certis aliis ra„ tionabilibus cauſis animum noſtrum ad hoc moven„ tibus, ac hujusmodi ſupplicationibus inclinati au„ thoritate Apoſtolica, & ex certa ſcientia, ac præ„ ſenti conſtitutione perpetuo duraturis decrevimus, „ ſtatuimus, & etiam ordinavimus omnia, & ſingu„ la infraſcripta, videlicet quod nonnulli Epiſcopi, „ Prælati, Capitulumque, & alii dictæ Diœceſis Veſpri„ mienſis, qui in contrarium Nominis Crucifixi paupe„ res opprimen. ſuos ſubditos ſpoliantes canonicas „ Sanctiones diſtrahen. a dilectis filiis Eccleſiarum Pa„ rochialium Rectoribus quovis colore quæſito quar„ tam partem Decimalium abſtrahen. deinceps, & in „ futurum recipere non præſumat, nos volentes, ut „ ſolutio hujusmodi quartæ partis decimarum hujus„ modi ipſis Rectoribus Parochialium Eccleſiarum, „ quorumlibet dictæ Diœceſis per ipſos, & Prælatos, „ ac per alios non ſolven. pro Divini cultus amplia„ tione de coetero efficaciter perſolvatur, quacunque „ conſvetudine in contrarium non obſtante decerni„ mus, & mandamus, quod hujusmodi quarta pars „ Decimæ per ipſos Epiſcopos, & Prælatos, & Ca-

„ pitu-

pitulum, vel per alios in ipſa Diœceſi nunc, & pro tempore exiſten. perpetuis futuris temporibus Rectoribus Parochialium Eccleſiarum hujusmodi ſine diminutione qualibet juxta exigentiam canonicarum Sanctionum hujusmodi integraliter perſolvatur, & perſolvi debeat, cum effectu ſcientes, & authoritate prædictorum tenore præſentium indulgemus. Volentes nihilominus, & etiam decernentes, & expreſſe mandantes, ſupradicta omnia, & ſingula in præſentibus contenta, Litteris poſſe, & debere per omnes, & ab omnibus juxta, & ſecundum tenorem, & formam contentorum, in ipſis Litteris in omnibus, & quoad omnia fieri, & exequi obſervari Conſtitutionibus Apoſtolicis conſvetudinibus, nec non Statutis, & Ordinationibus Eccleſiarum, nec non Præſcriptionibus temporum Privilegiis, & indulgentiis, ſeu aliis etiam, ſi de eis, & eorum totis tenoribus, ac temporibus in noſtris Litteris aliud eſſet, nec non ſpecialis, per quæ præſentibus non expreſſis totaliter non inſerram effectus præſentium Litterarum, ſeu contentorum in eis poſſet in aliquo retractari, vel quomodolibet impediri, & aliis non obſtan. quibuscunque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam noſtrorum ſtatui, Conſtitutionis, Voluntatis, Conceſſionis, & Mandati infringere, vel ei auſu temerario contraire, ſi quis autem hoc attemptare præſumpſerit, indignationem Omnipotentis Dei, & Beatorum Apoſtolorum ejus Petri, & Pauli ſe noverit incurſurum. Datum Romæ, apud S. Petrum Calendis Maii, Pontificatus noſtri anno quarto. Alterius vero præſcripti ſcilicet condam Domini Alexandri Papæ Litteræ, ſeu Bullæ confirmatoriæ continentia verbalis hæc eſt:

„ Alexander Epiſcopus Servus Servorum Dei ad futuram rei memoriam. Licet ea, quæ per Sedem Apoſtolicam conceſſa fuerant, plenam obtineant roboris

„ boris firmitatem, nonnunquam tamen Romanu
„ Pontifex illa cum ab eo petitur, libenter approbat
„ ut eo firmius illibata perſiſtant, quo magis ſuo fue
„ rint præſidio communita, ſane pro parte dilectorun
„ filiorum univerſorum Rectorum Plebanorum nuncu
„ patorum Parochialium Eccleſiarum, in Diœceſi Ve
„ ſprimien. conſiſten. *Nobis nuper exhibita petitic*
„ *continebat, quod olim pro* eorum parte felicis re-
„ cordationis Bonifacio Papæ Nono prædeceſſori noſtrc
„ expoſitum, quod nonnulli *Epiſcopi Veſprimien*
„ *Prælati, & Capitulum Eccleſiæ Veſprimien. & alii*
„ *ejusdem Diœceſis etiam* manu Laicali in hoc ſe
„ aliquando intromitten. in Divini cultus diminutionem,
„ & orthodoxæ fidei confuſionem omnes, *& ſingulas*
„ *decimas ſuper univerſam Plebem in dicta Diœceſi*
„ aliquando recipere non formidaverunt, non curan-
„ tes Rectoribus Parochialium Eccleſiarum hujusmodi,
„ aut alicui ex eis quartam partem fructuum decima-
„ lium in eorum Parochiis juxta canonicas Sanctio-
„ nes dare, atque perſolvere. Idem Bonifacius præ-
„ deceſſor, dictorum Rectorum in ea parte ſupplica-
„ tionibus inclinatus Apoſtolica authoritate ſtatuit, de-
„ crevit, & ordinavit, quod extunc deinceps *nul-*
„ *lus Epiſcopus, ſive nulli Prælati, aut Capitulum*
„ *præfati, vel alii in dicta Diœceſi exiſten. a Recto-*
„ *ribus Parochialium Eccleſiarum prædictarum quovis*
„ *quæſito colore quartam partem decimarum reaccipe-*
„ *re, aut ab eis auferre præſumat, quodque perpetuis*
„ futuris temporibus quarta pars decimarum hujusmo-
„ di per Epiſcopum, Prælatos, Capitulum, & alios
„ in dicta Diœceſi tunc, & pro tempore exiſtentes
„ eisdem Rectoribus Parochialium Eccleſiarum hujus-
„ modi, ſine aliqua diminutione juxta canonicas San-
„ ctiones hujusmodi integraliter dimiteretur, & per-
„ ſolveretur, cum effectu voluit, & mandavit, prout
„ in ejusdem Bonifacii Litteris deſuper confectis di-
„ citur plenius contineri. Cum autem ſicut eadem

„ petitio

petitio ſtringebat, ſi dicti Rectores quartam partem Decimarum hujusmodi juxta vim, & hujusmodi Litterarum formam non perciperent, ſe ex fructibus dictarum Eccleſiarum commode ſuſtentare, & eisdem Eccleſiis in Divinis deſervire, & animarum curam illarum Parochialium exercere, ac alia eis ratione ipſarum Eccleſiarum incumbentia onera perferre non poſſent, unde gravia exinde poſſent inconvenientia veriſimiliter provenire; pro parte eorumdem modernorum Rectorum nobis fuit humiliter ſupplicatum, ut ſtatutum, Decretum, ordinationem, & mandatum hujusmodi, ac prout illa concernunt omnia, & ſingula in eisdem Litteris contenta approbare, aliasque in præmiſſis opportune providere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur Rectores præfatos, & eorum ſingulos a quibusvis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, aliisque Eccleſiaſticis ſententiis, cenſuris, & pœnis a jure, vel ab homine quavis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium duntaxat, ſequentium harum ſerie abſolven. & abſolutos fore cenſen. ac Litterarum prædictarum tenorem præſentibus pro expreſſo ſufficien. haben. hujusmodi ſupplicationibus inclinati ſtatutum Decretum, ordinationem, mandatum, ac prout illa concernunt alia in eisdem Litteris contenta hujusmodi authoritate Apoſtolica tenore præſentium approbamus, & confirmamus, illaque perpetuæ firmitatis robur obtinere, & inviolabiliter obſervari debere decernimus non obſtantibus conſtitutionibus, & ordinationibus Apoſtolicis, ac omnibus illis, quæ præfatus Bonifacius in dictis Litteris voluit non obſervare, cæterisque non contrariis quibuscunque, nulli ergo hominum liceat hanc paginam noſtræ abſolutionis, approbationis, confirmationis, & decreti infringere, vel ei auſu temerario contraire. Si quis autem hoc attentare præſum-

» pſerit,

„ pſerit, indignationem omnipotentis DEI, ac Beato-
„ rum Petri, & Pauli Apoſtolorum ejus ſe noverit incur-
„ ſurum. Datum Romæ apud Sanctum Petrum Anno
„ Incarnationis Dominicæ *Milleſimo Quingenteſimo*
„ *Secundo* pridie Calendas Auguſti Pontificatus noſtri
„ Anno Decimo. Præſcriptæ vero Litteræ dicti con-
„ dam Fratris Joannis atteſtatoriæ in pargameno uti
„ præfertur editæ hanc verbalem ſervabant continen-
„ tiam:

„ Reverendiſſimo in Chriſto Patri, & Domino
„ Domino Ferdinando, Dei Gratia Lucen. Epiſcopo in
„ Hungariæ, & Bohemiæ Regnis, cæteriſque terris, &
„ Dominiis, eisdem Regnis ſuppoſitis Apoſtolicæ Sedis
„ Nuncio Domino, & Patri ſuo Reverendiſſimo, Fra-
„ ter Joannes Ordinis Sancti Benedicti Cuſtos Monsthen.
„ S. Salvatoris de Kapornak, Veſprimien. Diœceſis
„ Executor ad infraſcripta una cum cæteris noſtris in
„ hac parte collegis; cum illa clauſula quatenus re-
„ ceptis præſentibus, & poſtquam fueritis requiſiti, vel
„ quicunque veſtrum fuerit requiſitus per Reveren-
„ diſſimum in Chriſto Patrem, & Dominum Dominum
„ Joannem Dethomarus de Bononya, Domini Papæ, & Se-
„ dis Apoſtolicæ Capellani, & Sacri Palatii Apoſtolici
„ cauſarum, ac cauſæ, & partibus infraſcriptis ab
„ eadem Sede ſpecialiter deputati Auditoris orationes
„ in Domino debitas, & devotas. Noverit Veſtra
„ Reverendiſſima Paternitas, nos Litteras ejusdem Au-
„ ditoris ſupradicti compulſionis pargamenas, patenter
„ confectas ſigillo ejusdem prout Auditor cauſarum
„ erat, utebatur, in cordula rubea pendentes, & extra
„ cera alba, & ab intra rubea non abraſas, non can-
„ cellatas, nec in aliqua ſui parte vitiatas, ſed ſa-
„ nas, & integras prorſus, & omni ſuſpicione caren-
„ tes, in cujus circumferentia, ut prima facie appa-
„ rebat, ſcriptum eſt, Joannes Dethomarus de Bono-
„ nia, prout ſuperius patuit lucidius, de manu Petri

„ Vem-

Digitized by Google

„ Vempin de Caſtro ipſius Clerici Leodien. Diœceſis
„ inferius ſignatas per diſcretum virum Dominum Do-
„ minicum Plebanum Eccleſiæ de Kapornak, *Procura-*
„ *torem legitimum univerſorum Plebanorum, ſeu Re-*
„ *ctorum Eccleſiarum in, & ſub Comitatu, & Archi-*
„ *Diaconatu Szaladienſi conſtitutorum, & exiſten.* De
„ cujus Procurationis mandato nobis per Inſtru-
„ mentum publicum manu Gregorii de Ujfalu exſtitit;
„ facta plena fides coram Notario publico, & teſti-
„ bus infraſcriptis, nobis præſentatas, omni cum re-
„ verentia, qua decuit, recepimus in hæc verba:

„ Joannes Dethomatus de Bononia Domini Do-
„ mini Papæ Capellanus, & ipſius S. Palatii Apoſto-
„ lici in cauſa, & cauſis, ac partibus infraſcriptorum
„ ab eodem Domino noſtro Papa Auditor ſpecialiter
„ deputatus. Univerſis & ſingulis Dominis Abbatibus,
„ Prioribus, Præpoſitis, Decanis, Archi-Diaconis,
„ Scholaſticis, Cantoribus, Cuſtodibus tam Cathe-
„ dralium, quam Collegiatarum Canonicalium, Parochi-
„ aliumque Eccleſiarum Rectoribus, & loca tenenti-
„ bus, eorundem Plebanis, Vice-Plebanis, Capellanis,
„ Curatis, & non Curatis, cæterisque Presbyteris,
„ Clericis, Notariis, & Tabellionibus publicis quibus-
„ cunque per Diœceſes, & Civitates Veſprimienſem,
„ & Jaurinienſem, ac aliis ubilibet conſtitutis, & eo-
„ rum cuilibet in ſolido, ac illi, vel illis, ad quem,
„ vel ad quos præſentes Litteræ noſtræ pervenerint,
„ ſalutem in Domino, & mandatis noſtris, imo ve-
„ rius Apoſtolicis firmiter obedire. Noverit veſtra
„ Reverendiſſima Paternitas, quod idem diſcretus Vir
„ Dominus Dominicus Procurator de Labad, Rector
„ Parochialis Eccleſiæ SS. Coſmæ, & Damiani Marty-
„ rum de Kapornak Veſprimienſis Diœceſis easdem
„ Litteras compulſionales Reverendiſſimi in Chriſto
„ Patris, & Domini Domini Joannis Auditoris ſupra
„ dicti in ſuis tenen. manibus, alta, & intelligibili

„ voce perlegit, perlectasque, & nobis exhibitas,
„ dictarum Litterarum compulſorialium & per nos
„ reverenter recept. inſtan. eorundem continen. co-
„ ram Notario publico, & teſtibus infraſcriptis peten.
„ nos cum inſtantia, ut juxta continentiam earundem
„ Litterarum compulſorialium dicti Domini Joannis
„ Auditoris procedere curaremus. Nos itaque tan-
„ quam obediens filius volens ipſius petitionibus Do-
„ mini Dominici, imo verius Apoſtolicis mandatis fir-
„ miter obedire Magnificum Joannem Virum filium
„ Petô Comitem Comitatus Szaladien, ac Viros Ma-
„ gnificos Nicolaum Zechy dictum Dominum Ducem
„ de Paka, Stephanum Joannem de Kaniſſa condam
„ Janitorum Regiæ Majeſtatis, Joannem filium Magi-
„ ſtrum Tavernicorum, Barones dicti Comitatus Szaladi-
„ enſis, aliosque omnes, & ſingulos Milites, & Nobiles to-
„ tius Comitatus Szaladien. infra ſex dierum ſpatia, quorum
„ ſex dierum duos pro primo, duos pro ſecundo, reliquos
„ autem duos dies, pro tertio, & peremptorio termino
„ canonica monitione eisdem aſſignavimus authori-
„ tate Apoſtolica nobis in hac parte attributa me-
„ dian. poſt quarum quidem Litterarum præſentatio-
„ nem, & exhibitionem per præfatum Dominum Do-
„ minicum nominibus, quibus ſupra fuimus debita cum
„ Inſtantia requiſiti, quatenus ad executionem præfati
„ Reverendiſſimi in Chriſto Patris, & Domini Domini
„ Joannis quibus ſupra procedere deberemus. Nos
„ igitur ejusdem Reverendiſſimi in Chriſto Patris man-
„ datis obedire cupientes, ut tenemur, Octavo die
„ Menſis Octobris in Oppido Kapornak eosdem con-
„ vocan. & ad Sedem judiciariam una cum duobus
„ Fratribus Ordinis noſtri, Petro Cantore, & Joanne
„ Lectore una cum Notario publico, & teſtibus in-
„ fraſcriptis perſonaliter acceſſimus, ibique ad con-
„ tenta Litterarum compulſorialium dicti Auditoris
„ omnes, & ſingulos Barones, Milites, Nobiles, ac
„ alterius cujusvis ſtatus, & conditionis homines co-

„ ram

Digitized by Google

» ram Notario publico, & teſtibus infraſcriptis ad S.
» DEI Evangelia jurare facientes examinavimus, &
» ad Sacræ Coronæ Regiæ fidelitatem eosdem interro-
» gavimus, *utrum ſi ſciunt, vel ſolverunt, aut ſol-*
» *vere fecerunt quartam partem decimalium ipſarum*
» *Eccleſiarum Rectoribus, & Plebanis, Archi-Diaco-*
» *no Comitatus Szaladien. aut ſi Capitulum Eccleſiæ*
» *Veſprimien. aliquando recepit quartam partem de-*
» *cimalium, vel ne, his autem omnibus,* & ſingulis
» ſupradictis part. tota Univerſitas dicti Comitatus
» Szaladienſis videlicet Barones, Milites, Nobiles, &
» ignobiles, & cujusvis ſtatus & conditionis homi-
» nes, coram nobis, & Notario publico, teſtibusque
» infraſcriptis ad S. DEI Evangelia, & Sacræ Coro-
» næ Regiæ Majeſtatis fidelitatem *faſſi ſunt, & pro-*
» *teſtaverunt, quod ab ævo, & converſione Sanctæ*
» *Fidei Chriſtianitatis iſtius Regni Hungariæ, & con-*
» *ſtitutionem primi Regis S. Stephani Regis Hunga-*
» *riæ ſemper, & omni tempore Parochialibus Pleba-*
» *nis ipſorum ſolverunt, & plenam quartam decima-*
» *lium ipſis ſolvere fecerunt*, in quorum omnium,
» & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſorum
» præſentes Litteras noſtras Sigillo noſtro in parga-
» meno penden. cum cera flavea ab extra, ab intra
» vero viridea cum Notario publico ſubſcripto, teſti-
» busque infraſcriptis duximus conſignandas; præſen-
» tibus ibidem teſtibus Petro Cantore, Joanne Lecto-
» re, Fratribusque O. S. Benedicti, Georgio Capella-
» no, Magiſtro Georgio Clerico Notario de Kapor-
» nak, Michaele Literato de Tierpen, aliisque quam
» plurimis teſtibus fide dignis ad hæc ſpecialiter vo-
» catis pariter, & rogatis. Datum, & actum in Oppi-
» do Kapornak, in Domo habitationis noſtræ ſexto die
» inquiſitionis die Menſis Octobris, Anno Domini Mil-
» leſimo Quadringenteſimo Vigeſimo, indictione decima
» tertia, hora ſexta, vel quaſi Pontificatus ſiquidem in
» Chriſto Patris, & Domini Domini Martini Divina
» providentia Papæ Quinti Anno tertio.

„ *Quibus productis, & exhibitis prælibati Magi-*
„ *ſtri* Nicolaus Lector, & Paulus de Rajk, Canonici
„ dictæ Eccleſiæ Veſprimien. in ipſorum, & ejusdem
„ Capituli Eccleſiæ Veſprimien. perſonis in noſtræ Ma-
„ jeſtatis exurgentes præſentiam allegarunt eo modo;
„ qualiter alias videlicet viven. Sereniſſimo Principe
„ condam Domino Mathia Rege prædeceſſore noſtro feli-
„ cis memoriæ cauſa ratione præſcriptarum quartarum
„ decimalium inter Plebanos, ſeu Rectores Eccleſiarum
„ Parochialium præſcripti Comitatus Simegien. ab una,
„ ac præſcriptum Capitulum Eccleſiæ Veſprimien. par-
„ tibus ex altera, reviſa, adjudicata, & finali ſententia
„ concluſa exſtitiſſet, memoratisque Plebanis ſuper
„ ampliori acquiſitione ejusmodi quartarum decima-
„ lium, per præfatum condam Dominum Matthiam
„ Regem ſub pœna mille florenorum auri ſilentium
„ impoſitum fuiſſet, quæ quidem Sententia cauſa in
„ præmiſſa lata, & promulgata nullo juris remedio
„ hactenus impedita, vel ſuſpenſa in rem tranſiviſſet
„ judicatam, idem etiam Capitulum Eccleſiæ Veſpri-
„ mien. nulla legitima Evocatione median. prout hujus
„ Regni noſtri conſvetudo requireret, de partibus ad
„ præmiſſa evocatum fuiſſet; Quapropter licet nec
„ præſcripti Actores cauſam eandem - - - - pro-
„ ſequi poſſent, & neque ipſi in eorum, & dicti Ca-
„ pituli perſonis in cauſam attracti eisdem ad præmiſ-
„ ſa reſpondere, vel aliquas Litteras producere, vel
„ exhibere tenentur. Nihilominus tamen ex ſuperabun-
„ dan. Juris vigore ob clariorem, evidentioremque de-
„ clarationem, & ſuſcitationem juris, ac Juſtitiæ præ-
„ dicti Capituli Eccleſiæ Veſprimien. Jura ejusdem Ca-
„ pituli iterum Majeſtati noſtræ exhibere vellent. Et
„ mox hic dicti quasdam Litteras prædicti condam
„ Genitoris noſtri confirmationales Budæ quadrageſi-
„ mo die Octavarum Feſti B. Georgii Martyris in An-
„ no Domini Milleſimo Quadringenteſimo Nonageſi-
„ mo Sexto transacto Regnorum ſuorum Hungariæ
„ &c.

„ &c. Anno Sexto, Bohemiæ vero Vigeſimo Quinto „ in modum libelli confectas, & exaratas penden. au- „ thentici duplicis ſui Sigilli munimine roboratas, ha- „ bentes in ſe tranſumptive, & confirmative quarun- „ dam Litterarum tenorem adjudicatoriarum pariter, „ & ſententionalium præfati condam Domini Matthiæ „ Regis; noſtræ Serenitatis judiciario conſpectui ex- „ hibere curarunt, quarum quidem Litterarum adju- „ dicatorialium, & ſententionalium ipſius condam Do- „ mini Mathiæ Regis tenor ſequitur in hæc verba:

„ Nos Wladislaus Dei Gratia Rex Hungariæ, & „ Bohemiæ &c. Memoriæ commendamus tenore præ- „ ſentium ſignificantes quibus expedit univerſis, quod „ Nobis in præſentibus Octavis Feſti B. Georgii Mar- „ tyris una cum nonnullis Dominis Prælatis, Baroni- „ bus, Magiſtris Prothonotariis, Regnique noſtri Nobi- „ libus in Sede noſtra judria hic Budæ conſtitutis, & „ exiſten. fideles noſtri Venerabiles Petrus Veſprimien. „ ac Jacobus de Eörs Eccleſiarum Præpoſiti, & Cano- „ nici in eadem Eccleſia Veſprimien. pro ſe perſo- „ naliter, ac pro honorabilibus Lectore, Cantore, Cu- „ ſtode ac Canonicis, & Capitulo ejusdem Eccleſiæ „ Veſprimien. cum procuratoriis Litteris eorundem no- „ ſtræ Majeſtatis acceden. in præſen. exhibuerunt co- „ ram nobis quasdam Litteras adjudicatorias Sereniſſi- „ mi Principis condam Domini Matthiæ Regis imme- „ diati prædeceſſoris noſtri bonæ memoriæ in parga- „ meno privilegialiter emanatas, Sigilloque ſuo ſecre- „ to in penden. conſignatas, quibus mediantibus idem „ condam Dominus Mathias Rex una cum certis Do- „ minis Prælatis, & Baronibus, ac juris peritis Litte- „ ris in iisdem nominatim conſcriptis, contra, & ad- „ verſus Plebanos, & Eccleſiarum Parochialium Recto- „ res in Comitatu Simegien. conſtitutos, directas me- „ dietates quartarum decimalium ejusdem Comitatus „ eidem Capitulo Veſprimienſi readjudicaſſe dignoſce-

„ bantur tenoris infraſcripti, ſupplican. præfati Petrus, „ & Jacobus Præpoſiti in ſuis, ac prænominati Capituli „ perſonis Majeſtati noſtræ humiliter, ut easdem Litte„ras adjudicatorias, ac omnia in eis contenta ac„ceptare, approbare, & ratificare, pro ipſoque Capi„tulo perpetuo valituras roborare dignaremur. Qua„rum quidem Litterarum tenor talis eſt.

„ Nos Mathias Dei Gratia Rex Hungariæ, & Bo„hemiæ &c. Memoriæ commendamus tenore præſen„tium, quibus expedit univerſis, quod cum nos æſta„te proxime præterita Univerſitati Prælatorum Baro„num, & Procerum, & Nobilium dicti Regni noſtri „ Hungariæ Diætam generalem pro felici ſtatu rei no„ſtræ publice hic Budæ celebraſſemus, tunc in ipſa „ Diæta Nobiles *Comitatus Simegienſis* in perſonis „ univerſorum Plebanorum, ſeu Rectorum Parochialium „ Eccleſiarum dicti Comitatus Simegien. & tandem „ ipſimet Plebani, ſeu Rectores ad Majeſtatem noſtram „ Regiam per modum gravis contumeliæ detulerunt, „ qualiter fideles noſtri Capitulum Eccleſiæ Veſpri„mien. neſcitur unde moti medietatem quartarum de„cimalium præfati Comitatus Simegien. quam ipſi „ Plebani & perprius ſe habuiſſe, & tunc quoque „ habere ſe dicebant, absque omni via Juris jam a „ multo tempore uſurpaſſent, & exigerent, hujusmodi„que medietate quartarum eosdem Plebanos pri„vaſſent, ſupplicantes tam Nobiles quam Plebani ſupra„dicti cum maxima Inſtantia Majeſtati noſtræ, ut nos, „ qui Patronus, ac Defenſor Eccleſiarum ſumus, eo„rundem Plebanorum quieti in hac parte de oppor„tuno Juris remedio providere dignaremur. Nos igi„tur, qui omne ſtudium, omnesque vires in hoc expo„nimus, ut ſubditi noſtri præſertim Viri Eccleſiaſtici „ veluti cultui divino ſpecialiter mancipati non ſolum „ ab hoſtibus exteris tuti, ſed & ab inteſtinis contro„verſiis, & æmulationibus liberi, atque invicem con-

„ cor-

„ cordes, ac tuti pacis vota, pro re noſtra publica „ uno corde, ac una anima devotius perſolvant, vo„ luimus, & per certas noſtras Regias Litte„ ras commiſimus, ut in certo tunc expreſſo termino „ pars utraque coram fideli noſtro dilecto Reveren„ diſſimo Domino Petro Colocen. & Bacſien. Eccleſia„ rum canonice unitarum Archiepiſcopo ſummo, & „ Secretario Cancellario noſtro comparerent. Ipſeque „ cum Aſſeſſoribus ſuis per nos ſpecialiter deputatis, „ auditis partium allegationibus, ac viſis Juribus eo„ rundem controverſias, & differentias prætactas de „ ſimplici, & de plano dirimeret, & complanaret. „ Verum quia in termino hujusmodi præfatus Domi„ nus Petrus Archiepiſcopus aliis noſtris, & Regni „ noſtri majoribus præpeditus negotiis, complanationi „ prædictæ commode intendere nequierat. Nos per„ dictos Plebanos ſuper hæc iterum impulſati, rationi„ busque, quibus ſupra moti, partes easdem rurſus per „ alias Litteras noſtras ad alium competentem termi„ num in præſentiam ejusdem Domini Petri Archi„ Epiſcopi fecimus evocari, in quo termino diſcreti „ Joannes de Heteſs, alter Joannes de Biſze, nec non „ Gregorius de Meſzteghnye Eccleſiarum Plebani ſuis, „ ac univerſorum dictorum Plebanorum ipſius Comi„ tatus Simegien. procuratores, nominibus ab una, „ parte vero ab altera honorabilibus Blaſio Lectore, „ Petro Cantore, Benedicto de Csepely Dominico Præ„ poſito de Hantha, Thoma de Milley, Stephano de „ Czegled, & Andrea de S. Georgio Canonicis Eccle„ ſiæ Veſprimien. pro ſe, & prædicto Capitulo cum „ ſufficien. procuratoriis mandatis hinc inde coparen. „ coram eodem Petro Archi-Epiſcopo, ac Aſſeſſoribus „ ſuis, utputa Reverendis in Chriſto Patribus Urba„ no Electo, & confirmato Jaurien. Nicolao Vacien. „ Michaele Vicario in Pontificalibus, & Spiritualibus „ in Strigon. Mylkovien. Archi-Angelo Electo Scardin. „ Epiſcopis, Dominico Præpoſito Alben. Georgio &

„ priore Cuſtode Strigonien. Georgio de Monay Lecto-
„ re, Reverendiſſimis, aliisque pluribus Prælatis, &
„ Doctoribus, ac viris, tam in Jure pontificio, &
„ civili, quam Legibus, & Conſvetudinibus Regni
„ noſtri peritis, iidem Gregorius, ac uterque Joannes
„ Plebani querelam ſuam præſcriptam reſumpſerunt,
„ ſeu replicarunt ſubjungen. quod dicta quoque altera
„ medietas prætactarum quartarum, quam ſcilicet ut
„ ſuperius dixiſſet dictum Capitulum Veſprimienſe ab
„ eis indebite occupaſſet, non ſolum ex conſvetudine
„ ſupra dicta, ſed & juxta Bullas Apoſtolicas, ac alia
„ Privilegia ad eos ſpectaret, & pertineret; quasdam
„ Bullas ſub nomine Bonifacii noni, item certas Lit-
„ teras Conventus Albenſis, tenore quarumdam Litte-
„ rarum condam Lodomerii Archi-Epiſcopi Strigonien-
„ ſis, aliis tenorem tranſumptive inſertam continen. &
„ tertias condam Sigismundi Imperatoris producen.,
„ ac peten. dictam quoque alteram medietatem quar-
„ tarum hujusmodi ad ſe Plebanos ſpectare declarare,
„ & dictum Capitulum de illa amoveri. Quibus per-
„ ceptis præfati Blaſius Lector, Petrus Cantor, Bene-
„ dictus de Csepelly Domini Dominici Thomas de Mil-
„ ley, Stephanus Czegled, & Andreas de S. Georgio
„ Canonici Reverendi ex adverſo propoſuerunt, quod
„ tam allegationes præmiſſæ ipſorum Plebanorum, quam
„ dicta tria Privilegia, propter eorum producta omni
„ prorſus careant veritate, ac firmitate, in fidem, &
„ argumentum hujusmodi reſponſionis ſuæ quinque
„ Litteras, ſeu quinque Inſtrumenta, & plures ratio-
„ nes inferius exprimen. pro parte ſui ibidem offeren.,
„ & inducen. *In primis* videlicet Litteras divi Belæ
„ quarti Regni hujus Hungariæ Regis, Prædeceſſoris
„ noſtri de Anno Domini *Milleſimo Ducenteſimo Quin-*
„ *quageſimo Quinto emanatas*, & tandem Anno Do-
„ mini Milleſimo Quadringenteſimo Vigeſimo Tertio
„ per felicis recordationis Sigismundum Romanorum
„ Imperatorem, ac dicti Regni Hungariæ Regem, ac
„ de-

, demum etiam per Majeſtatem noſtram confirmatas
, inter alia declaran. qualiter quæſtione inter Canonicos Eccleſiæ Veſprimien. ex una, ac univerſos Sacerdotes Veſprim. Diœceſis partibus ex altera ſuper congrua portione ipſorum Sacerdotum, & rebus aliis orta, ac diutius *agitata Rex ipſe habito* Prælatorum, Principum, & Conſiliariorum tractatu, & conſilio deligenti, & ſpecialiter Claudii tunc Epiſcopi Veſprimien. præſen. acceptan., & approban. *partibus utrisque taliter ordinaſſet*, *quod medietas quartæ* decimarum pariter ad Sacerdotes pertineret, medietas vero ad Canonicos Eccleſiæ Catedralis, aſſumen. Idem Rex pro bono pacis propter obſervan. odiator. hujusmodi contra alteram partem illa obſervare nolen. in ſuo Jure conſervar. *Secundo* Litteras condam Reverendiſſimi Domini Patris Brande S. Clementis S. R. E. Presbyteri Cardinalis tunc in hoc, & etiam aliis Regnis Sedis Apoſtolicæ Legati de Anno Domini 1412. die 25. Januarii ſuper prolatione ſententiæ ſuæ infrafatus exprimen. confectas, ſimul cum proceſſibus, ſeu actis, Sententiæ ejusdem in quodam titulo confectas, inter alia in effectum exprimen. qualiter condam Joanne Epiſcopo Vratislavienſi tunc *Commendatario Monaſterii S. Martini Sacri Montis Pannoniæ* prætendentes non ſolum decimas, ſed integras quartas ipſarum decimarum dicti Comitatus Simegienſis ad ipſum Monaſterium ſpectare, & pertinere, ipſarumque quartarum medietate una per præfatum Capitulum Veſprimienſe, & reliqua medietate earum per dictos Plebanos dictum Monaſterium ſpoliatum eſſe, & peten. quartas hujusmodi inter dictum Epiſcopum, & Commendatarium ex una, & præfatum Capitulum ex alia partibus inter eundem Epiſcopum, & Commendatarium ſimiliter ab una, ac annotatos Plebanos ex altera parte inſeparat. Inſtan. ſcilicet tamen & eodem tempore coram dicto Cardinali, & Legato

„ lites

„ lites exortæ fuiſſent, teſtes tamen contra eunde
„ Epiſcopum, ac Commendatarium pro parte tam di
„ cti Capituli, quam ipſorum Plebanorum producti ſci
„ licet, & ſemel recepti, & examinati exſtitiſſent, &
„ quia teſtes hujuſmodi ducenti fere Nobiles, ac tot
„ idem plures ignobiles de dicto Simigienſi, ac Vel
„ primienſi Comitatibus, atque inſuper multi alii d
„ diverſis partibus hujus Regni producti, inter quo
„ alii fuerunt Barones, alii vice Bani, & ſimiles Pro
„ ceres alii Præpoſiti, & Archi Diaconi, alii, qui di
„ ctam Abbatiam S. Martini adminiſtrarunt. Alii con
„ dam Ludovici, alii dicti Sigismundi felicis memori
„ Regum Hungariæ etiam in exactione decimarum dict
„ Comitatus Simigienſis factorum, & alii, qui quartu
„ ipſas dicaverunt, & in arendam conduxerunt, qu
„ fere omnes tot teſtes concorditer depoſuerunt, quod
„ temporibus dictorum Ludovici, & Sigismundi Regum
„ & alias a tanto tempore, cujus initii memoria ad
„ huc tunc minime fuiſſet, medietatem dictarum quar-
„ tarum præfatum Capitulum Veſprimienſe, & alteram
„ medietatem earundem dicti Plebani ſemper pacifice
„ percepiſſent, & quia etiam alia Jura ipſorum Ca-
„ pituli, & Plebanorum coram dicto Cardinali allega-
„ ta, & producta hoc ipſum confirmabant, idem Le-
„ gatus per dictam ſummariam ſuam æſtimationem,
„ prætacto Joanni Epiſcopo, & Commendatario ſilen-
„ tium perpetuum in quartis hujuſmodi impoſuiſſet.
„ *Tertio vero* Sententiam Joannis de Thomariis de
„ Bononia S. Palatii cauſarum Auditoris per eum An-
„ no Domini 1414. die ſedecima Menſis Aprilis latam
„ inter alia referentem, quod licet pro parte dicti Jo-
„ annis Epiſcopi, & Commendatarii fuerit a dicta Sen-
„ tentia ipſius Legati, ad dictam Sedem appellatum,
„ & cauſa appellationis hujuſmodi ipſi Auditori com-
„ miſſa, tamen idem Auditor tentis prius pluribus ter-
„ minis tandem tam dictum Capitulum, quam præ-
„ fatos Plebanos ad Inſtantiam Judicii ſui, ex cauſa

„ tunc

Digitized by Google

tunc expreſſis abſolviſſet, & ipſum Epiſcopum, & Commendatarium in expenſis condemnaſſet. *Quarto* certas Litteras condam Mathæi de Vice-Diaconis de Placen. Vicarii in Spiritualibus generalis Eccleſiæ Strigonienſis de Anno Domini 1417. datas inter cetera declaran., quod orta coram litis materia per Plebanos dicti Comitatus Simig. ſub vicariatu de Fok exiſten. contra dictum Capitulum Veſprimienſe ſuper medietate hujusmodi quartarum; quas ſilentium altera medietate earundem certarum, & per conſequens integras quartas hujusmodi iidem Plebani ad ſe pertinere prætendebant, ex quo præfati Plebani ad probandum admiſſi intentionem ſuam minime probaſſent, Capitulum vero præmiſſum tam per Litteras Regum Hungariæ, quam per Sententias dictorum Brande Cardinalis, & Legati, ac Joannis Auditoris aliaque Jura, ac depoſitiones quoque teſtium dictas medias quartas ad ſe ſpectare, & ſe in earum poſſeſſione præfuiſſe ſufficienter approbaſſet, idem Mathæus Vicarius jam fatum Capitulum Veſprimienſe ab impetitione dictorum Plebanorum per ſuam ſententiam definitivam abſolviſſet. *Quinto* „ *Litteras Concilii Conſtantien. Anno Domini* 1415. „ *emanatas, Litterisque condam* Joannis Archiepiſcopi „ Strigonienſis tranſumptive inſertas in effectum de- „ claran. quod licet quidem Balthaſar Pus Joannes vi- „ geſimus tertius Papa appellatus, & tunc per ipſum „ Concilium depoſitus, ad ſuggeſtionem quorundam „ Baronum hujus Regni inter alia id conceſſerit, ut „ Rectores Parochialium Eccleſiarum ipſius Regni in- „ tegras quartas decimarum ubique percipere debuiſ- „ ſent, dictum tamen Concilium Conſtantien. multis „ rationibus ibi expreſſis id iniquum, & periculoſum „ eſſe perſpiciens hujusmodi Litteras dicti Balthaſaris „ revocaſſet, *ac voluiſſet antiquam conſvetudinem* „ *Regni hujus in decimis, & quartis hujusmodi fir-* „ *mam perdurare.* Productis itaque ab utraque parte

„ Pri-

Digitized by Google

„ Privilegiis, ſeu Inſtrumentis, & Juribus, earum ſu
„ pradictis, ac factis per partes easdem hinc inde co
„ ram ipſo Domino Petro Archi-Epiſcopo, ac Aſſeſſo
„ ribus ſuis, pluribus allegationibus, & diſceptationi
„ bus, & alias negotio hujusmodi per eundem Domi
„ num Petrum Archi-Epiſcopum, & Aſſeſſores ſuos
„ maturius examinato, poſteaquam dictæ partes ſuper
„ inde per ipſum Dominum Petrum Archi-Epiſcopum
„ interrogatæ, & requiſitæ, ac pluribus diebus expe
„ ctatæ plura dicere, & producere noluiſſent, Idem
„ Dominus Petrus Archi-Epiſcopus Bullas, Litteras, Pri
„ vilegia, & Jura partium ſupradictarum ad Majeſta
„ tem noſtram Regiam in ſpecie detulit, ac de alle
„ gatis, & productis coram ſe, & dictis Aſſeſſoribus
„ ſuis per partes prædictas relationem pleniorem, ac
„ fideliorem fecit. Nos itaque viſis Bullis, Privile
„ giis, ac Juribus partium ſupradictarum, rationibus
„ que earum diligentius penſatis, & perſcrutatis, non
„ ſolum ex relatione prætacti Domini Petri Archi-Epi
„ ſcopi, ſed ex oculata inſpectione Bullarum, & Pri
„ vilegiorum, ac Jurium ipſorum, relationibusque, &
„ allegationibus dicti Capituli Veſprimienſis, ac præ
„ dictorum Aſſeſſorum ipſius Domini Petri Archi-Epi
„ ſcopi inter alia præprimis quod dictum Capitulum
„ Veſprimienſe a tanto tempore, cujus initii memoria
„ hominum non exiſtit, fuit ſemper, et eſt juxta or
„ dinationem *dicti Belæ quarti Regis in pacifica poſ*
„ *ſeſſione dictarum mediarum quartarum, & per con*
„ *ſequens* ipſi Plebani in hoc non recte noſtræ Maje
„ ſtati fuiſſent conqueſti, quodque idem Capitulum
„ Veſprimienſe ſuper directis mediis quartarum Jura
„ tam efficaciſſima haberent, Bullæ vero, ac aliæ Lit
„ teræ pro parte præfatorum Plebanorum productæ de
„ falſo vehementer ſuſpectæ, ac alias invalidæ eſſent,
„ ex rationibus ut diximus per dictum Capitulum alle
„ gatis, ac per ipſum Dominum Petrum Archi-Epiſco
„ pum, Aſſeſſoresque ſuos ſagaciter exquiſitis, & per

„ nos

Digitized by Google

nos maturius ponderatis, & ex quibus nonnulla ad futuram memoriam, majoremque rei hujus evidentiam hic duximus exprimen. Et primo. Quia dictæ Bullæ ſub nomine Bonifacii Papæ Noni fabricatæ Epiſcopos Tyranos, & oppreſſores pauperum Plebanorum appellant, & alias contra morem Principum, ac ſtylum Curiæ Romanæ, contra Prælatos invehitur verbis opprobrioſis, Jusque tertii ſine æqua cauſæ cognitione, aut cauſa legitima auferre videtur, nec ullam de ſupradicta poſſeſſione percipien. dictas medias quartas, in qua ipſum Capitulum tanto tempore fuit, ac ſuper quas tam efficacia Jura habet, mentionem facit, & in multis locis ſuis, tam in orthographia, quam alias in grammatica peccat, in ſcriptura quoque etiam primæ litteræ, ac ſecundæ dictionis, ac aliis locis a regulis Cancellariæ Apoſtolicæ, ac ſtylo Curiæ Romanæ prædicto deviant; notabilius, & manifeſte Bulla etiam ſeu Sigillum plumbeum adulteratum, compreſſumque, & vitiatum dignoſcitur, videturque ex priori filo de aliis Litteris educta, & filo ſericeo harum non nunc productarum appoſita, & annexa, atque ex pluribus quoque aliis rationibus Bulla ipſa falſa eſſe videtur. Aliæ quoque duæ, pro parte dictorum Plebanorum productæ, una ut puta ſignis ipſius Sigismundi Imperatoris de Anno Domini 1429. confecta, atque inter alia declaran. in effectum, quod in Congregatione generali per ipſum Imperatorem Somogyvár univerſitati Nobilium dicti Comitatus Simigienſis celebrata, ad petitionem cujusdam Pauli Plebani de dicta Somogyvár Judlium, & duodecim Juraſſores dictæ Congregationis faſſi fuiſſent, quod Plebani dicti Comitatus de dicta quarta decimarum Epiſcopis, aut eorum Vicariis, vel Archi- Diaconis aliquid dediſſent, vel adminiſtraſſent, ſecunda vero præfati Comitatus Albenſis tenor Litterarum condam Lodomerii Archi Epiſcopi Strigonienſis, aliis tenorem tranſumpti-

„ ve inſertum in ſe continen. exprimen. Quid idem
„ Lodomerius Archi-Epiſcopus de Anno 1280. in Ca-
„ ſtro Strigonienſi ex Philippi Firmiani tunc in his
„ partibus Apoſtolicæ Sedis Legati vocali commiſſione
„ ordinaſſet, ac laudaſſet inter partes juxta Litteras
„ cujusdam Roſztvadi Curiæ Apoſtolicæ generalis Au-
„ ditoris hoc modo: Quod ipſi Plebani integras quar-
„ tas decimarum deberent percipere, & habere, item
„ & tenor quarundam Litterarum Guidonis Cardinalis
„ tunc ſimiliter in his partibus Legati Anno octavo
„ Pontificatus Clementis Papæ VI. quod fuit circa An-
„ num Domini 1311. Poſonii datar., ac dictum te-
„ norem hujusmodi Litterarum Lodomerii Archiepiſco-
„ pi in ſe continen. inter cetera refertur, qualiter di-
„ ctus Guido Cardinalis, & Legatus ab utraque par-
„ te ſuper hac petitas ejusdem Litteras, & facta hu-
„ jusmodi ipſius Lodomerii Archi-Epiſcopi *confirmaſſet*,
„ *ſimiliter viſæ ſunt falſæ eſſe*, & quantumvis etiam
„ veræ eſſent, inefficaces eſſe judicantur. *Primo.* Quia
„ ipſe idem Sigismundus Imperator, ut ſupra dictum
„ eſt, dictas Litteras Belæ IV. hujusmodi faſſioni
„ ipſorum Juratorum contrarias vix ſex annis ante
„ tempus dictæ Congregationis confirmaſſet, unde non
„ eſſet credendum, eum tam cito in præjudicium dicti
„ Capituli abſen. & Eccleſiæ eorum præſertim in tali
„ Congregatione generali, uti etiam ſecundum conſve-
„ tudinem hujus Regni de factis decimarum, nec Ju-
„ dices judicant, neque jurati faſſiones facere habent,
„ contra tam evidentem, & manifeſtam tantoque tem-
„ pore obſervatam ordinationem, & diviſionem dicti
„ Belæ Regis, & confirmationem ſuam propriam ali-
„ quid attentatum voluiſſe, aut permiſiſſe. *Secundo.*
„ Quia ut ſupra declaratum eſt, & in Sententia, ac
„ actis præfati condam Brande Cardinalis, & Legati
„ plenius habetur cum centum, & plures, ac potio-
„ res Nobiles ſolum de dicto Comitatu Simigienſi
„ præter alios, quibus ejusdem Sigismundi Imperato-
„ ris

Digitized by Google

ris coram dicto Brande Legato producti dictæ Faſſioni contrarium depoſuiſſent, nec veriſimile eſſet, quin plures & ex ipſis duodecim juratis inter illos centum producti extitiſſent, quod facile apparere poſſet, ſi ipſorum juratorum nomina prætactis Litteris ipſius Imperatoris inſcripta haberentur: *Tertio Quia juramenta hujusmodi duodecim juratorum tantum ad certos Articulos in talibus generalibus Congregationibus judicari conſvetos, & non ad decimas ſe extenderent. Quarto* Quia in illis Articulis in ipſis ſcilicet generalibus Congregationibus judicari conſvetis, conſvetudo dicti Regni noſtri certos modos in proban., & punien. hujusmodi Juraſſores, ac Judlium admittit, ex quo concludetur faſſionem ipſorum non adeo improbabilem eſſe, quin tot teſtjum, uti præfertur contrarium atteſtan. faſſionibus, ac tot ſententiis, & Privilegiis potioribus ipſius Capituli cedere deberet. *Quinto* Quia licet in ipſis Litteris præfati condam Sigismundi Imperatoris in propoſitione, ac petitione dicti Pauli Plebani, & *de Capitulo Veſprimienſi mentio habeatur, inferius tamen* in ſerie hujusmodi faſſionis ipſorum Juratorum tantum de Epiſcopis, ac eorum Vicariis, & Archi-Diaconis dicitur, eos nihil ex dictis quartis percipere; quod & hodie eſt verum, nec de dicto Capitulo ipſi jurati quidquam fatentur, verum etiam ſola hac ratione talis faſſio ipſi Capitulo minime obeſſe probaretur.

„ Dictæ vero Litteræ Conventus Alben. ſimiliter falſæ, vel ſaltem invalidæ eſſe reperiuntur, tum ex ratione ſecunda proxime dicta, tum vero quod adhuc tempore dicti Belæ quarti ſuper congrua probatione dictarum quartarum, quam ſcilicet quotam ipſius quartæ dicti Plebani, & quam prædictum Capitulum Veſprimienſe habere debuiſſet, controverſia diu agitata, & per dictam limitationem ipſius Belæ

„ Regis

„ Regis ſopita fuiſſet, ſicque evidenter conſtaret, ad-
„ huc ante ipſum Belam quartum utramque partium
„ præfatarum æquam portionem prædictarum quarta-
„ rum percipere conſveviſſe, quam de quantitate por-
„ tionum differentiam inter partes fuiſſe, poſt dictam
„ vero limitationem ipſius Belæ Regis ſemper, &
„ etiam tempore dicti Brande Cardinalis, & Legati
„ Capitulum medietatem dictarum quartarum, & Ple-
„ bani reliquam medietatem illarum percepiſſent,
„ prout ex ſupradictis depoſitionibus teſtium præfa-
„ torum, ac Litteris Belæ Regis, & aliis pro parte
„ dicti Capituli productis colligitur manifeſte, & quia
„ etiam ex datis Litterarum ipſarum Belæ IV. Regis,
„ Lodomerii Archi Epiſcopi Brande Cardinalis, &
„ Legati, depoſitionibusque præfatorum teſtium clare
„ probatur inter ipſius Belæ Regis, ac dicti Archi Epi-
„ ſcopi ordinationes prædictas vix viginti quinque
„ annos mediaſſe, & quod etiam tempore Sententiæ
„ dicti Brande fere ducentis annis illas ſecutæ, dictæ
„ partes ordinationem ipſius Belæ Regis, & non Lodo-
„ merii Archiepiſcopi obſervabant, ſecundum ipſos te-
„ ſtes ab eo tempore, cujus initii nomina non erant;
„ Unde nullo modo verum eſſe creditur dictum Lo-
„ domerium Archiepiſcopum contra talem Eccleſiam,
„ ac contra Deum, & Juſtitiam limitationem ipſius Be-
„ læ quarti tam recentem, ac tam manifeſtam, & ra-
„ tionabilem a partibus acceptatam, & obſervatam,
„ per ſuum laudum irritaſſe, ac dictum Capitulum a
„ tali, ac tanto Jure ſuo ſine omni recompenſa,
„ omnique cauſa legitima, ac abſque via Juris in to-
„ tum excluſiſſe, vel Litteras ſuas alium tenorem ha-
„ buiſſe, vel etiam unquam emanaſſe; augerent au-
„ tem non mediocriter plura alia hanc ſuſpicionem
„ falſitatis, primoque extremæ dementiæ eſſet. Et ideo
„ non modo de uno tali Capitulo, ſed neque de ali-
„ qua ſingulari perſona mentis compote eviden. quod
„ prout in tenore Litterarum dicti Guidonis Legati di-
„ citur,

„ citur, ipſum ſolum Capitulum Veſprimienſe Litteras
„ ad laudum hujusmodi dicti Lodomerii Archi-Epiſco-
„ pi contra - - - - Eccleſiam ſuam ab ipſo Guidone
„ Cardinali, & Legato confirmari feciſſet. Secundo:
„ quia ut dictæ Litteræ Comitatus Albenſis referunt,
„ præfatus Lodomerius Archi-Epiſcopus fundavit ſe in
„ Litteris cujusdam Roſtardi Auditoris Curiæ Apoſto-
„ licæ, & dictus Guido tenorem Litterarum earundem
„ ipſius Lodomerii Litteris ſuis inſeren. illas confirma-
„ vit. Deinde Tertio: tenorem Litterarum ipſius Gui-
„ donis Cardinalis, & Legati Capitulum Budenſe, &
„ demum Quarto: tenorem Litterarum Buden. tenores
„ alios prædictos in ſe continentes Conventus Crucife-
„ rorum Litteris ſuis tranſtulit. Item quod per Con-
„ ventus tam remotos tranſumptiones ipſæ factæ ſunt,
„ cum tamen hic Budæ in proximo multa Sigilla te-
„ ſtimonialia Curiæ Regiæ ſemper habeantur, & item
„ quod dictum Capitulum Budenſe ad petitionem
„ Con-Canonici ſui fecit hujusmodi tranſumptionem,
„ & quia inſuper tranſumptio dicti Capituli Budenſis
„ de Anno Domini Milleſimo trecenteſimo ſeptuageſi-
„ mo ſecundo, & ipſius Conventus de Anno Domini
„ Milleſimo quadringenteſimo decimo quarto, & ſic
„ circa tempora dictæ Sententiæ ipſius Brande, ac Si-
„ gismundi Imperatoris non in judicio, cum tamen
„ temporibus illis lites agitatæ ſunt inter partes; Nec
„ alicujus Judicis authoritate, vel in partis alterius
„ præſentia, ſeu cum alia ſolemnitate, de tranſumpto
„ in tranſumptum per tot gradus non appar. Origina-
„ libus, progredien. facta dicuntur, dictusque Lodo-
„ merius Archi-Epiſcopus ſe nec Legatum natum, nec
„ Primatem ſcribit, cum tamen Eccleſia Strigonienſis
„ longe ante tempora ipſius Lodomerii Archi-Epiſcopi
„ illis Privilegiis dotata fuit, & res quoque narratæ,
„ ut proxime dictum eſt, nullomodo veri ſimiles ſunt.
„ Unde tenores ipſi, Litteris dicti Conventus inſerti,
„ *viſi ſunt omnes falſi, aut falſè corrupti*, & variati

„ eſſe. Tertio: quia tam hujusmodi laudum ſeu ordi„ natio dicti Lodomerii Archi-Epiſcopi, quam confir„ matio præfati Guidonis factæ dicuntur *extra judicia„ liter, ad petitionem partium extra judicialem*, ne„ conſtat aliquem procuratorem pro parte dicti *Capi„ tuli ſaltem ſpeciale, & ſufficiens Mandatum ad i„ habentem comparuiſſe*, nec de mandato hujusmod„ dictum fuiſſe, & minus dictum Capitulum præſcri„ ptum comparuiſſe probatur, ex quo nec poteſt Uni„ verſitas ſeu Capitulum extra locum Collegii ſui, Ca„ pitulum ſeu Univerſitas dici, verum etiam ſi alias „ tenores præſcripti omni carerent ſuſpicione, *tamen „ quia abſente ipſo Capitulo, & absque ipſius manda„ to ſpeciali*, ad laudum, & petitionem hujusmodi „ proceſſum fuiſſet, dicto Capitulo, & Eccleſiæ eorum „ Veſprimien. obeſſe non deberet. *Inſuper quia tam „ juxta Pontificia, quam Civilia Jura quodvis Privile„ gium, & ſpecialiter ſuper Decimis Hungariæ etiam „ per ſolum non uſum, & eo fortius per contrarium „ uſum amittitur, & jam non ſolum a tempore dicti* „ Lodomerii Archi-Epiſcopi, & Guidonis Cardinalis, „ & Legati, ſed a tempore dictæ faſſionis ipſorum Ju„ ratorum, ſive ipſius Congregationis generalis mul„ to plures, quam quadraginta anni fluxerunt, & „ item tam tempore dicti Lodomerii, & Guidonis Le„ gati, qui *ipſi Belæ quarto proximi fuerunt*, quam „ tempore prætacti Sigismundi Imperatoris ac prius, „ & ex poſt prout conſtat ex depoſitionibus tot teſti„ um, aliisque juribus ipſius Capituli, idem Capitu„ lum medietatem quartarum hujusmodi ſemper paci„ fice percepiſſet; *Igitur etiam ex hoc ſolo eisdem „ Litteris præſcriptum, & derogatum eſſet* Quia igi„ tur ex præmiſſis, aliisque pluribus rationibus tam „ Majeſtati noſtræ, quam dictis Domino Petro Archi„ Epiſcopo, & Aſſeſſoribus ſuis conſtitit, quod dicti „ Plebani in prætactis mediis quartarum per ipſum Ca„ pitulum tanto tempore poſſeſſis nullum Jus penitus

„ ha-

Digitized by Google

habetent, ſed illæ ad dictum Capitulum ſemper, & præſertim a *tempore dicti Belæ Regis quarti* ſpectaſſent, & pertinuiſſent, ipſumque Capitulum in illarum pacifica poſſeſſione fuiſſet, & eſſet, & tot Sententias, & Jura alia ſuper illos pro ſe reportaſſet, & haberet, & per conſequens, quod præfati Plebani parte ſua, ac tam æqua, tantoque tempore obſervata diviſione ipſius Belæ Regis non contenti, alteri quoque parti ipſarum quartarum, ac Juri alterius indebite inhiarent, quodque iidem Plebani non veren. pœnas, quas mentientibus, & ſuripien. Principibus, non tam ſcriptis, exterorum Principum Legibus, quam Sanctiſſimis, ac vetuſtiſſimis dicti Regni noſtri moribus, uſu approbatis merentur, id quod dictum Capitulum Veſprimienſe ipſos Plebanos hujusmodi mediis quartis absque æqua via Juris privaſſet, falſe Majeſtati noſtræ ſuggeſiſſent, atque inſuper majori ducti præſumptione Jura aliorum etiam per falſas Litteras, ac Bullas Apoſtolicas, pœnas infidelitatis hujusmodi contemnentes uſurpare voluiſſent, per totque Sententias ſilentium toties impoſitum non curan. ipſum Capitulum Veſprimienſe iterum, ac iterum vexarent. Nos maturiori ſuperinde præhabita deliberatione, & ſi durius cum ipſis Plebanis eorum tam gravibus demeritis exigen. agere debeamus, ſolita tamen noſtra Regia benignitate in pœnis hujusmodi cum eis mitius agen. eidem Domino Petro Archi-Epiſcopo commiſimus, & mandavimus, ut modo infraſcripto pro dicto Capitulo, & contra ipſos Plebanos pronunciare, & Sententiam ferre, ac pœnam adjicere deberet, & teneretur. Ipſisque Plebanis per Sententiam noſtram hujusmodi, quam per Organum vocis ipſius Domini Petri Archi-Epiſcopi ferri, & pronunciari fecimus, ſuper ulterioribus vexationibus, a precibus, & ſuggeſtionibus hujusmodi, aliaque quavis inquietatione dicti Capituli in prætactis mediis quartis per eos conjunctim vel diviſim, quovis

Digitized by Google

„ futuro tempore judicialiter, vel extrajudicialit
„ fienda ſilentium perpetuum imponendum eſſe, pra
„ fatumque Capitulum in eisdem mediis quartis, a
„ earum pacifica poſſeſſione hujusmodi, etiam noſtr
„ & Succeſſorum noſtrorum authoritate Regia *juxt*
„ *dictas Litteras Belæ quarti* tuendum, protegendum
„ & conſervandum fore decrevimus, & declaramus
„ eisdemque Plebanis ſilentium impoſuimus ſupra d
„ ctam pœnam 1000 fl. auri adiicien., quam ipſos Ple
„ banos, & quemlibet eorum, toties quoties de Jure
„ vel de facto hujusmodi declarationi, & pronuncia
„ tioni contraire attentaverint, incurrere, & antequa
„ in æquo vel judicialiter, vel extrajudicialiter ei
„ audiendis detur, ad illius plenariam, & effectivam
„ ſolutionem dicto Capitulo fiendam teneri, & cog
„ volumus ipſo facto, nec per hoc in æquo pronun
„ ciationem, & declarationem prædictam derogari, pœ
„ nas alias eis debitas ipſis ſolita noſtra Regia clemen
„ tia, ac vice miſericorditer relaxan., in quorum omni
„ um, & ſingulorum fidem, & teſtimonium præmiſſo
„ rum præſentes noſtras ſecreti Sigilli noſtri, quo u
„ Rex Hungariæ utimur appen. facimus communiri
„ Datum Budæ in vigilia Feſti Purificationis B. Mari
„ Virginis Anno Domini 1482. Regnorum noſtrorum
„ Hungariæ &c. Anno vigeſimo quarto, Bohemiæ vero
„ tredecimo.

„ Quibus exhibitis, quia præſcripta medietas di
„ ctarum quartarum decimalium de Comitatu Simigienſi
„ provenire deben. per præfatum condam Dominum
„ Mathiam Regem, ac Prælatos, ac Barones Regni,
„ nec non Juris peritos ſuperius in tenore earundem
„ Litterarum denominatos præfato Capitulo Eccleſia
„ Veſprimienſis ex continentiis prædictarum Litterarum
„ adjudicatoriarum rite, & legitime adjudicatæ exti-
„ tiſſe reperiebantur. Ideo nos præmiſſa ſupplicatione
„ præfatorum Petri, & Jacobi Præpoſitorum exaudita,

„ &

& admiſſa eaſdem Litteras adjudicatorias, quoad omnes earum continentias, clauſulas, Articulos, atque puncta ratas, gratas, & acceptas habentes pro præfato Capitulo Eccleſiæ Veſprimienſis perpetuo valituras acceptamus, approbamus, & roboramus, authoritate noſtra judiciaria, & juſtitia mediante. In cujus rei memoriam, firmitatemque perpetuam præſentes Litteras noſtras pendentis authentici duplicis Sigilli noſtri roboratas munimine eidem Capitulo Eccleſiæ Veſprimienſis duximus concedendas. Datum Budæ quadrageſimo die Octavarum Feſti Beati Georgii Martyris prædictar. Anno Domini 1496. Regnorum noſtrorum &c. Anno 6. Bohemiæ vero 25.

„ Præmiſſarum itaque Litterarum pro utraque parte coram nobis modo præmiſſo productarum exhibitionibus factis, continentiisque, & ſeriebus earundem omnium Litterarum perlectis, & ruminatis, & ad unguem uſque intellectis, tam præfati Procuratores, præſcriptorum Nobilium Actorum, eisdem Actoribusque etiam memorati Magiſtri Nicolaus Pethy, & Paulus Raik, Canonici ſibi ipſis, ac prænotato Capitulo Eccleſiæ Veſprimienſis in cauſam attracto, per noſtram Majeſtatem in præmiſſis, & juſtitiam, finalemque deliberationem elargiri ſimiliter ſupplicarunt.

„ Sane licet in dicta Conventione generali per præfatum condam Dominum Wladislaum Regem Genitorem noſtrum in præſcripto Anno Dominicæ Incarnationis 1504. Regnicolis ſuis indicta, & in campo Rákos præſcripto celebrata, inter alias ordinationes, & conſtitutiones Articulus (XIII) ſupra ſcriptus de, & ſuper reviſione, & adjudicatione præmiſſarum differentiarum inter dictam univerſitatem Nobilium ab una, nec non prælibatum Capitulum Eccleſiæ Veſprimienſis partibus ex altera habitarum, modo in eodem conſcripto, & declarato fien. con-

„ ceptus editus, & Decreto generali eo tum de no„ vo compilato, ac per Majeſtatem paternam Regni„ colis ſuis confirmato, ad ſuggeſtionem Nobiliun„ Comitatuum præſcriptorum inſtitutus extiterit, me„ morati etiam Nobiles dictorum Simigienſis, & Sza„ ladienſis Comitatuum in præſenti Termino Judicio„ rum dicti Feſti B. Jacobi Apoſtoli præſcriptam dire„ ctam, & coæqualem medietatem præmiſſarum quar„ tarum decimalium in prættactis Comitatibus annua„ tim provenien. ad Plebanos, ſeu Rectores Eccleſiarum„ Parochialium Comitatibus in eisdem habitarum ple„ no Jure pertinere, & ſpectare, ſed per jam fatum„ Capitulum Eccleſiæ Veſprimien. - - - attunc inde„ bite, & injuſte pro ſe uſurpatam eſſe, & compro„ bare, & declarare, & etiam parte ejusdem Capituli„ ſolummodo vigore Articuli prædeclarati, a noſtra„ Majeſtate in facto earundem quartarum judicium ha„ bere, & cauſam præſentem proſequi voluerit, tamen„ quia in præſcripto Anno 1482. ex cauſis, & ratio„ nibus in tenore præſcriptarum Litterarum, præno„ minati condam Domini Mathiæ Regis adjudicatoria„ rum, & ſententionalium ſuperius in præſentibus ver„ baliter inſertarum lucide deductarum, & declarata„ rum, hoc & id, quod dicti Plebani Eccleſiarum Pa„ rochialium dicti Comitatus *Simigienſis* in prættactis„ mediis quartis decimalibus per ipſum Capitulum Ec„ cleſiæ Veſprimienſis multo tempore poſſeſſis nullum„ Jus penitus habuiſſent, ſed illæ ad dictum Capitulum„ ſemper, & præſertim a tempore *dicti Belæ Regis*„ *quarti ſpectaſſent*, ipſumque Capitulum in illarum pa„ cifica poſſeſſione fuiſſet, multasque Sententias, &„ Jura ſuper illis pro ſe reportaſſet, & quod præfati„ Plebani parte ſua, ac tam æqua, tantoque tempore„ obſervata diviſione ipſius *Belæ Regis non contenti*,„ alteri quoque parti ipſarum quartarum, & Juri„ alterius indebite inhiaſſent, quodque iidem Plebani„ non veren. pœnas, quas mentientibus, & furi-

„ pien-

„ pientibus Principibus non tam ſcriptis exterorum
„ Principum Legibus, quam Sanctiſſimis, vetuſtiſſimis
„ dicti Regni ſui moribus uſu approbatis meriti fuiſ-
„ ſent, id quod dictum Capitulum Veſprimienſe Ple-
„ banos ipſos hujusmodi mediis quartis absque æqua
„ via Juris ſpoliaſſet, falſo Majeſtati ſuæ ſuggeſſiſſent,
„ atque inſuper majori ducti præſumtione etiam præ-
„ fatas Litteras, & Bullas Apoſtolicas, pœnas flictatas
„ contemnen. uſurpare voluiſſent, ac totSententias, ſilen-
„ tium toties impoſitum non curantes ipſum Capitulum
„ Veſprimienſe iterum, & iterum vexaſſent, tam eidem
„ condam Domino Mathiæ Regi, quam etiam
„ memorato condam Domino Petro Archi-Epiſcopo
„ manifeſte conſtitiſſe, ipſeque condam Mathias Rex,
„ maturiori ſuperinde habita deliberatione, & ſi durius
„ eotum cum ipſis Plebanis eorum tam gravibus de-
„ meritis exigen. agere debuiſſet, ſolita tamen Regia
„ ſua benignitate in pœnis hujusmodi cum eis mi-
„ tius agens, præfato condam Domino Petro Archi-
„ Epiſcopo, ut modo infraſcripto, pro dicto Capitulo,
„ & contra ipſos Plebanos pronuntiare, Sententiam fer-
„ re, ac pœnam adiicere deberet, & teneretur, com-
„ miſiſſe, & mandaſſe, ipſisque Plebanis per Sententi-
„ am hujusmodi, quam per Organum vocis ipſius con-
„ dam Domini Petri Archi Epiſcopi ferri, & pronun-
„ tiari feciſſet, ſuper ulterioribus vexationibus, ac pre-
„ cibus, & ſuggeſtionibus hujusmodi, aliaque quavis in-
„ quiſitione dicti Capituli in præfatis mediis quartarum,
„ per eos conjunctim, vel diviſim, quovis futuro tem-
„ pore judicialiter, vel extrajudicialiter fien. ſilentium
„ perpetuum imponendum fuiſſe, præfatumque Capi-
„ tulum in eisdem mediis quartis decimalibus, ac earum
„ pacifica poſſeſſione ſua, & Succeſſorum ſuorum Re-
„ gum authoritate regia, juxta dictas *Litteras Belæ*
„ *quarti tuendum*, protegendum, & conſervandum fo-
„ re decreviſſe, & declaraſſe, eisdemque Plebanis præ-
„ miſſum ſilentium de facto impoſuiſſe, & pœnam

„ 1000 fl. auri adjeciſſe, quam ipſos Plebanos, & quem-
„ libet eorum, toties quoties, de Jure, vel de facto hu-
„ jusmodi pronunciationi contravenire attentarent, incur-
„ rere, & antequam in æquo vel judicialiter, vel extra ju-
„ dicialiter eis audiendis daretur ad illius plenariam ſolu-
„ tionem dicto Capitulo fien. teneri, & cogi, nec per hoc
„ in æquo pronunciationi, & declarationi prædictæ dero-
„ gari voluiſſe, pœnas alias, eos debitas ipſis, ſolita
„ ſua Regia Clementia relaxaſſe, præfatusque condam
„ Genitor noſter hujusmodi Sententiam ipſius condam
„ Domini Mathiæ Regis præſcriptis Litteris ſuis median-
„ tibus pro ipſo Capitulo Eccleſiæ Veſprimienſis con-
„ firmaſſe, & roboraſſe, & ex ſeriebus, & continen-
„ tiis præexhibitarum Litterarum, Paternarum confir-
„ mationalium pro parte dicti Capituli Eccleſiæ Veſ-
„ primienſis coram noſtra Majeſtate productarum ma-
„ nifeſte adinveniebatur. Quapropter præfatæ univer-
„ ſitates Nobilium Comitatuum præſcriptorum cauſam
„ præſentem, ut vim & firmam prænarratæ Sententiæ
„ annotati condam Domini Matthiæ Regis modo ſu-
„ perius declarato latæ, iſta via, qua ad præſens agen-
„ dæ demonſtrabuntur vigore ut puta Articuli ſupra
„ declarati ad earundem univerſitatum Nobilium ſug-
„ geſtiones, & querimonias in prædicta generali Con-
„ ventione, ſeu Congregatione Regnicolarum editi, &
„ conſcripti, minime proſequi poſſe, & valere, ſed Articu-
„ lus prænarratus, caſſari, invalidari, & corrumpi, &
„ proinde cauſa quoque præſens contra prænominatum
„ Capitulum Eccleſiæ Veſprimienſis vigore ejusdem
„ Articuli, per Actores prætactos modo præmiſſo co-
„ ram Majeſtate noſtra mota, & ſuſcitata conſopiri, &
„ condeſcendi; Idemque Capitulum Eccleſiæ Veſpri-
„ mienſis in cauſam attractum ab ulteriori impetitione,
„ vexatione, & inquietatione præſcriptarum univerſi-
„ tatum, Nobilium, ſed & Plebanorum, ſeu Rectorum
„ Eccleſiarum Parochialium Comitatibus in prætactis
„ habitarum, vigore Articuli prænotati de cætero qua-

„ liter-

litercunque fien. abſolvi, exonerari, & eisdem ſuperinde ſilentium imponi, prænarrataque lata Sententia jam fati condam Domini Mathiæ Regis in omnibus ſuis punctis, clauſulis, & Articulis in vigore ſuo relinqui, & committi debere nobis, ac præfatis Dominis Prælatis, Baronibus, Magiſtris Prothonotariis, & Sedis noſtræ judiciariæ juratis Aſſeſſoribus nobiſcum in diſcuſſione, & examine præſentis cauſæ exiſten. manifeſte cernebatur, proinde eorundem Dominorum Prælatorum, Baronum, Magiſtrorum Prothonotariorum, & Sedis noſtræ judiciariæ Juraſſorum quæſito, & aſſumpto conſilio ſuperinde præmaturo præfatas Univerſitates Nobilium Comitatuum Szaladienſis, Simigienſis, & Albenſis præſentem cauſam alias per præfatum Dominum condam Petrum Archi-Epiſcopum de mandato dicti condam Domini Matthiæ Regis, modo ſuperius ſatis luculente, & manifeſte declarato, & ſpecificato, adjudicatam, & Sententiæ finali incluſam, contra vim, & formam ejuscemodi Sententiæ vigore Articuli prænotati, in prætacto Decreto Regni noſtri modo quo ſupra conſcripti, „ minime proſequi, & valere decernen. eundemque „ Articulum caſſandum, & corrumpendum, & nullius „ vigoris, & firmitatis de cætero eſſe cenſendum, & „ proinde cauſam quoque præſentem vigore ejusdem „ Articuli per Actores prælibatos modo quo ſupra co„ ram noſtra Majeſtate ut præfertur, ſuſcitatam con„ ſopien. & condeſcendi facien., ipſumque Capitulum „ Eccleſiæ Veſprimienſis incattum ab ulteriori impe„ titione, & vexatione prædictarum Univerſitatum No„ bilium, ſed & univerſorum Plebanorum Parochialium „ Eccleſiarum Comitatuum prælibatorum prævia ratio„ ne abſolven., & exoneran., & prænarratam Senten„ tiam jam dicti condam Domini Matthiæ Regis in „ dictis omnibus ſuis punctis, clauſulis, & Articulis in „ ſuo priſtino vigore relinquen. eisdem Univerſitatibus „ Nobilium, ſed & Plebanis, ſeu Eccleſiarum Parochia-

„ lium

„ lium Rectoribus ſæpefatorum Comitatuum univerſis,
„ ſuper ampliori acquiſitione præſcriptæ medietatis di-
„ ctarum quartarum decimalium vigore Articuli præ-
„ memorati qualitercunque deinceps fien. ſilentium
„ perpetuum duximus impōnen., imo imponimus au-
„ thoritate noſtra judiciaria, Jureque, & juſtitia median.
„ In cujus rei memoriam, firmitatemque præſentes Lit-
„ teras noſtras privilegiales pendentis Sigilli noſtri, quo
„ ut Rex Hungariæ in Judiciis utimur, munimine robo-
„ ratas duximus concedendas. Datum Budæ trigeſimo
„ nono die dicti Feſti Beati Jacobi Apoſtoli Anno
„ Domini 1516.

„ Lecta, & extradata in ſede per Magiſtrum Pau-
„ lum Bolgay.

„ Coram me Magiſtro Joanne Olligy Prothonotar.
„ m. p.

„ Coram me Magiſtro Stephano Griſty m. p.

„ Et coram me Magiſtro Alberto Bellyoni m. p.

An terminus B. Georgii M. his Comitiis præfixus acceleratus, an prorogatus fuerit, ex eo contextu, quem in Veſtigiis p. 464. produxi, definiri non poteſt, id ſolum inde luculente patet, alium terminum, quam Feſtum B. Georgii, quo re ipſa celebrata ſunt, Comitiis præfixum, deinde vero & iſtum ſive acceleratum, ſive prorogatum fuiſſe, nam voce *revocare*, quæ ibi occurrit, utroque caſu commode uti poterat.

Horum Comitiorum Veſtigium occurrit etiam in Litteris Leonis X. ad Thomam Card. Bakach Dat. Romæ 1516. VIII. Kal. Quintil. ex Bembi Lib. XIII. apud Katona Hiſt. Crit. T. XVIII. p. 24. ubi ex Litteris Bakachii habetur:

„ Gra-

Digitized by Google

„ Gratiſſimum nobis accidiſſe, quod in Conventu
„ Pannonico nuper habito omnia tranquille, atque
„ pacate acta, confecta, transactaque ſunt. “

Præter Veſtigium horum Comitiorum, quod ex dato Diplomatis jam ad annum 1507. retuli, aliud initio ejusdem tranſumti habetur ſequens:

„ Nos Emericus de Perén Comes Perpetuus Co-
„ mitatus Abaujvarienſis, Regni Hungariæ Palatinus,
„ & Judex Cumanorum memoriæ commendamus, te-
„ nore præſentium ſignificantes quibus expedit univer-
„ ſis, quod nobis in præſenti Diæta, ſive Congrega-
„ tione generali univerſorum DD. Prælatorum, & Ba-
„ ronum, ac Nobilium hujus Regni pro Feſto B. Ge-
„ orgii M. proxime præterito, juxta contenta gene-
„ ralis Decreti ſuperinde editi, & ſtabiliti, in campo
„ Rákos celebrata unacum eisdem DD. Prælatis, Ba-
„ ronibus, ac Regni Nobilibus penes Sereniſſimum
„ Principem, & DD. Ludovicum Dei Gratia Regem
„ Hungariæ, & Bohemiæ &c. Dominum noſtrum gra-
„ tioſiſſimum conſtitutis, & exiſtentibus - - - Datum
„ Budæ prædicto decimo quarto die Congregationis
„ prænotatæ A. D. 1516. “

Anno 1518. celebratorum quinque Comitiorum Veſtigia deduxeram pag. 501. De primis duobus ante Dominicam Lætare celebratis teſtimonium ipſius Regis in Regalibus, quibus Joannem de Zapolya ad Conventum Feſto B. Georgii celebrandum evocat, adduxi, ultra quod nullum aliud eorum indicium hucusque reperi, dubitabam tamen, an ea, quæ pro Feſto B. Georgii indixerat, re ipſa celebrata fuerint, ſed dubium hoc evanuit, cum reperiſſem ſequens.

Ludo-

Digitized by Google

Ludovici II. R. H. Mandatum, quo Abbati de Borſmonoſtra injungit, ut ſubſidium medii floreni in proxima Diæta B. Georgii quorumlibet Bonis impoſitum, de Bonis ſuis ad manus Theſaurarii Regii quantocius adminiſtret.

„ Venerabili, & Religioſo fratri Abbati de Borſmo-„ noſtra fideli nobis dilecto.

„ Ludovicus Dei Gratia Rex Hungariæ, & Bohe-„ miæ &c:

„ Venerabilis fidelis nobis dilecte. Intellexiſſe vos „ non dubitamus qualiter in Diæta Feſti B. Georgii „ Martyris proxime præteriti, dum Prælati, & Baro-„ nes, ceterique Proceres hujus Regni nobiſcum pro „ tunc exiſtentes, conſideratis, & intellectis neceſſita-„ tibus, & periculis, Caſtris, & Confiniis hujus Re-„ gni imminentibus, obtulerunt nobis ad avertenda „ hujusmodi pericula, & pro defenſione ipſorum Con-„ finiorum ſubſidium medii floreni ita ſcilicet, ut il-„ lud de omnium Bonis quamprimum exigeretur, & „ ad quintum decimum diem Feſti Nativitatis Beati „ Joannis Baptiſtæ ad manus Theſaurarii noſtri impor-„ taretur, & aſſignaretur, & licet hujusmodi quintus „ decimus dies importationi pecuniarum præfati Sub-„ ſidii præſtitutus jam præterierit, tamen pecuniæ „ ipſæ ne adhuc quidem ſunt importatæ. Quo factum „ eſt, ut Caſtra, & Confinia hujus Regni in majora „ etiam, & graviora pericula devenerint. Officiales „ namque, & Caſtra ipſa finitima tenentes hactenus „ quoque difficulter retenti, conantur ex eis omnino „ exire, & ea vacua relinquere, niſi quamprimum „ proviſionem, & ſolutionem habuerint, quod ſi fie-„ ret, conſiderare poteſt unus quisque, quid exinde „ ſequeretur. Ut igitur hæc vitari poſſint, requiri-„ mus, & hortamur Fidelitatem veſtram, & eidem „ etiam committimus, quatenus habita ratione neceſſi-„ tatum, & periculorum ipſis Caſtris, & Confiniis

„ hujus

Digitized by Google

„ hujus Regni imminentibus, dictum Subſidium medii
„ floreni de Bonis ſuis quam primum, & ſine omni
„ mora exactum ad manus Theſaurarii noſtri mittere,
„ & aſſignare velitis, & debeatis, ut prædictis Caſtris,
„ & Confiniis hujus Regni cito, & tempeſtive provi-
„ deri poſſit. Secus igitur facere non præſumatis,
„ nam alias, ſi quid periculi, quod Deus avertat!
„ ipſis acciderit, non poſſumus niſi vobis imputare.
„ Datum Budæ Feria ſexta proxima poſt Feſtum Di-
„ viſionis Apoſtolorum Anno Domini Milleſimo Quin-
„ genteſimo Decimo Octavo.

(L. S.)

Ex iſto Inſtrumento itaque didiceram non tantum indicta Comitia re ipſa celebrata, ſed etiam Subſidium medii floreni in iis Regi decretum fuiſſe. Interea cum Antonius Mokoſſini L. R. Civitatis Bartphenſis Judex, & Cæſareo Regiæ loci Poſtæ Magiſter, Vir ut multo rerum uſu egregie cultus, ita provehendæ Patriæ litteraturæ Studioſus pro articulari Deputatione advenisset, tulerat una ſecum non invito Senatu complura vetuſtatis domeſticæ monumenta in ejusdem Urbis celebri Tabulario ſelecta, quæ in uſus meos deſervire poſſe judicabat, & ea inter etiam Articulos in iisdem S. Georgii Comitiis confectos, in ſimplici quidem, ſed vetuſta, & coæva copia, qui quidem non ſunt genuinum Decretum, cum ſolum per Prælatos, & Barones poſt diſceſſum Status Nobilium ſub illa ſpe conditi fuerint, quod hic quoque illos acceptaturus ſit, cum tamen ad Hiſtoriam Legislationis, & Comitiorum per-

permultum faciant, jure hic ſibi locum vendicant, quos proinde nunc primum e tenebris protractos refero, reſervata eadem Epigraphe, quam in ipſa vetere copia reperi notis nonnullis illuſtratos, daturus ſubinde illuſtre Diplomaticum monumentum, quod & horum Feſti B. Georgii M. & Tolnenſium Feſti B. Jacobi Apoſt. Comitiorum, & Articulorum Hiſtoriam in luce collocabit.

Articuli

Per Dominos, & Barones, Prælatos, ac Proceres Regni Hungariæ in Diæta Feſti Beati Georgii Martyris Anni 1518. *pro bono publico confecti.*

„ Cum in Diæta Feſti Beati Georgii Martyris „ proxime præteriti Domini Prælati, & Barones, „ Proceresque Regni cum Dominis Regnicolis „ ſuper his, quæ eisdem nomine Regiæ Majeſta„ tis de ſtatu ejusdem, ac de neceſſitatibus, & „ periculis hujus Regni, Caſtrorumque finitimo„ rum propoſita fuerant, tractare cœpiſſent, & „ cum ad ferendum Subſidium pro evitandis hu„ jusmodi neceſſitatibus, & periculis ventum fu„ iſſet, Dominique Regnicolæ allegantes Colo„ norum ſuorum paupertatem, & oppreſſionem „ non plus, quam Subſidium medii floreni ſe „ daturos obtuliſſent, & in hac opinione, & „ voluntate *ex ipſo Conventu diſceſſiſſent*, *a*) „ Poſt eorum diſceſſum iidem Domini Prælati, „ & Barones, Proceresque circumſpectis undi„ que rebus omnibus, poſtquam cognoviſſent

„ neceſ-

„ neceſſitates, & pericula Regni, Caſtrorumque
„ finitimorum tam magna, & tam aucta undique
„ eſſe, ut hoc Dominorum Regnicolarum Subſi-
„ dio medii floreni vitari nullo modo poſſe vi-
„ derent, licet ipſi quoque Domini, ſicuti &
„ Regnicolæ Ruſticos ſuos non libenter gravave-
„ rint, ſatis alioquin undique gravatos, malue-
„ runt tamen & ſe, & ſuos Colonos pro bono
„ publico, & pro ſalute totius Regni onerare,
„ quam pati, ut & ipſi, & Regnicolæ omnes,
„ & totum Regnum una per incuriam in ma-
„ nifeſtum periculum prolaberentur. Ad provi-
„ ſionem itaque, & conſervationem, ac repara-
„ tionem Caſtrorum finitimorum, nec non ad
„ Banderii regalis erectionem, ut ſcilicet Maje-
„ ſtas quoque Sua Regia illo inſtaurato ipſorum
„ Confiniorum defenſioni commodius intendere
„ poſſit, ad prædictum Subſidium medii floreni
„ Regiæ Majeſtati, pro Subſidio addiderunt, or-
„ dinaveruntque, & obtulerunt per iſtum unum
„ annum modis, & conditionibus infraſcriptis
„ exſolvendum, *ſperantes ipſos quoque Regni-*
„ *colas hanc ordinationem*, oblationemque Do-
„ minorum, pro evitando communi periculo per
„ eosdem factam, & utilem omnibus, & perne-
„ ceſſariam non gravatim accepturos *b*)

a) Per receſſum Status Nobilium rupta utique fuit hæc Diæta, & ideo Articuli hi ſecundum formam noſtræ *Conſtitutionis* legale Decretum non conſtituunt. Ad ſummum pro *partiali* inter Regem ab una, &

Præ-

Prælatos, atque Barones ab altera parte inita Conventione reputari poſſunt.

b) Diſſenſio inter Prælatos, & Barones ab una, Statum vero Nobilium ab altera parte inde orta fuit, quod illi unum, hi vero tantum medium florenum pro Subſidio offerendum eſſe voluerint. Si Prælati, & Barones declaraſſent tantum, quod illi ex parte ſua illum medium florenum ſponte addant, & Statum Nobilium ad ſequendum exemplum ſuum per Enciclicas invitaſſent, expleviſſent ſane bonorum Civium officium. Nunc abſente una, *integrante* Legislationis parte tam momentoſas, quales ſequentes Articuli ſunt, Leges ſub confidentia illa, quod Status Nobilium eas ultro acceptaturus ſit, condendo violarunt certe ipſam Regni Conſtitutionem. Quid? quod facile prævidere potuiſſent, Statum Nobilium ne periculoſum hoc Juribus ſuis exemplum edat, eo ipſo ad Ordinationes has non eſſe acceſſurum.

Cæterum ſciſſionem inter Optimates, & Nobiles jam ſub Wladislao enatam fuiſſe, Decreta ejus teſtantur, ſub Ludovico II. eam continuatam fuiſſe præſens Inſtrumentum oſtendit. Hæc deinde 1525. turbas *Hatvanienſes*. Anno vero 1526. exitium Mohachienſe produxit.

ARTICULUS I.

Terminus incaſſandi Subſidii.

„ Ordinatum autem eſt, ut medietas hujus-
„ modi Subſidii regii unius floreni ad Feſtum
„ Nativitatis Beati Johannis Baptiſtæ proxime
„ futurum dicetur, altera vero medietas ad Fe-
„ ſtum Beati Martini Epiſcopi Anni præſentis,
„ ita videlicet, ut tam Domini, quam Comi-
„ tatus pro exercitualibus, & pro conſervatione

„ Gen-

„ Gentium ſuarum cum Subſidio Regio dicentur „ pro ſe ipſis ſimiliter unum florenum, medietatem ejusdem ad prædictum Feſtum Beati Joannis Baptiſtæ, alteram vero medietatem ad Feſtum Beati Martini.

ARTICULUS II.

Subſidium hoc ſingulus Dominus a ſuis Colonis exigat, & Theſaurario directe transmittat.

„ Ut autem in dicatione, & exactione hujusmodi Subſidii omnis diſſipatio vitetur, & expenſæ quoque illæ, ac ſalaria, quæ alias in ſimilibus Subſidiis Dicatoribus, Vice-Comitibus, & Judlium dari conſveverunt, nunc in præſenti Subſidio ad utilitatem Confiniorum convertantur, viſum eſt Dominis, & in hoc omnes concordarunt, atque compromiſerunt, ut unus quiſque Dominorum in Bonis ſuis in Hungaria habitis, hoc Subſidium per homines, vel officiales ſuos probos, & fidedignos fideliter dicari, & exigi faciat, & tandem exactum ad manus Theſaurarii Regiæ Majeſtatis præſentari.

ARTICULUS III.

Subſidio huic ſubjaceant illi tantum Coloni, qui ſecus pecunias exercituales ſolvunt.

„ Quod illi Ruſtici omnes, a quibus *pecuniæ exercituales* exiguntur, hoc Subſidium Regiæ Majeſtati ſolvere debeant, illi vero, qui non ſolverent pecunias exercituales, neque Subſidium hoc Regium ſolvere teneantur.

Primam exactionis pecuniarum ejusmodi memoriam in Math. I. Decr. IV. Art. VII. §. 2. deprehendi, ubi dicitur. *Ita videlicet, quod in attactis Judiciis pecuniæ deſenſuales non exigantur.* Quæ enim hic *deſenſuales* appellantur, poſtea *exercituales pecunias* dictas fuiſſe tuto conjicere licet. In Decreto Wlad. IV. 1500. Art. XX. §. 1. pecuniæ hæ jam *exercituales* compellantur, dicitur enim, ut univerſi Regnicolæ, qui in ſerie præcedentis quippe 1498. Decreti inter ceteros *Banderiatos* ad exercituandum non fuere computati, univerſa ſua Bona in medium Nobilium non Banderiatorum computare, id eſt Portalem militem præſtare, *& pecunias in medium eorundem ad exercituandum de illis dare teneantur.* In effectum Legis hujus mandavit Wladislaus eodem Anno Statibus Sclavoniæ, *ut omnes ſecundum Decretum, & Conſtitutionem Regni, Contributionem exercitualem conferant, & nemo ab eadem ſit exemptus*, prouti aſſervatum in Archivo Regni Faſc. 6. N. 102. ejus Reſcriptum teſtatur.

Sub eodem Wladislao 1414. Art. I. §. 4. dicitur: *Ex pecuniis exercitualibus, ſeu ad rationem conſervationis Gentium ſemper* 10. *denarii ad manus ipſius D. Vajvodæ aſſignentur.*

Sub Ludovico II. 1518. hoc, quem commentamur loco dicitur: Illos tantum Ruſticos ad Decreto hoc conventi Subſidii perſolutionem teneri, qui dependendis, *exercitualibus pecuniis* obno-

bnoxii ſunt, illos e contra qui immunitate a ecuniis exercitualibus gaudent, nec hoc Subſiio teneri.

Eodem Anno in Comitiis Bachiæ pro Feo B. Michaelis celebratis Art. I. dicitur: *Ut peuniæ alias ad conſervationem ſtipendiorum ive Gentium exigi conſvetæ - - - manibus præatorum DD. Theſaurariorum dentur.*

Articulo vero XXXVII. dicitur: *quia Noiles unius Seſſionis per ſingula capita - - inurgere tenentur, ideo ratione conſervationis Gentium de cetero non taxentur.* In mox profeendo integro Diætæ 1523. Decreto Articulo I. dicitur: *Super contributione 100. denarioum, quorum 25. Regiæ Majeſtati, & 75. den. id Gentium conſervationem fuere deputati.*

Item Art. XXIII. *Quod per totum hoc Regnum 2. floreni ſumatim Regiæ Majeſtati contribuentur, incluſa contributione, quæ alias ad Gentium conſervationem annuatim exigi ſolebat.*

Denique 1525. in Diæta pro Feſto Joannis Bapt. in Hatvan celebrata Articulus XII. ita habet: *Univerſi DD. Prælati - - - ac Barones, & Nobiles, qui - - - de Bonis ſuis propriis quinquaginta Equites - - - tenere non poſſunt, pecunias exercituales de Bonis eorum in medio Nobilium Comitatuum, ubi ejusmodi Bona adjacent, adminiſtrare teneantur:* Veſt. Comitiorum Pag. 600.

Digitized by Google

Hæc ſunt pauca illa, quæ de momentoſo hoc veteris Juris publici Hungariæ objecto hactenus deprehendi data, e quibus originem, ſcopum, modum, & finem exactionis hujus utique non ſatis eruere licet. Subjiciam tamen pauca illa, quæ vel hinc erui poſſunt Corollaria: plenam autem objecti hujus enucleationem iis relinquo, quibus major veterum Litterarum ſupellex præſto eſt. Itaque

1) Non improbabile videtur, quod Mathias I. ſicut plures alias, ita hanc etiam exactionem primus induxerit.

2) Exactioni huic Coloni Banderiatorum, Prælatorum, & Procerum non ſubjacebant. Anno primum 1525. ſtabilitum eſt, ut eorum etiam, qui minori, quam 50. Equitum Banderio tenebantur, Coloni exactioni huic ſubjaceant.

3) Scopus exactionis hujus fuit *conſervatio Gentium, & earum Stipendia.* Verum quæ *Gentes* hic intelligantur, non ita expeditum eſt. Cum tamen & Rex, & Prælati, & Barones Banderia ſua ſuis ſumptibus educere, Inſurgentes vero Nobiles propriis expenſis militare debuerint, aut me omnia fallunt, aut *exercituales* hæ *pecuniæ* in Intertentionem *Portalis militis* impendebantur. Movet me in hanc Sententiam potiſſimum illud, quod pecunias has tantum Dominorum non *Banderiatorum* Coloni conferre debuerint. Et ideo

4) Ego

4) Ego contributionem hanc tunc tantum viguiſſe exiſtimo, dum *Portalis Inſurrectio* edicta fuit. Verum

5) Cum tempore edictæ *Portalis Inſurrectionis* ſemper Subſidia etiam decreta fuerint, an Coloni non Banderiatorum utramque hanc Taxam dependere debuerint? necdum ſtatuere auſim. Denique

6) Mutatis per admotum Regno Ferdinandum I. circumſtantiis, exactionem hanc jam cum clade Mohachienſi deſiiſſe reor.

Omnibus his combinatis deſino jam mirari Optimatum in decernendo unius floreni Subſidio liberalitatem. Cum enim Prælati, & Barones plerique Banderiati fuerint. Onus hoc alioquin non in illorum, ſed in Nobilium Subditos recidiſſet.

ARTICULUS IV.

Eidem etiam Bona Regia ſubjaceant.

„ Quod hoc Subſidium tam de Bonis Re-
„ galibus, quam Reginalibus apud quoscunque
„ habitis exigatur, ad proviſionemque Caſtrorum
„ finitimorum exponatur.

ARTICULUS V.

Uti & Eccleſiaſtici poſſeſſionati.

„ Quod Capitula Eccleſiarum, Abbates,
„ Præpoſiti, Moniales, omnesque alii Eccleſiaſti-
„ ci poſſeſſionati cujuscunque Ordinis, ac Reli-

Digitized by Google

„ gionis ſint, hoc Subſidium de Bonis ſuis, &
„ Eccleſiarum, quibus præſident, exolvere de-
„ beant.

ARTICULUS VI.

Illud quo citius comportetur.

„ Quod medietatem hujusmodi Subſidii Re-
„ gii quilibet Dominorum, & aliorum omnium
„ præſcriptorum quo citius fieri poterit, de Bo-
„ nis ſuis exigi faciat, & ad quintum decimum
„ diem Feſti Nativitatis Beati Joannis Baptiſtæ
„ proxime futuri ad manus Theſaurarii Regi-
„ mittere debeat, cum ulteriorem moram neceſ-
„ ſitates, & pericula Caſtrorum finitimorum non
„ patiantur.

ARTICULUS VII.

Ab illo nemo eximatur, neque in prætenſionem ali-quam illud imputare poſſit.

„ Quod nullus Dominorum quidquam ſibi
„ ex hoc Subſidio retineat, nullus quicquam ſibi
„ impetret, ſed totum quilibet probe, ac fideli-
„ ter ad manus Theſaurarii ad Confiniorum pro-
„ viſionem exponendum deferri faciat.

ARTICULUS VIII.

Theſaurarius inde ſine annuentia Conſiliariorum Regii nihil erogare poſſit.

„ Quod Theſaurarius Regius de pecuniis
„ hujusmodi Subſidii ad manus ſuas perferendis,
„ abs-

Digitized by Google

„ absque ſcitu, & deliberarione Conſiliariorum
„ Regiæ Majeſtatis nemini quidquam nec depu-
„ tare, nec dare audeat, ſed hujusmodi pecunias
„ pro conſilio eorumdem Conſiliariorum ad Ca-
„ ſtrorum finitimorum proviſionem, & ad Ban-
„ derii Regalis erectionem, & conſervationem
„ ſecundum vim Juramenti, quod ſuperinde jam
„ præſtitit *a*) fideliter diſpenſet. Si quid autem
„ vel pro avertendis diffidationibus, quæ contra
„ hoc Regnum fieri cœperunt, vel ad alias Regni
„ neceſſitates inevitabiles ex hoc ipſo Subſidio
„ dandum, impertiendumve foret, id non niſi
„ ex conſilio, & decreto Conſiliariorum The-
„ ſaurarius det, & impertiatur.

a) Art. X. Decr. Tolnen. decernitur: *ut D. Theſaurarius coram Regia Majeſtate præſentibus Nunciis noſtris Juramentum præſtare teneatur.* Cur, ſi hic jam præſtitit? an interim alter electus? an circa ſingulum Subſidium idem adjuratus?

ARTICULUS IX.

In Comitatibus Bona Nobilium per eligendum Individuum dicentur, & Subſidium hoc exigatur, per eundem Theſaurario deponendum.

„ Quoniam autem ſperant Domini etiam
„ ipſos Dominos Regnicolas ad hanc toti Regno
„ utilem ac perneceſſariam ordinationem, oblatio-
„ nemque accedere, & ab eisdem in rebus publi-
„ cam ſalutem concernentibus non ſeparari, pro-
„ pterea viſum eſt Dominis, ut poſtquam ipſi
„ quoque Domini Regnicolæ ad exſolvendum hoc

„ Subſidium Regium de Bonis ſuis inſtar Domi-
„ norum conſentient, eligatur in ſingulis Comi-
„ tatibus unus Nobilis probus, & fidedignus,
„ qui adjuncto homine Theſaurarii, ſi ipſis vide-
„ bitur, ſin minus, ſolus ipſe Nobilis electus
„ Bona Nobilium fideliter modo prænotato con-
„ numeret, pecuniasque exigat, & ad manus
„ Theſaurarii in expenſis regiis moderatis, &
„ non ſuperfluis perferat.

ARTICULUS X.

Rex, Prælati, & Barones levent Banderia pro Feſto Viſitationis.

„ Ceterum ordinatum eſt, ut Regia Maje-
„ ſtas Banderium ſuum Regale pro Regni defen-
„ ſione erigat, Domini quoque Prælati, & Ba-
„ rones, ac Comitatus Gentes, Copiasque ſuas
„ præparare, ac levare, beneque & armis, &
„ militibus inſtructas in pleno numero ad Feſtum
„ Viſitationis Beatiſſimæ Virginis Mariæ proxime
„ venturum ad loca prius deputata, vel ſub pœna
„ Decreti mittere debeant. Ita, ut qui armige-
„ ros ſecundum formam Decreti tenere debent,
„ Huzarones pro armigeris non mittant. Interim
„ vero Gentes Dominorum, & Comitatuum illo-
„ rum, qui in præſentiarum exiſtunt, ibidem pro
„ eorundem defenſione manutenere debeant.

ARTICULUS XI.

Judicia tamen eo non obſtante decurrant.

„ Item: Ut quieti, & paci oppreſſorum
„ Nobilium conſulatur, & omnis violentia com-
„ peſca-

Digitized by Google

„ peſcatur, ordinatum eſt, ut Octavæ, & alia Judicia
„ brevia ſuis ſemper temporibus celebrentur, quin-
„ que vero caſus, & alii omnes actus novi poten-
„ tiarii, transmiſſionesque cauſarum incipiant ju-
„ dicari pro Feſto Nativitatis Beati Joannis Bapti-
„ ſtæ nunc venturo, & hoc genus Judicii ſine in-
„ termiſſione continuetur; quidquid autem judi-
„ catum fuerit, executioni demandetur.

ARTICULUS XII.

Denominantur Commiſſarii Regis, ſingulo medio anno permutandi.

„ Ut autem & Status Regiæ Majeſtatis pro
„ ejus dignitate, & pro totius Regni honore, ac
„ decore bene dirigatur, & quæcunque ordina-
„ ta ſunt in præſentiarum, quæque in poſterum
„ pro bono Regiæ Majeſtatis, & Regni ordina-
„ buntur, executioni demandentur, viſum, ſtatu-
„ tumque eſt, ut ultra Cancellarium, Theſaura-
„ rium, Magiſtrum Curiæ, eligantur octo Conſi-
„ liarii, quatuor ſcilicet ex Prælatis, & quatuor ex
„ Baronibus, quorum quatuor maneant ſemper
„ ad latus Regiæ Majeſtatis, & nunquam illinc
„ diſcedant, elapſo medio anno alii quatuor ſuc-
„ cedant, quorum officium erit, ut Majeſtati Suæ
„ in omnibus conſulant fideliter, & non patian-
„ tur animum Majeſtatis Suæ adhuc tenerum per
„ quoscunque huc illucque vanis, aut inutilibus
„ ſvaſionibus diſtrahi, vel ſeduci, proſpiciant ho-
„ nori Suæ Majeſtatis, bonoque ſtatui, & decori
„ Curiæ

Digitized by Google

„ Curiæ ejuſdem, proſpiciant denique diligentiſ„ ſime, ut pro bono publico, proque totius Re„ gni quiete, pace, ſecuritate, ac defenſione re„ cte omnia fiant, & adminiſtrentur.

ARTICULUS XIII.

Hi curent proventus Regios, & expenſis Regis parſimoniam inducant.

„ Curent etiam præfati Conſiliarii adhibita „ omni opera, & ſtudio, ut proventus Majeſta„ tis ſuæ rectificentur, & fideliter adminiſtrentur, „ ac præter omnem diſſipationem quo neceſſarium „ viſum fuerit, exponantur; reforment iidem „ Conſiliarii, quæ reformanda videbuntur, ſupple„ ant defectus, reſecent ſuperflua, & ea faciant, „ quæcunque ad bonum Regiæ Majeſtatis, & „ publicam utilitatem, ſalva ſemper dignitate, „ & auctoritate Regia, pertinere cognoverint, „ provideantque, ut ſua Majeſtas ſuperfluam fa„ miliam non teneat, ſed eam ſolum, quæ neceſ„ ſaria eſt, & cui ſolutio fieri poſſit, & illi, qui „ ſervitio Majeſtatis Suæ aſtricti, mancipatique „ fuerint, pro utilitate Majeſtatis Suæ, & Regni „ hujus illic ſerviant, ubi Conſiliaria (Conſiliariis) „ viſum fuerit, & eo tempore, quo neceſſitas „ poſtulabit, & ſi quando Majeſtas Sua aliquem, „ vel aliquos ad ſua ſervitia acceptare voluerit, „ cum conſilio Dominorum Conſiliariorum ac„ ceptet.

AR-

Digitized by Google

ARTICULUS XIV.

Determinent, quæ ſint neceſſariæ erogationes.

„ Erit etiam officium Conſiliariorum, ut „ ipſi expenſas, & ſolutiones, quas Theſaurarius „ tam ad Caſtra finitima, quam ad alias Majeſta„tis ſuæ, & hujus Regni neceſſitates poſthac fa„cturus eſt, videant, limitent, & moderentur, „ & proventus Majeſtatis Suæ, undecunque fieri „ poterit, curent ſollicite ampliare, & non pa„tiantur illos ad uſus non neceſſarios inutiliter „ profundi.

ARTICULUS XV.

Rex usque futuram Diætam Bona tantum ad numerum 200. Jobbagyionum conferre poſſit.

„ Ordinatum hoc quoque eſt, ut Regia Ma„jeſtas Bona ad ſe devolvenda usque ad nume„rum ducentorum Jobbagyionum, & infra ſine „ conſilio ſuorum Conſiliariorum cuicunque vo„luerit, conferre poſſit; ultra numerum vero du„centorum cum conſilio ſuorum Conſiliariorum „ conferat. Caſtra vero, aut Civitates, & Op„pida bona, & alicujus magnæ importantiæ, ſi „ quæ ad collationem Majeſtatis Suæ devoluta „ fuerint, ea Majeſtas ſua pro ſe retineat, & uſ„que ad futuram Congregationem generalem ne„mini conferat, quo tempore Majeſtas Sua, ſi „ viſum Sibi fuerit, & rebus ſuis expediet, pot„erit illa vel pro ſervitiis ſervitorum ſuorum „ conferre, vel debita ſua ex illis diſſolvere; ſi „ vero videbitur utilius, poterit Sibi ipſi præſervare.

AR-

Digitized by Google

ARTICULUS XVI.

Majora Beneficia Eccleſiaſtica non niſi de aſſenſu Conſiliariorum conferat.

„ Quod Majeſtas Sua Archiepiſcopatus, & „ Epiſcopatus, ii qui vacabunt, de conſilio Do„ minorum Conſiliariorum conferat perſonis ido„ neis, & bene meritis, qui ſcilicet ad ſervitia „ Majeſtatis Suæ, & ad curas, ac onera Regni „ ſubeunda apti videbuntur, alia vero minora Be„ neficia etiam Conſiliariis irrequiſitis, & incon„ ſultis per ſe conferre poſſit.

ARTICULUS XVII.

Legatos etiam non niſi cum horum conſenſu mittat, aut audiat.

„ Quod Oratores, & Nuncios quoſcunque „ Majeſtas Sua vel ad externos Principes, vel „ ad Regna, ſive Dominia ſua externa, vel etiam „ ad quoſcunque in hoc Regno ſuo, & Partibus „ ejusdem, in quibuscunque Negotiis, & Le„ gationibus mittere voluerit, de conſilio Domi„ norum Conſiliariorum mittat, & expediat; rur„ ſus Oratores, & Nuncios externorum Princi„ pum, & aliorum quorumcunque, quicunque ad „ Majeſtatem Suam venerint Majeſtas Sua non „ niſi præſentibus ipſis Dominis Conſiliariis audiat, „ & conſilio eorundem illis relationem faciat.

ARTICULUS XVIII.

Uti & majores ſæculares Dignitates.

„ Quod Banatus, & alia quævis Caſtrorum „ finitimorum, Confiniorumque officia Majeſtas

„ Re-

Regia cum conſilio Dominorum Conſiliariorum conferat.

ARTICULUS XIX.

Denique Rex omnia Negotia in Conſilio pertractet.

„ Ne autem vel per aliquem errorem, vel
, per varias Secretariorum, & aliorum Referen-
, dariorum relationes ad ſupplicationes Regiæ
, Majeſtati porrigendas in præjudicium quo-
, rumcunque Litteras ſibi invicem contrarias,
, ut huc usque ſæpe factum eſt, emanari con-
, tingat, viſum eſt, & decretum, ut dein-
, ceps omnes ſupplicationes, & Litteræ, quæ-
, cunque venient ad Regiam Majeſtatem vel per
, Dominum Cancellarium, vel Secretarium Suæ
, Majeſtatis Juratos ſuis temporibus coram Regia
, Majeſtate, præſentibus Dominis Conſiliariis per-
, legantur, & non privatim, ut huc usque, ſed
, illis in medium conſulentibus expediantur, &
, per eosdem Conſiliarios, quid quid de una
, quaque ſupplicatione, & Litteris hujusmodi
, fieri debebit, ibidem in Conſilio decernatur.

ARTICULUS XX.

Conſilium omni Hebdomada ter ſervetur.

„ Ut autem ordinatius, quietiusque præmiſſa
, omnia peragantur, viſum eſt, & ſtatutum, ut
, ſingulis ſeptimanis Domini Conſiliarii ter con-
, veniant ad Regiam Majeſtatem, de omnibus re
, bus, quæ ad eorum officium pertinent, con-
, ſulturi, feria videlicet ſecunda, quarta, & ſexta,
, reliquos dies, niſi Regni neceſſitas aliud ſva-
, ſerit, poterunt ducere feriatos.

His

His Legibus Rex omni poteſtate *executiva* in obverſum *Conſtitutionis* Regni exuitur. Et hæ Leges non in *legali* Diæta, ſed in partiali Procerum, & Baronum Conventu perlatæ ſunt. Verum quidem eſt, quod Art. XII. totidem ferme verbis in legali, quæ eodem hoc Anno Bachiæ celebrata fuit Diæta, ſub numero ibidem 40. renovetur Veſt. Comitior. Pag. 496. Ibi tamen exmiſſi ſunt maxime præjudicioſi Regiæ poteſtati Articuli XV. XVI. XVII. XVIII. & XIX. Forte combinatio hæc clavim præbere poteſt ad Hiſtoriam e diametro contrarii Art. I. & II. 1526. quibus Ludovicus ad plenum poteſtatis executivæ uſum, ſed ſero nimis reponitur.

ARTICULUS XXI.

Præſentes Ordinationes tantum usque futuram Diætam durent.

„ Item: Quod hæc præſens Ordinatio Do-
„ minorum non amplius, quam uſque ad Feſtum
„ Beati Georgii Martyris proxime venturum, tem-
„ pus ſcilicet futuræ Congregationis generalis du-
„ rare debeat, quo tempore, ſi ex rerum progreſ-
„ ſu, ac ex eventu bona, utiliſque fuerit, poterit
„ continuari, ſin minus, poterit in melius re-
„ formari, vel mutari.

Diætam hanc 1518. pro Feſto B. Georgii (Locus non exprimitur) indictam fuiſſe, & e fronte, & ex ingreſſu hujus Inſtrumenti apparet, per quot dies acta fuerit? donec Status Nobilium

re-

ceſſit, quando Inſtrumentum hoc editum ſit? non onſtat, quia illud datum non habet, ſed tanım 41. Prælatorum, & Baronum Nomina ſubribuntur. Cum tamen Diætæ ejus temporis, uia nimium frequentes, diu non duraverint, tuto onjicere licet Inſtrumentum hoc Menſe Majo emaaſſe. Debuerunt ergo credere Prælati hi, & arones, nullam amplius intra ſpatium unius Ani legalem Diætam celebrandam fore, cum virtuem Articulorum horum usque aliud Feſtum B. eorgii extenderint. Qua quidem in re eventus os omnino fefellit. Non multo enim poſt, ceebrata eſt Tolnæ. in Feſto B. Jacobi, cujus Deretum in Corpore Juris incomplete in Veſt. Coıit. p. 446. *integre* exhibitum eſt. In hac Diæta, uod commentamur Inſtrumentum ſimpliciter pro ıvigoroſo haberi debuit. Recurrit enim in illa rt. XIV. rectificationis proventuum Regiorum ıentio, de qua Inſtrumenti hujus Art. XIII. agit, c tamen quoad hoc objectum non ad præſens Inrumentum, ſed ad Decretum Wladislai de 1514. rovocatur. De erectione Conſilii, commiſſaque idem Summa Rerum, quod præcipuum præſentis nſtrumenti objectum efficit, ibi ne verbum quiem injicitur. Denique in Decreto illo Art. IX. ubſidium tanquam de novo decernitur, & illud ec in uno, nec in medio floreno, ſed in 50. enariis defigitur.

Eodem Anno Bachiæ in Feſto B. Michaelis lia iterum Diæta celebrata fuit, & in hac pri-

mum

mum Conſilium illud, de quo præſentis Inſtru menti Art. XII. ſonat, ibidem ut jam diximus ſul n. 40. ſtabilitur, ſed jam alia & quoad ſtatun perſonalem, & quoad activitatem ejus forma In illo enim præter Cancellarium, Theſaurarium, & Magiſtrum Curiæ quatuor Prælati, & quatuoı Barones eligendi (non exprimitur tamen per quem, ordinantur. Hic 4. Epiſcopi, 4. Barones, & 16, Nobiles, jam nominetenus deliguntur. Præterea activitas hujus Conſilii citato Art. XL. longe magis circumſcribitur, quam in præſentis Inſtrumenti Art. 15. - 19. & 20.

„ Et hæc ſunt nomina Prælatorum, & Baro-
„ num, Procerumque Regni, qui prænotatos Ar-
„ ticulos compoſuerunt, & ad eorum obſervatio-
„ nem compromiſerunt.

„ Thomas Cardinalis Strigonienſis Legatus &c.
„ Hyppolitus Eſtenſis Cardinalis Agrienſis.
„ Georgius Quinque Eccleſienſis.
„ Franciſcus de Warda Tranſylvanienſis.
„ Simon Zagrawienſis.
„ Petrus Berizlo Veſprinienſis, Banus.
„ Johannes Gozthon Jaurienſis.
„ Ladislans Wacienſis, Cancellarius.
„ Stephanus Podnaniczky (ſic) Nitrienſis.
„ Michael Kezeray (Keſſerö) Boznienſis Eccleſia-
„ rum Epiſcopi.
„ Paulus Præpoſitus S. Sigismundi, Thezaurarius.
„ Laurentius Præpoſitus Albenſis.

„ Bla-

Blaſius Præpoſitus Budenſis.
„ Item.
Emericus de Perén Comes, & Palatinus &c.
Georgius Marchio Brandeburgenſis.
Joan. de Zapolya Co. & Wayvoda Tranſylvan.
Laurentius Dux de Wilack.
Stephanus de Báthor Comes Themeſienſis.
Joannes Draghfi de Belthewck.
Andreas de Bátor.
Antonius de Palocz.
Stephanus de Roczkon.
Franciſcus, & Emericus Orſack.
Joannes Banpfi de Lindva.
Gabriel de Perén.
Ladislaus de Kanyza.
Comes de Sancto Georgio.
Moyſes Buzlay.
Petrus de Korkathay, &
Joannes Petay Magiſter Curiæ.
Joannes Burnomizza Comes Poſonienſis.
Emericus Terewck Banus Nandoralbenſis.
Ambroſius Sárckán.
Gaspar de Raska.
Gabriel de Chaak.
Joannes de Zekeyl.
Benedictus de Batthyán.
Gaspar de Sum.
Michael Podmaniczky.
Franciſcus Balaſſa.
Georgius Nekche.

„ Ladislaus More.
„ Franciſcus de Harazth.

Hos Articulos Feſti S. Georgii ad omnes Comitatus ſub Sigillis Prælatorum, & Baronum, qui illis hic ſubſcribuntur, fuiſſe miſſos, ſed per Nobiles pro Conſtitutionibus non eſſe acceptatos, e ſubjiciendo mox Inſtrumento patebit, & tamen vidimus e Litteris Regiis ad Abbatem de Borsmonoſtra ſcriptis, Subſidium medii floreni in iis decretum ſtricte ſaltem a Prælatis, & fors etiam Baronibus, & Proceribus fuiſſe exactum. Mirum eſt, hos Articulos ad tot Comitatus expeditos nuspiam hactenus detectos, ac vulgatos fuiſſe, magis tamen mirum eſt, ſequentes conſtitutiones Ludovici II. Regis præter Articulos Anni 1526. omnes in Corpore Juris Hung. in omnibus ejus Editionibus incompletos fuiſſe relatos, nec unquam, quod ſciam, per domeſticos, aut exteros Scriptores in ſua integritate vulgatos eſſe, licet plura eorum in diverſis Codicibus, quos vel ego novi, ſuperſint exemplaria. Nam *Articuli in Oppido Tholnenſi per Univerſitatem Nobilium in Conventione eorum particulari pro Feſto B. Jacobi Apoſtoli Anno* 1518. *celebrata formati*, & a me in Veſtigiis Comitiorum pag. 566. primum in ſua integritate vulgati occurrunt.

1.) In Codice MS. Radayano pag. 360. unde, & ego illos deſumſeram.

2.) In Cod. MS. Comitis Franciſci Széchényi Coll. Diplom. Tom. IX. N. 1. in cujus margine notatur:

Ex

Digitized by Google

Ex Apographo D. Cornides, deſcripto ex Exemplari Ill. D. Raday. Differt tamen ab Exemplari Radayano, proinde, & meo ex eo edito in eo, quod in hocce Codice ſolum 19. Articuli eveniant, cum Art. V. & VI. unum ſolummodo Articulum V. efficiant; deinde quod in Veſtigiis Art. XII. legatur: *Item quinto die* in Exemplari Széchényiano Art. XI. *Item decimo quinto die.*

3.) In Cod. MS. Comitis Joann. Petri Szapary pag. 94.

4.) In Cod. MS. Comitis Georgii Feſtetich Sagienſi.

5.) In Cod. MS. L. B. Pauli Jeſzenak.

6.) In Cod. MS. Bibliothecæ Auguſtæ Vindobonenſis Juris Civilis N. 187. folio 232. b.

7.) In Codice MS. Kollàriano Catal. N. 51. ſub titulo Analecta Diplomatica Tom. II.

8.) In Codice MS. olim Thomæ de Nádasd, nunc Bibliothecæ Regiæ Univerſitatis Hung. Peſtini fol. 342. usque 344.

Mirum inquam eſt, hæc tam illuſtria, tanti momenti Legislationis domeſticæ Documenta vel diligentiam tot domeſticorum Scriptorum fugere, vel ab iis adeo negligi potuiſſe, quaſi non eſſent tanti, ut vel commemorarentur, vel ubi integra paterent, Lectoribus indicarentur, ſed nempe hoc ovum quisque jam nunc in plano erigere poteſt. Si quis tamen hic peculiare quodpiam ſibi meritum adhuc vindicare vult, det operam, ut Diplomata Ludovici Regis ſingularum, quæ ab ejus Regimine ſuperſunt Conſtitutionum Confirmatoria detegat, & in lucem protrahat; nam eas ab illo ipſa confirmatas fuiſſe, mox Diplomaticis Do-

Dd 2 cu-

cumentis evincam. Et quidem quod Tolnenſes ac Bachienſes Articulos Anni 1518. concernit, eo a ſe confirmatos fuiſſe fatetur ipſe Ludovicus II R. in Diplomate pro Petro de Polyanka ration cujusdam prati in Territorio Poſſeſſionis Polyank Comitatus Scepuſienſis edito, cujus copiam ex tran ſumto Capituli Scepuſienſis mecum communicavi vir in indagandis Antiquitatibus Hungaricis ſaga ciſſimus Joannes Bardoſſy Comitatus Scepuſien ſis Tabulæ Judiciariæ Aſſeſſor, & Gymnaſii Leut ſchovienſis Director, ubi ſequens occurrit clauſula

„ Quia autem juxta Conſtitutionem Univerſitati „ *electorum Nobilium*, in *Conventione* eorum *parti-* „ *culari*, pro Feſto B. Jacobi Apoſtoli proxime præ- „ terito Tolnæ celebrata factam, ac per Majeſtatem „ noſtram, una cum DD. Prælatis, & Baronibus con- „ firmatam, univerſi actus potentiarii a die hujusmo- „ di Conſtitutionis, per quoslibet, & contra quoscun- „ que inferendi, & committendi infra felicem exitum „ Congregationis generalis pro Feſto B. Michaelis Ar- „ changeli, nunc tranſacto Bachiæ celebratæ, per no- „ ſtram Majeſtatem ubilibet, & ubicunque conſtitue- „ remur, more, & inſtar brevis brevium judiciorum, „ juxta loci diſtantiam, ubi ſcilicet evocandus reſide- „ ret, aut conſtitueretur, diſcuti, adjudicarique, & „ terminari debent (vid. Art. Tolnen. 1518. Art. XVIII. „ - - - Dat. Budæ Feria IV. poſt Feſtum B. Matthæi „ Apoſtoli. A. D. 1519.

In Veſtigiis Comitiorum pag. 474. non de nihilo quæſtionem moveram, cur Tolnenſis Con ventio *Particularis* appelletur, & promiſeram mo numenta hanc in rem alia ſimili occaſione me pro laturum, quod me nunc egregie exequi poſſe, ve

he-

ementer gratulor. Fateudum eſt, ut generatim Comitiorum Hungaricorum penitus antea neglectam, ita Ludovici II. & nominatim hujus Conventus Particularis Tolnæ 1518. celebrati Hiſtoriam denſis in tenebris hactenus fuiſſe, nec facile alicui ex ea Epigraphe, in qua *Particularis* inſcribitur, ſcrupulum ſubortum eſſe, an non id aliquid peculiare denotet. Et vero id in Legislatione Hungarica peculiare, cujus unicum analogum exemplum ſub Andrea III. ultimo Periodi I. uti Ludovicus Periodi II. fuerat Hungarorum Rege ad Annum 1298. retuli, ut excluſo integro uno, aut pluribus Statibus, per unum, aut duos reliquos conditæ Conſtitutiones in Legem publicam tranſeant, quod hic factum eſt. Quod quomodo evenerit, abunde, & clariſſime docet ex copia vetuſta coæva, & ut videtur minuta originali inter *Analecta Seculi XVI. Hung.* Cod. MS. Bibliothecæ Regiæ Univerſitatis Hungaricæ Peſtienſis per me deſumta:

Informatio data Egregiis Paulo de Arthand, & Michaeli Kendereſy de Gyal ad Sereniſſimum D. Sigismundum Poloniæ Regem deputatis.

Articuli Tolnenſes tanti videbantur, ut licet ſolum per electos Nobiles a Prælatis, & Baronibus diſſidentes concepti fuerint, tamen per Regem, & Eosdem acceptarentur, & pro Lege communi approbarentur.

Eodem Anno 1518. Bachiæ pro Feſto B. Michaelis Archangeli celebrata ſunt Comitia armata, ut ex Conſtitutionum Tolnenſium Art. II. & XIV. patet. Ludovicus ipſe in Litteris ad Civitatem Poſonienſem inter MSS. Cornideſiana mihi T. VII. pag. 241. *Dat. Bachiæ Feria V. prox. poſt Feſtum B. Lucæ Evangeliſtæ A. D.* 1518. commemorat Conventum præſentem Bachiæ celebratum.

Ceterum Ludovicus II. in Litteris, quibus Civitati Cibinienſi ſcribit, eam ſibi a Perénio e pignore in ſequelam Art. VII. Bachien. remiſſam eſſe, ſequentibus Comitia Bachienſia commemorat ex Wagner Dipl. Săroſſ. p. 196. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIX. p. 128.

„ Audiviſſe, & intellexiſſe potuiſtis, qualiter in „ Diæta Bachiæ celebrata per univerſos DD. Prælatos, „ & Barones, ac univerſos Proceres, & Regnicolas „ noſtros unanimi voto, & deliberatione decretum, „ & concluſum eſt, ut univerſa Bona, proventusque „ noſtri Regii apud quorumcunque manus exiſtentes, „ & inſcripti, nobis reſtituantur. Cui ordinationi, & „ deliberationi totius hujus Regni noſtri Hungariæ S. „ & M. D. Emericus de Perén, dicti Regni noſtri „ Hung. Palatinus, & Judex Cumanorum noſtrorum „ &c. ſatisfacere volens, Civitatem iſtam noſtram, & „ Inſcriptionem apud ipſum uſque ad hæc tempora „ habitam nobis remiſit. - - - Dat. Budæ in die B. „ Luciæ V. A. D. 1518.

Kys Zeben non recenſetur in Inſtrumento, quod mox ſubjiciam, inter Bona Regiæ Majeſta-

tis

Digitized by Google

s obligata, obſervo autem ex Inſtrumentis a
atona Hiſt. Crit. T. XIX. p. 81. &c. productis
lura Bona, & proventus obligatos fuiſſe par-
cularibus perſonis, quæ in illo Inſtrumento non
ecenſentur, forte quod prius remiſſa ſint, quam
lud conficeretur. Quod ſi tam ibi recenſita, quam
lia, quæ, ut præmiſi obligata fuiſſe e Diplomati-
us eruitur, cum Art. III. Anni 1514. combi-
entur, patet re ipſa ſub Ludovico, ſi non omnia,
otiſſimam tamen Bonorum, & proventuum Re-
alium partem Privatis obligatam fuiſſe, & ita
eu Regum prodiga in aſſentatores liberalitas, ſeu
unctionariorum publicorum peculatus facile Reip.
uinam accelerant. Ceterum complures hujusmo-
i obligatorum proventuum virtute Articuli VIII.
orum Bachienſium Comitiorum remiſſos eſſe pa-
et e ſequentibus Litteris una pro Veſtigio, &
Comitiorum, & Articulorum pro legalibus ac-
eptatorum deſervituris ex Collect. Dipl. Corni-
leſ. T. VII. pag. 241.

„ Commiſſio propria Domini Regis de Conſilio.

„ Ludovicus Dei Gratia Rex Hungariæ, & Bo-
hemiæ &c. Fidelibus noſtris prudentibus, & circum-
ſpectis Judici, & Juratis, ceterisque Civibus, & In-
habitatoribus Civitatis noſtræ Poſonienſis ſalutem,
& gratiam. Intelligere potuiſtis, qualiter in hac præ-
ſenti Dominorum Prælatorum, & Baronum, ac uni-
verſorum Regnicolarum Diæta, ſeu Conventu, hic
Bachiæ celebrata, per nos, & eosdem id inter alia
unanimi voto deliberatum, & concluſum, pro bono
ſtatu Majeſtatis noſtræ, proque defenſione, & con-
ſervatione Regni noſtri extitit, atque etiam in Arti-

„ culos conſcriptum, ut univerſa Bona, & proventus
„ noſtri Regii apud quorumcunque Fidelium noſtro-
„ rum manus, & quacunque obligatione inſcriptorum,
„ ſine arenda exiſten., & habiti Majeſtati noſtræ quam
„ primum, & ſine omni mora remittantur, & reſti-
„ tuantur. Quæ quidem Bona noſtra omnia, & pro-
„ ventus noſtros Regios Theſaurario noſtro occupan.
„ noſtro nomine commiſimus. Quare miſimus hunc
„ fidelem noſtrum præſentium oſtenſorem pro occu-
„ panda illa filiali Triceſima, quam hactenus fideles
„ noſtri Magnificus, & Egregius Ambroſius Sárkán,
„ ac Jeronimus Solczer tenuerunt. Volumus igitur,
„ & vobis harum ſerie firmiſſime committimus, &
„ mandamus, quatenus acceptis præſentibus præfato ho-
„ mini noſtro præſentium, ut præfertur, oſtenſori in
„ occupan. ipſa filiali Triceſima omni auxilio, & ad-
„ juvamine adeſſe, & aſſiſtere, illique in omnibus li-
„ citis, & conſvetis parere, & obtemperare, & quid
„ quid idem noſtro nomine circa hæc facien. commi-
„ ſerit, exequi, & adimplere modis omnibus debeatis,
„ & teneamini. Aliud nullomodo, nullaque ratione
„ facere præſumatis, præſentibus perlectis exhiben.
„ reſtitutis. Datum Bachiæ Feria quinta proxima poſt
„ Feſtum Beati Lucæ Evangeliſtæ Anno Domini Mil-
„ leſimo quingenteſimo decimo octavo.

(L. S.)

Articuli Bachienſes 1518. habentur itidem in pluribus Codicibus MSS. integri nimirum.

1.) In Codice MS. olim Thomæ de Nádasd fol. 345 — 351.

2.) In Codice MS. Feſtetichiano Sághienſi.

3.) In Cod. MS. Szapariano pag. 916.

4.) In Cod. MS. Széchényiano Dipl. T. IX. N. 2.

5.) In Cod. MS. L. B. Pauli Jeſzenák.

An-

Digitized by Google

Anno 1514. Art. I. & A. 1518. Art. VIII. ſachien. ſonant de reſtituendis Bonis, & proventibus Regiæ Majeſtatis apud diverſos oppignoratis, vel ad tempus alienatis. Hactenus ignotum rat, quæ illa in ſpecie Bona, proventusve ex is, quæ Art. III. 1514. recenſentur, & apud quos articulares exhæſerint. Ego hic quoque tam ortunatum me fuiſſe gratulor, ut inter Analecta ſeculi XVI. Hungarica Cod. MS. Bibliothecæ Univerſitatis Hung. Peſtienſis vetuſtam coævam copiam, vel potius originalem minutam detegerem, quæ conſignationem talium Bonorum, & proventuum cum ſpecifica eorum deſignatione, apud quos oppignorata erant, continet, quam hic velut optimum commentarium hiſtoricum ad prætactos, & alios ſubſequos de eodem objecto ſonantes Articulos, cum Epigraphe ibidem reperta referendam eſſe duxi:

Super Bonis Regiæ Majeſtatis obligatis.

„ Triceſima Thrinchinienſis apud D. Waywodam „ Tranſylvanienſem — Thirnavia, & Zakolcza.

„ Civitas Sopronienſis apud Gywrychko.

„ Civitas Strigonienſis apud D. Strigonienſem.

„ Civitas Szegedienſis apud D. Palatinum.

„ Caſtrum Sempthe apud Ladislaum Kanyſay.

„ Caſtrum Dyosgyewr apud Relictam condam D. „ Andreæ Both.

„ Inſula Chepel apud D. Ladislaum Epiſcopum „ Wacienſem.

„ Caſtrum Mwnkach apud Reverendiſſimum D. „ Tranſylvanien.

„ Ca-

„ Caſtrum Hwzth cum Cameris Marmaroſienſibu
„ apud D. Gabrielem de Perén.
„ Caſtrum Holych apud D. Emericum Czobor.
„ Caſtrum Gezthes apud D. Gaspar Somy.
„ Villa Thenyew apud Ladislaum More filium
„ condam Georgii More.
„ Sambok cum Pertinentiis, & Villa Kezy apud
„ D. Moyſen Magiſtrum Curiæ Regiæ Majeſtatis.
„ Villa Kyſyng apud Joannem Jacobum Phyſicum.
„ Villa Zenth Gaal, & Nemethy apud Fratres
„ Carthuſienſes de Leweld.
„ Caſtrum Chokakew apud Ladislaum Kanyſay.
„ Oppidum Mezew-Kewesd apud filios condam
„ Georgii Kaſtellanffy.
„ Triceſima Poſonienſis apud D. Ambroſium Sár-
„ kán cum Sociis ſuis.
„ Triceſima Budenſis apud eundem D. Ambro-
„ ſium Sárkán, & D. Stephanum keſſerew.
„ Triceſima Regni Sclavoniæ apud D. Thomam
„ Zechy, & Joannem Gywlay.
„ Triceſima Caſſovienſis apud Cives Caſſovienſes.
„ Vigeſima Tranſylvanienſis apud Michaelem, &
„ Felicem Mercatorem Florentinum.
„ Camera Crempnicien. apud D. Georgium Thwrzo.
„ Vetus Buda apud Stephanum Barber.
„ Caſtrum Salmar apud D. Johannem Podma-
„ nyczky.
„ Caſtrum - - - - - - apud D. Ladislaum alias
„ Proviſorem Caſtri Budenſis.

In Comitiis Tolnenſibus, vel Bachienſibus hujus anni præter Subſidia pro bello promiſſa, reſoluti erant Stephano de Werbewcz a ſingulis Seſſionibus 5 denar. propter fatigia, & expenſas in negotiis publicis habita, & factas. Profero hac de re Litteras ipſius Werbőczii ad Comitatum

Ve-

Digitized by Google

eſprimienſem ſcriptas, prout eas in originali
ıartaceo ipſe deſumſi, quod in Codice MS. olim
ollariano in Sanctiori Aug. Domus Tabulario aſ-
rvato Decreta quædam, & Diplomata Regum
ung. ut intitulatur continente pag. 287. Haben-
ır etiam in Coll. Dipl. Comitis Fran. Széchényi
om. IX. n. 3.

„ Egregiis, & Nobilibus Viris Univerſitati Nobilium Comitatus Veſprimienſis Dominis Fratribus, & Amicis meis præcolendis.

„ Egregii, & Nobiles Viri Domini Fratres, & Amici mei præcolendi. Poſt mei, & obſequiorum meorum commendationem.

„ Ex præcedentibus Litteris meis ad Egregias Dominationes Veſtras per me datis easdem intellexiſſe credo cauſam, & rationem, laboresque, & fatigas, ac expenſas meas, quibus intuitis illi quinque denarii per totum hoc Regnum mihi fuerint oblati, qui licet in plerisque Comitatibus reſtituti etiam, & exoluti habeantur, in medio tamen Egregiarum Dominationum Veſtrarum nondum ſunt ſoluti. Et quia ipſe eisdem, æque ac aliis Comitatibus, & Nobilibus ſervitia non exigua præſtiti, præſtareque, & exhibere etiam in futurum ſum paratus, ideo Egregias Dominationes Veſtras intime rogo, velint jam tandem ipſorum obſequiorum ſimul, & ſumtuum meorum rationem habere, atque prætactos 5. denarios de ſingulis Seſſionibus eorum Jobbagyionalibus, absque ulteriori mora reddi, & reſtitui facere, atque manibus illius jurati fratris veſtri, qui ad exactionem pecuniarum pro communi conſervatione dicandarum, & Contributionem Presbyterorum deputabitur, aſſignare, ne ampliores expenſas pro illis facere cogar, qui in hoc quoque itinere meo ad

„ Su-

Digitized by Google

„ Supremum Pontificem, & Cæſaream Majeſtatem „ magnos ſumptus ultra eam Summam, quæ mihi ad „ id oblata eſt, facere debebo: & quidquid beneficii „ Egregiæ Dominationes Veſtræ mihi largientur, & „ impertientur, ubi Deo Glorioſo Duce remeavero, „ obſequiorum meorum exhibitione eisdem cumulate „ rependere curabo, quas & feliciſſime valere ſemper „ opto. Budæ in Vigilia Feſti B. Andreæ Apoſt. A. „ D. 1518.

„ Magiſter Stephanus de Werbewcz Perſonalis „ Præſentiæ Regiæ Maj. Locumtenens m. p.

Præter qvina Comitia quorum Veſtigia habemus hoc Anno 1518. celebrata, etiam aliquem particularem Conventum a Rege indictum fuiſſe diſcimus ex Litteris Hieronymi Balbi ad Capitulum Poſonienſe ſcriptis ex Belii' Hung. Nov. T. I. p. 552. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIX. p. 139. ubi ſequens ea de re habetur relatio.

„ Ob multa, & ardua Regni negotia Majeſtas Regia indixit Conventum quemdam particularem, „ his proximis diebus celebrandum. Intererunt „ duntaxat DD. Regni Primores. Arbitror non „ fore inutile, ſi DD. VV. quempiam ex numero „ noſtrorum Fratrum iſthuc miſerint, qui adferat „ omnia Jura noſtra quoad decimam partem tributi, ut aliquando ea res finiatur. Inſuper Jura „ noſtra adverſus vicinos Comites adferantur. Arbitror enim C. Petrum (de S. Georgio, & Bozin) interfuturum, & negotium poſſe non „ inutiliter componi. Ad hæc, aliaque, quæ ſunt „ peragenda, adventus alicujus ex Fratribus noſtris „ erit oportunus. "

Cum hæc Epiſtola datum non præferat, ad annum quidem 1518. referendam eſſe patet, ſed

ad

Digitized by Google

l quod anni tempus, definiri non poteſt. For-
aliquam ex iis binis Diætis indicat, quas Ludo-
cus hoc anno ante Dominicam Lætare habitas
iſſe, in Regalibus pro Feſto B. Georgii me-
orat.

Anno 1519. gemina Comitia celebrata fuiſ-
exiſtimat Cl. Katona Hiſt. Crit. T. XIX. p.
60. Bachienſia nimirum, in quibus conditis Con-
itutionibus Confœderationes abolitæ ſunt, & Pe-
ienſia, in quibus Stephanus de Báthor Palatinus
ſt renunciatus. Quæ fuerint priora, quove Men-
: hæc, vel illa celebrata, prorſus, inquit, igno-
amus, id unum certum eſt, Peſtienſia jam ante
7. Auguſti finita fuiſſe, quum Ludovicus in Lit-
ːris hac die pro Zwynneis ad Regni Judices datis
lum jam Palatinum appellet.

Iſtvánfii narrationem Hiſt. Lib. VI. p. 53.
ɔſe Katona advertit ex Dubravio deſumtam, &
uctam, ſed nota chronica itidem deſtitutam eſſe.
Jterque igitur teſtis iſte pro uno ſolum haberi
oteſt, qui tamen nihil aliud probant, quam quod
irca hæc tempora Palatinus in Comitiis quibus
am turbulentis Peſtini electus fuerit. Katona
ero, ut in combinandis temporum rationibus, &
efigendis eventuum temporibus diligens, & accu-
atus eſt, recte arguit, hanc Stephani de Báthor
n Palatinum electionem intra 13. Decembris An-
ii 1518. quo Emericum de Perén Palatinum ad-
iuc ſuperſtitem fuiſſe, fide Diplomatum p. 146.
aſſe-

aſſerit, aut diem 5. Febr. Anni 1519. quo eundem mortem Budæ obiiſſe ex Abrahamo Cebanio ibidem refert; & 27. Auguſti ejusdem Anni, quo Báthorius in Diplomate Zwynneiorum jam Palatinus appellatur, collocandam eſſe.

Bachienſium Anni 1519. Comitiorum idem Katona nullum vel Diplomaticum, vel Hiſtoricum Veſtigium profert, niſi in hunc cenſum Articulorum, qui de hoc anno nomine Bachienſium circumferuntur, Epigraphe referatur.

Ego mihi duo hic illuſtranda ſupereſſe video: an, & quæ Comitia Anno 1519. celebrata, & an, ac in quibus Articuli conditi fuerint; ſpero autem me his momentoſis quæſtionibus plus lucis affundere poſſe, quam ab ullo hactenus acceperint, nondum tamen omnia, quæ ad Hiſtoriam Legislationis pertinent, definire licet, niſi plura monumenta detegamus.

Conventum particularem hoc anno Peſtini vigeſima die poſt Epiphaniarum ſolennia, adeoque pro Feſto Converſionis S. Pauli Apoſtoli, ſeu 25. Januarii celebrari coeptum eſſe, docemur unico monumento Diplomatico, quod ex Bibliotheca Cardinalis Joſephi de Batthyán inter Opera Hieronymi Balbi Tom, I. p. 26. Epiſt. VIII. edidit Nobilis de Retzer, & ego pluribus ex cauſis hic integrum refero:

Hie-

Digitized by Google

Hieronymi Balbi ad Chriſtophorum Sydlovicz Caſtellanum Sendomirienſem, & Vice Cancellarium Poloniæ Litteræ, quibus eidem de ſtatu, & negotiis Regni Hungariæ ſignificat.

„ Chriſtophoro Sydlovitz Hieronymus Balbus.

„ Gratioſiſſime Domine!

„ Proximis meis Litteris, quas poſt Cæſaris obitum homini Domini Alexii Thurzo Magnificentiæ veſtræ perferendas tradidi, quæ per id temporis hic agerentur, plane, & dilucide recenſui, ea autem repetere ſupervacaneum duco. Sed quid interea actum, variatumque ſit, paucis explicabo. Indicto hoc particulari Conventu, qui 20. die poſt Epiphaniarum ſolemnia cœptus eſt celebrari, in hoc iterum incubuit Nobilitas, ut Decreta Bachienſis Conventus finem ſuum ſortirentur. Quibus licet plerique ex Primoribus adverſentur, tamen vel formidine correpti, vel quia, ſi illa violentur, in deterius omnia collapſura cenſent: ad unum omnes rata, firmaque eſſe volunt. Ventum autem eſt primo ipſo Conventionis die ad illud caput, ubi cavetur, ut Dominus Bornemiſſa Arcem Monkacz, & Dominus Petrus Corlatky Arces Tata, & Comarom ad manus ipſius Proviſoris poſſidendas, & cuſtodiendas tradant; uterque autem id conſtantiſſime recuſavit, aſſerentes, ea Lege, & Jurejurando Caſtra a Sereniſſimo Rege Wladislao fidei eorum concredita, ut nulli mortalium ea poſſidenda traderent, quoad Sereniſſimus Rex Ludovicus non adoleſceret, remque ita ſe habere, atteſtati ſunt plures, & inprimis Dominus Cancellarius Bohemiæ, qui tunc interfuit, cum Caſtrum Monkacz Domino Bornemiſſæ per defunctum Regem fuerat commiſſum; e diverſo autem hi noſtri novi Conſiliarii affirmant, ſe nihil penitus peracturos, quoad Dominus Bornemiſſa eo Caſtro non privetur. In hac

„ con-

„ contention e verſamur, & jam per tres hebdomad
„ huic ſcrupulo hæremus, reliqua omnia negotia ſ
„ ſpenſa, & pene ſepulta jacent. Acceſſit mors D
„ mini Palatini, qui die 5. hujus menſis naturæ co
„ ceſſit, cujus vita quantum profuerit *a.*) non eſt meu
„ diſquirere; illud palam eſt; ejus obitum plurimu
„ rebus præſentibus obfuturum. Multi enim motus
„ & quidem periculoſiſſimi jam jam excitantur; Plel
„ *b.*) eo tendit, ut Dominus Vajvoda in Palatina
„ tum ſubrogetur; idque pertinaciſſime vociferantur
„ qui autem rebus Regiis ſtudent, & ſaniora conſili
„ ſequuntur, nil judicant perniciofius, quam quem
„ piam creari Palatinum, ſvadentque, ut quoad Regi
„ Majeſtas ætatis erit adultioris, Magiſtratus iſte vacet
„ ſolummodo ſufficiatur Vice-Palatinus, qui Judicii
„ publicis præſit; non eſt enim novum, aut inſolitum
„ Palatinatum vacare, quin imo quoad Rex Mathia
„ imperavit, nemo eo Magiſtratu eſt functus, & Re
„ ge Wladislao regnante per aliquot annos Palatinatu
„ caruimus. *c.*) Inter tam varias, & diſcrepantes opi
„ niones neſcio quid ſubſecuturum eſt; video enim
„ utriusque Sententiæ auctores in eorum propoſito
„ admodum pertinaces. De Arce Tayerenſi res me
„ moratu digna contigit circa Feſtum Martini, cum ad
„ eam inopiam ventum eſſet, ut non modo cibi hu
„ mano uſui accommodati deeſſent, ſed ea quoqu
„ abſumta fuere, quæ extrema fames, & miſerabili
„ eſuries in cibum vertere ſolet, quodam fato conti
„ git, ut ipſi hoſtes a Boczacz (quæ ex ſuperiori trien
„ nio, *cum ageretur Conventus Poſonienſis*, fuit in
„ tercepta) alimenta quædam parvo admodum addito
„ præſidio deveherent, nihilominus formidantes, quam
„ quid hoſtile in eo itinere ab hominibus obſeſſis, &
„ fame pene exſanguibus ſe paſſuros, Oppidani, in
„ quorum conſpectu ejusmodi commeatus traducebam
„ tur, extrema deſperatione perciti, malentesque gladio
„ quam inedia perire, eruptione facta hoſtes ſecuros

„ &

& palantes invaſerunt, quibus peremtis, quidquid fuit alimentorum, ad Arcem devectum eſt, quo quidem adminiculo uſque ad hoc tempus ſe ſuſtinent: heri autem a Domino Epiſcopo Veſprimienſi allatæ ſunt litteræ, noſtros quoque tandem poſt tantam temporis intercapedinem alimenta in Tajeram induxiſſe, habereque Oppidanos per aliquot Menſes, unde alantur; eo igitur metu, quo præcipue urgebamur, ad tempus videmur ſoluti. De Cæſare Turcarum varii, & diverſi rumores circumferuntur. Sunt, qui affirmant eum graviſſima valetudine laborare, eſſeque ſine milite, ſine exercitu, & ſine ullo Bellico apparatu. Sunt, qui his contraria referunt, quin imo „ Nuntii Vayvodæ Tranſalpini, & Moldavi affirmant, „ adventante vere Cæſarem Turcarum habere in men„ te Tranſalpinam, & Moldaviam quoque Juris ſui „ ipſius, ac ditionis efficere, moxque ad Tranſylvaniam „ infeſto agmine debellandam profecturum, ſed quia „ illi ambo Vajvodæ ſuperiori anno per litteras horen„ da, & formidoloſa nobis denuntiarunt, quæ tunc „ quidem fuerunt pro veris habita, poſtmodum ex „ ipſo eventu omnia deprehenſa ſunt inania, & com„ mentitia, inde fit, ut jam parum admodum fidei eo„ rum, aut litteris, aut Nuntiis adhibeatur, adeo ut „ de re Turcica nil ſit nobis comperti, aut explorati. „ Superiori quatriduo nonnulli Domini Bohemi ex Pri„ matibus, inter quos eſt Dominus Leo, Dominus Can„ cellarius, & Dominus Selemberg publico, & totius „ Regni nomine huc appulerunt. Summa autem Le„ gationis hæc eſt, ut Majeſtas Regia in Bohemiam „ hoc proximo vere proficiſcatur; afferunt varias, effi„ caciſſimasque cauſas, cur id fieri non modo expe„ diat, ſed ſit pene neceſſarium; inſuper pollicentur, „ quod quidquid Majeſtas Regia oppignoratum, diſtra„ ctumque habeat, ſuis pecuniis redemturos; addunt, „ ita eſſe res ibi compoſitas, & inſtitutas, ut Majeſtas „ Sua ſummo cum ſplendore, & dignitate ſit haben-

Digitized by Google

„ da, & quæcunque ad Regios ſumtus faciendos ſpe
„ ctant, abunde conſequi valeat. Noſtri Hungari a
„ ea profectione abhorrent aſſerentes, Regnum ho
„ ſine extremo diſcrimine, & eorum omnium peſſum
„ datione Rege carere non poſſe, ſatisque inter utriuſ
„ que Regni Proceres de hoc diſceptatur, ſed niſi fal
„ lor, ita inter eos componetur, ut Rex Poſonium ſ
„ conferat, ibi Bohemorum Conventus peragatur, &
„ quantum conjecturis conſequi poſſunt, hac proxim
„ Quadrageſima eo profectio ſuſcipietur. De futur
„ Imperatoris electione varia ad nos perferuntur. Il
„ lud pro comperto habeo, Regem Gallorum omne
„ conatus adhibiturum, ut Imperiali diademate augea
„ tur, idque præcipue largitionibus, & auri vi adi
„ piſci nitetur; ſed eſt difficile creditu Principes Ger
„ manos paſſuros, ut Imperium rurſus ad Gallos tranſ
„ feratur. Proximus erit Rex Hiſpaniarum Carolus,
„ in quem fortaſſe Electores ſunt futuri propenſiores,
„ ſed Gallus, ubi ſpe ſua fruſtratum ſe ſentit, procul
„ dubio in hoc incumbet, ne ad Hiſpanum, quem
„ alioquin & ſuſpectum, & infenſum habet, hoc mu-
„ nus perferatur. Unde plerique autumant, inter il-
„ los duos diſcrepantes futurum, ut ad Regem noſtrum
„ inſignia Imperii ſint redundatura. De his tamen ni-
„ hil habeo compertum, ea duntaxat ſcribo, quæ ru-
„ moribus circumferuntur, & quidem Proceres Ger-
„ maniæ litteris, & Nuntiis ſignificant. Sed ut hæc
„ dubia, & incerta ſunt, ita illud exploratiſſimum,
„ rem Hungaricam ſine Sereniſſimi Regis Poloniæ
„ tutela, & protectione diu ſtare non poſſe. Utque
„ obitus Cæſaris aliis in rebus toti ferme Reipublicæ
„ Chriſtianæ defuit, ita in augenda dignitate, & au-
„ ctoritate Sereniſſimi Regis Poloniæ apud noſtrates
„ plurimum attulit momenti; odium enim, quo in Cæ-
„ ſarem ferebantur, adeo in hanc quoque Majeſtatem
„ redundabat, ut nomen tutelæ æque in utroque eſſet
„ ſuſpectum, ac inviſum. Jam vero omnes, qui recte

„ ſa-

Digitized by Google

ſapiunt, uno ore atteſtantur ad res Hungaricas reſtituendas, & in ordinem aliquem redigendas, & auctoritate, & moderatione Sereniſſimi Regis Poloniæ eſſe opus. Quæ res ut majori dignitate fiat, rem excogitavi meo judicio huic negotio non alienam. Egi enim cum fratre Nicolao, qui die craſtina iter ad Urbem Romam eſt arrepturus, ut Summus Pontifex aliquem idoneum Oratorem una cum Litteris ad nos mittat, in hanc ſententiam Sanctitatem ſuam, cum procul, & remotiſſimis partibus degat, nec poſſit per ſe ſe hæc præſens curare, vices ſuas quo ad tutelam hujus Regni commiſiſſe Sereniſſimo Regi Poloniæ, ita ut quidquid Majeſtas ſua ſuper rebus, & negotiis Hungariæ Regni conſtituit, perinde ſit, ac ſi ipſe quoque Summus Pontifex id pariter conſtituiſſet. Alias autem Litteras Summus Pontifex mittat Regi Poloniæ Sereniſſimo, quibus hortetur, & ſvadeat Suæ Majeſtati, ut tutelam, & protectionem Regni Hungarici tam ſuæ Sanctitatis, quam proprio nomine ſubeat, & ſuſcipiat. Alia quoque utrisque Litteris adnectentur, quæ erunt pro gloria, & dignitate Sereniſſimi Regis Poloniæ accumulanda. Hæc per me acta ſunt ſecretiſſime, nec alius eſt conſcius præter Dominum Marchionem, Dominum meum Reverendiſſimum, & Dominum Borncmiſſam. Litteras, & inſtructionem manu mea conſcripſi, & exaravi, & niſi fallor, proxima Quadrageſima hæc ita confecta ad nos perferentur; Dominus meus Quinque Eccleſiarum in dies honore, & gratia augetur, omniumque oculi, & animi videntur in eum converſi; Utinam tantum vellet, quantum (ſi vellet) efficere poteſt. Ille tantum eo tendit, ut ſe eximat ex his moleſtiis curialibus, & Cracoviam concedat, moxque cum Magnificentia Veſtra, in qua ſummam ſuæ dilectionis, & fiduciæ collocavit, conſtituatur, cujus quidem rei ego adeo avidus ſum, ut nil fieri mallem, confido autem me Dominationem ſuam

 „ Reve-

Digitized by Google

„ Reverendiſſimam præventurum, & apud Magnifice
„ tiam veſtram præcurſorem futurum, cui me ut D
„ mino meo gratiſſimo etiam atque etiam commend

a) Indubie propter Conſtitutionem A. 1505. Vi Veſt. Comitior. p. 448.

b) In Hungaria nonniſi Prælati, Barones, Proc res, & Nobiles, quorum cenſu etiam Liberæ Regi Civitates veniunt, ab initio ſaltem ſecundæ Regu Periodi, quidquid de prima ſit, in Comitiis Jus ſu fragiorum habebant, qui nomine Statuum, & Ord num veniunt. Hi cenſentur Populum conſtituere, re liqua turba, uti ubivis alibi Plebs vocatur, Balbus ho mo exterus, & obſcuræ originis, hic vel per errorem vel per contemtum Plebem nominat, dum fors Nobi litatem indigitare volebat. Sæpe ille in rebus Hungarici etiam ſui temporis ignorantiam prodit, ut mirer, apu multos eam opinionem locum obtinuiſſe, quod cum Werbőczio in compilatione Tripartiti laboraverit, cu nunquam in Judiciis locus obtigit.

c) Hic Balbus vel ex ignorantia erravit, vel dat opera Vice-Cancellarium, & per illum Regem Polo niæ in errorem inducere voluit. An ante Mathiam Regem Palatinatum vacare non fuerit novum, aut in ſolitum, e ſerie Palatinorum facile videri poteſt; id autem falſum eſt, quoad Rex Mathias imperavit, ne minem hoc Magiſtratu functum eſſe, & Rege Wladis lao regnante Hungariam per aliquot annos Palatinatu caruiſſe; nam eo ipſo Anno 1458. quo Mathias in Regem electus eſt, Michael Orſzágh in Palatinum ele ctus usque Annum 1484. quo obiit, hoc munere fun ctus eſt, cui Anno 1486. Emericus de Zapolya Comes Scepuſienſis ſuffectus uſque 1487. quo ineunte obiit, Palatinatum geſſit. Hoc eodem Anno cœpit Palatina tus vacare, conſtituto interim Urbano Doczy de Nagy-Lewche Epiſcopo Agrienſi, pro Judice cauſarum co ram Palatino vertentium, qui obiit Anno 1491., ſequen

ti

ſtatim Anno 1492. electus eſt in Palatinum C. Ste-
ianus de Zapolya, qui vixit ad Annum 1499. Poſt
inc A. 1500. iterum electus fuit C. Petrus Gereb de
yngarth, & tenuit Palatinatum uſque ad obitum 1503.
oſt eum conſtitutus fuit Blaſius de Raska Judex cau-
rum coram Palatino vertentium. Sed mox Anno 1504.
ectus eſt C. Emericus de Perén in Palatinum, quam
gnitatem tenuit uſque ad obitum d. 5. Februarii 1519.
out recte hic Balbus ſcribit. De Judicibus cauſarum
oram Palatino vertentium Scriptores noſtri vix quid-
iam hactenus memoriæ tradiderunt, cum tamen Inſti-
tum iſtud, quod hactenus quidem e monumentis Di-
omaticis ſtatuere poſſum, jam initio ſecundæ Regum
eriodi viguerit, ut vacante Palatinatu Judices hoc
omine appellati conſtituerentur. Quæ hos inter Ju-
ices, Vice-Palatinos, & Locumtenentes Palatinales
ifferentia, quæve eorum munia fuerint, hoc loco non
acat diſcutere, aut illuſtrare.

Hæc Epiſtola datum quidem non habet, An-
o tamen 1519. ſcriptam eſſe manifeſtum eſt, &
uidem menſe Februario, cum in ea de obitu Pa-
itini Emerici de Perén mentio ſit, quem d. 5.
ebr. 1519. obiiſſe certum eſt. Dies quidem de-
erminate erui non poteſt, cum tamen ſcribat 20.
ie Epiphaniarum, adeoque die 25. Januarii cœptum
ſſe Conventum celebrari, & jam per tres hebdo-
iadas in uno ſcrupulo adhærere, videtur poſt d.
7. Februarii ſcripta eſſe, & quidem ante proxi-
nam Quadrageſimam.

Ex hac Epiſtola evidenter patet, hunc, cujus
n ea occurrit mentio, Conventum eundem ipſum
uiſſe, cujus Hiſtoriam Dubravius verbis ſupra
recenſitis complexus eſt, illum ipſum, cujus Cæli-

Digitized by Google

us Calcagninus in oratione in funere Cardina Eſtenſis verbis ſupra relatis meminit. Habem itaque tria Veſtigia hujus Conventus, in quib concorditer & diſſenſionum in eo exortarun & electionis Palatini memoria conſignata eſt. I hac Epiſtola Balbi patet præterea Conventu hunc vivente adhuc Perénio indictum, & cœptu fine electionis Palatini nequaquam convocatu fuiſſe, Perénium re ipſa die 5. Februarii perdu rante jam in diem undecimum a præfixo termi Conventu fatis ceſſiſſe. Maxima vero attentio digna ſunt gemina hujus Conventus adjuncta, qu in hac Epiſtola referuntur, & a nullo, quod ſcian Litteris conſignata, aut in aliquo monument Diplomatico notata ſunt, nimirum, quod hic *par ticularis Conventus* appelletur, deinde quod *i hoc iterum incubuit Nobilitas, ut Decreta Ba chienſis Conventus finem ſuum ſortirentur, quibu licet plerique ex Primoribus adverſentur, tame vel formidine correpti, vel quia, ſi illa violentur in deterius omnia collapſura cenſent, ad unum omnes rata, firmaque eſſe volunt.*

Quare Conventus particularis appelletur cum nondum ſufficientia ejus adjuncta ad id de finiendum detexerimus, non habeo, quod adfe ram. Videri quidem poſſet Balbus velut hom exterus non magnopere inter Comitia generalia & Conventum particularem diſtinxiſſe, cum ta men & in Aula Regia diutius verſatus fuerit, & frequentiora tam generalia Comitia, quam particu

la-

res Conventus viderit, cum denique hunc diſer- particularem appellet, licet quædam negotia on niſi ad generalia Comitia pertinentia in illo ertractata ſint, uti eſt electio Palatini, Legisla- o &c. debemus poſitivo huic teſtimonio inhærere, mque non pro generalibus Comitiis, ſed pro rticulari duntaxat Conventu habere, quin ta- ien determinare poſſimus, in quo potiſſimum a ge- erali diverſus fuerit, niſi forte Balbus Conven- im, ad quem viritim comparuiſſent, pro generali, l quem autem electi Nuncii veniſſent, pro par- culari habuiſſet, qui error utique peregrino ignoſci oſſet.

Quod Balbus de Decretis Conventus Bachien- s in iſto firmatis refert, infra recurret commo- ior disquirendi locus.

De electione Palatini, quam in iſto Conventu gitatam eſſe, producta Veſtigia unanimiter teſtan- ur, aliquid plus determinare jam poſſumus, quam actenus conſtiterit. Prima electio Palatini, quam n Comitiis factam fuiſſe conſtat, evenit ſub Ma- hia I. dum Anno 1485. Emericus de Zapolya in 'alatinum eligeretur, altera in hoc, ſed ut refer- ur particulari Conventu A. 1519. Poſt hæc us que ad Annum 1554. nullum electi, vel denomi- ati Palatini occurrit exemplum, deinceps autem mnes Palatini in Comitiis generalibus electi ſunt. Iæc fide Diplomatum tuto aſſerere poſſumus, Pa- atinos Annis 1458. 1492. 1500. 1504. ut ſupe- ius in nota ad Epiſtolam Balbi retuli, in Comitiis

generalibus itidem electos fuiſſe non niſi valde veriſimili conjectura in eo fundata, quod ea his omnibus annis celebrata fuerint, credere licet, nulla tamen monumenta Diplomatica hactenus eruta ſunt, quibus id ipſum diſerte confirmaretur. Ceterum in Jure publico Hungariæ ſcire multum intereſt, quæ ſucceſſive conſtituendorum Palatinorum obtinuerit ratio, quousque illi arbitrio Regis conſtituti, aut deſtituti fuerint, quando in Comitiis eligi cœperint, & quæ huic tam notabili mutationi cauſa occaſionem præbuerit, Scriptorum coævorum teſtimonia in hoc argumento quidem contemnenda non eſſent, ſed monumenta Diplomatica unice rem ad claram lucem collocarent; interim cum neutrius hujus generis ſufficientia argumenta ſuppetant, determinandum eſt unice tempus conſtitutorum ſingulorum ex ordine Palatinorum, quod ſi conſtanter cum tempore celebratorum generalium Comitiorum congruerit, ſatis probabiliter concludi poteſt, ab eo tempore Palatinos in illis eligi, & cum ex temporum, & rerum adjunctis facilius cauſa, & occaſio mutationis eruetur. Sed non eſt hujus loci hanc rem ulterius proſequi.

Stephanum de Báthor hoc anno in Palatinum electum eſſe certum eſt, ſed an præciſe in hoc Conventu Peſtienſi initio anni, vel in aliis Comitiis paulo ſerius celebratis electus fuerit, poſitivo argumento Diplomatico definiri non dum poteſt, manet igitur tantum valde probabile eum tunc

ſta-

atim electum fuiſſe, tum quia omnia, quæ ha-
emus Conventus hujus Veſtigia teſtantur, tunc
e electione Palatini actum eſſe, tum quod adhuc
icertum ſit, an alia hoc eodem anno Comitia
elebrata fuerint, certum autem eſt, Báthorium
on ſolum die 27. Auguſti, ut Katona ex Diplo-
iate Zwynneianorum evincit, ſed jam 2. Junii
'alatinum fuiſſe, cum in quibusdam Conſenſuali-
us Regis pro Bàthoriis in Feſto Aſcenſionis Do-
nini editis idem jam Palatinus appelletur, in aliis
utem ejusdem Stephani Sententionalibus: *in præ-
enti termino 20. die Feſti B. Jacobi Apoſtoli
roxime præteriti. Dat. Budæ 25. die termi-
ii prænotati* jam qua Palatinus Judiciis præſederit.

Quamdiu Conventus Peſtienſis duraverit,
iondum definire licet; ſi calculus ex narratione
Balbi erutus ſpectetur, adhuc die 17. Februarii
præter Decreta Conventus Bachienſis firmata, ni-
iil eorum, quæ ibi acta eſſe ſcimus, definitum
uit, nimirum nec Palatinus electus, nec Arces a
Bornemiſza, & aliis receptæ. Pacatos quidem
uiſſe oratione Hypolyti Eſtenſis Nobilitatis ani-
nos Calcagninus in oratione ſuperius provocata
eſtatur, ſed tempus non conſignat. Ultra initium
Veris non fuiſſe protractum, mox patebit. Nam

Eodem Anno 1519. ſerius celebrandorum
Comitiorum Veſtigium deprehendo in Litteris,
quibus Ludovicus II. Rex Univerſitati Regni Scla-
voniæ ſequentia reſcribit:

„ Sup-

„ Supplicatis, ut D. Epiſcopum Zagrabienſem, & „ alios Dominos Gentes habentes in Sclavonia, „ non cogamus venire ad Diætam, ne terra illa „ vacua Gentibus relinquatur in direptionem ho- „ ſtium, vel ſi omnino eos venire, & exire vo- „ luerimus, committamus eis, ut aliquam par- „ tem Gentium ſuorum ibidem relinquere de- „ beant. - - - Datum Budæ Feria IV. prox. ante „ Dominicam Judica A. D. 1519. “

Hoc unicum eſt, quod hactenus reperire potui, præter Conventum Peſtienſem anni hujus Comitiorum Veſtigium; nam hæc Diæta, cujus Ludovicus meminit, a Conventu Peſtienſi diſtincta fuerat, tum quod iſte usque ad Dominicam Judica (6. Aprilis) non fuerit certe prorogatus, tum quod ad illam primo comparituri fuerint, adeoque primo poſt Dominicam Judica celebrari debuerit, an tamen, pro quo termino, & ubi celebrata, vel quid in illa actum, ſancitumque ſit, hactenus ignoramus.

Habemus quidem aliqua indicia Conventus Bachienſis hujus anni, quæ teſtimoniis hiſtoricis æquiparari poſſe videntur, in Epigraphe Articulorum, qui ſub Nomine Bachienſium Anni 1519. paſſim manci vulgo circumferuntur. Horum Telegdius in ſuo Indice Decretorum ſequentibus meminit:

„ Articuli item Ludovici Regis in Conventu ge- „ nerali, in Bach. A. D. 1519. editi, quorum initium „ eſt: *Præhabito Dei adjutorio.*

Moſſoczius in prima editione Decretorum Regum Hungariæ excerptis aliquot Articulis, quos ad

ad hunc annum retulit, ſequentem obſervationem hiſtoricam præfixit:

„ Conventus Bachienſis Anni 1519. Decreta in ple-
„ risque MSS. Exemplaribus non reperiuntur. “

Id ego veriſſimum eſſe deprehendi, nam inter omnes Codices MSS. quorum plures me nullus certo manibus verſavit, uti e ſubſidiis ad Hiſtoriam Legislationis, in quibus eos recenſebo, patebit, eos nonniſi in Feſtetichiano, & Szapariano reperi, in Archivo autem L. R. Civitatis Bartphenſis copiam eorum paulo recentiorem quidem, ſed initio mancam detexi, & nota chronologica deſtitutam, ut adeo e ſerie ſolum, qua ſe excipiunt, & paucis aliquot a Bachienſibus Articulis diverſis eos ipſos eſſe, qui Anno 1519. adſcribuntur, agnoſcere potuerim.

Unicum horum Comitiorum re ipſa celebratorum Veſtigium videretur aliquis videre poſſe in Mandato Ludovici Regis ad Comitatum Veſprimienſem dato, & ad Art. XXVI. infra referendo, ut pœnas ab iis deſumat, qui ſe a Conventu Bachienſi abſentarunt, idque ideo, quod illud nonniſi Anno 1520. Feria IV. poſt Dominicam Lætare editum ſit, incredibile autem eſſe videatur, ut tertio demum Anno a Comitiis Bachienſibus 1518. pœnam exigeret, ſi hæc ad illa pertineret, ſed cum Anno 1518. Comitia Bachiæ celebrata, & in illis Art. XXIX. hanc pœnam ſtatutam eſſe certum ſit, de Comitiis Bachienſibus Anno 1519. an re ipſa celebrata fuerint, res e

con-

converſo admodum adhuc ambigua ſit, nec veriſimile eſſe videatur, quod ejusmodi abſentatio A. 1519. iterum evenerit, ſatis probabile eſt, hoc Mandatum Comitia Anni 1518 innuere, ac pro eorum Veſtigio habendum eſſe. Quod autem anno primum tertio pœnam deſumi mandaverit, poſſemus nobis quidem cogitare, quod Ovidius de miti Principe, qualem Ludovicum fuiſſe conſtat, ſcripſit; *ſit piger ad pœnas Princeps, ad præmia velox;* ceterum ſi tempora ſupputemus, deprehendemus inter Comitia Bachienſia A. 1518. & Dominicam Lætare Anni 1520. vix ſesqui alterum annum effluxiſſe.

Nihil itaque certi de Comitiis Bachienſibus Anni 1519. hactenus ſtatuere poſſumus, quod tanto ægrius fero, quo plures difficultates circa Articulos, qui illis tribuuntur, occurrunt. Hos, quod ſciam, nullus domeſticorum, aut exterorum Scriptorum integros in lucem protulit; ego quamquam illos pro genuinis Comitiorum Bachienſium Anni 1519. ab anterioribus æque Bachienſibus diſtinctis Articulis nondum habere poſſim, collato tamen omnium trium, quæ nactus ſum exemplarium textu, ita ut poteram exactos numeris diſtinctos, Rubricis proviſos, & notis, quæ plerisque etiam Bachienſibus Anni 1518. deſervient, illuſtratos profero, depromturus poſtea, quæ mihi de illis occurrunt difficultates.

Lu-

Ludovici II. Regis Hungariæ Decretum III. in Comitiis Bachiæ Anno 1519. prætenſive celebratis conditum.

ARTICULUS I.

Modus recuperandorum a Privatis Bonorum, & Proventuum Regiorum præſcribitur.

„ Præhabito Dei adjutorio fundamento, quo „ per Gentium conſervationem Majeſtatis Regiæ „ jam declaratam omnia bene concluſa, & con„ cludenda effectum, & executionem realem con„ ſequi ſperamus ad reformationem, & recupe„ rationem Bonorum, proventuum, Regiæ „ Majeſtatis imprimis recurrendum eſt. Quapro„ pter rectificatio, & remiſſio proventuum, ac „ Bonorum Majeſtatis Regiæ juxta Conſtitutionem „ in generali Diæta pro Feſto B. Lucæ Evange„ liſtæ Anno Gratiæ 1514. celebrata factam fiat, „ & Decretum ibidem editum in hac parte ob„ ſervetur ita, ut omnes proventus Regii quo„ cunque nomine cenſeantur, una cum Civitati„ bus, Caſtriſque, & aliis Bonis Regiæ Maje„ ſtatis in arenda, vel pignore exiſtentibus, & „ habitis per quoslibet exnunc, & de facto re„ mittantur. Quos D. Theſaurarius tam per Re„ gias, quam etiam per proprias ſuas Litteras „ aſſecurare debeat, ut poſita cum his, qui pro„ ventus Bonorum Regiæ Majeſtatis habuerunt, „ præſentibus DD. Conſiliariis, ac Aſſeſſoribus „ recta ratione ſummam, qua illis Majeſtas Regia

„ debi-

„ debitor remanſerit, quam primum reſtituet.
„ Quæ quidem calculatio quinto decimo die ter-
„ mini celebrationis brevium Judiciorum pro
„ 20. die proxime futuri Feſti Epiphaniarum Do-
„ mini celebran. fiat, ut tunc univerſi Bona,
„ proventusque Regios habentes, cuncta Jura,
„ & alia Inſtrumenta eorum producant, ex
„ quibus ejuscemodi computus formari debebit.
„ Cum D. Vayvoda Tranſylvano vero ſic intel-
„ ligendum eſt debitum ſuum, ut ſi ſinguli illi
„ 20. denarii, qui juxta formam præſcripti De-
„ creti ad rationem redemtionis, & eliberationis
„ Triceſimarum, & Civitatum Regiarum præ ma-
„ nibus ſuis habitarum ſibi dari debent, non ſuf-
„ ficerent, intelligatur, quantum Majeſtas Regia
„ ſuperaddere, & unde reſiduum illud ſolvere
„ tenebitur, quod etiam brevi, & quam primum
„ eidem D. Vayvodæ perſolvendum erit.

Nimia Wladislai lenitas effecit, ut Quæſtores Regii Aerarium turpiter depeculati ſint. Conſtat enim e Bonfinio, quod extortis tandem a Sigismundo jam *Ernst*, jam *Hampo* appellato Epiſcopo Quinque Eccleſienſi, & Theſaurario, ejusque Collega *Dombajo* Anno 1497. Rationibus evenerit, quod pro præterito triennio duo Milliones, & 800. Millia in Aerarium influere debuiſſent, non influxerint autem, niſi 60. Millia ideo, quod Sigismundus quidem in 400. Millium aureorum refuſione, *Dombajus* vero ad per-

erpetuos carceres condemnatus fuerit. An Si-
;iſmundus convictivam ſuam re ipſa depoſuerit,
ıon conſtat. Peculatum tamen hunc toto Wla-
lislai Regno perduraſſe ſatis conſtat.

Itaque vacuo Aerario cogebatur Wladislaus *Proventus Regios* oppignorare, & quidem, ut in ıeceſſitate fieri ſolet, ſub vili ſumma.

Malum hoc attentionem Statuum primo 1514. excitavit, & tunc iniverant juſtam certe, & cordatam proventus hos reluendi rationem Art. I. Nimirum ut omnes hi proventus ſtatim, remittantur, cum Pignoratariis ratio ineatur, ſub qua ſumma quis aliquem proventum acoepit, & quantum illi annue intulit? Quidquid autem hi ultra juſtam uſuram percepiſſe comperti fuerint, id in defalcationem Capitalis iis imputetur: pro reſiduo vero dimidium ejusmodi proventus ipſis in Hypothecam aſſignetur, ita ut Rex unam, illi vero aliam medietatem quotannis percipiant, donec totum eorum debitum exſtingvatur.

Si proventus hi *Privatis* Legibus adhuc obnoxiis, impignorati fuiſſent, iviſſet certe in effectum juſta hæc, & ſalubris ordinatio, nunc erant hi plerumque præ manibus *Bakachiorum*, *Báthoriorum*, *Zapolyiorum*, aliorumque potentiorum Optimatum, qui omne Legum frænum dudum excuſſerant. Et ideo nec ultimo Wladislai biennio, nec toto Ludovici II. Regno, Lex hæc ex integro in effectum perduci potuit, licet illa,

&

& 1518. Decreto Tolnenſi Art. XVII. & ejuſdem Anni Decreto Bachienſi Art. VIII. & præſentis Decreti Art. I. & poſtea Decreti 1522. Art. II. renovetur Joannis *Zapolya*, eotum Vajvodæ Tranſylvani præpotentia in Comitiis 1514. maxime enituit. Hic enim ſolus ab imputatione ſuperflue perceptorum proventuum in defalcationem Capitalis, provocato Art. I. eximitur, & illi tota inveſtita Summa ita refundenda decernitur, ut ex *Exercitualibus* pecuniis a ſingulis Porta 20. denarii eidem in depurationem inveſtitæ Summæ cedant, donec Capitale ejus expungatur. Quod ille decretam ſibi hac ratione Summam, quæ notabilem quantitatem efferebat, uſque tempus præſentis Decreti, adeoque integro quinquennio rite exegerit, vix dubitare licet, quod tamen ex impignoratis ſibi Civitatibus, & Tricesſimis nullam remiſerit, vel e præſenti Articulo patet. Nimirum non audebant Status eum vel ad reddendas pro præterito rationes cogere, ſed tantum ſtatuerunt, ut ſi 20. illi denarii non ſufficiant, alter fundus exquiratur. Tandem nactus eſt Zapolius oportunam pignus ſuum opipare commutandi occaſionem. Enato enim 1525. Ducis *Laurentii Ujlak* defectu, ut univerſa hujus Bona, quæ forte decies tantum, quantum pignus ſuum valebant, ſibi in hujus vicem conferantur, Lege publica, nempe Diætæ Hatvanienſis, Art. XXXIV. conſtitui procuravit *Veſt. Comitior. Pag.* 609. Ita nempe ſub debili hoc Rege graſſabantur temporis

poris illius *Dæmagogi*, ut cum 1492. Art. XXVII. Triceſimæ regulatæ; res, quæ ſub hanc non cadunt, determinatæ, & Triceſimæ, ab iis exactio, in omnibus aliis officiis diſtrictim interdicta fuerit, poſſeſſæ tamen a Patre Vajvodæ hujus Stephano Zapolio, eorum Palatino in pignore Triceſimæ a Lege hac exemptæ, adeoque illi Triceſimam pro arbitrio deſumendi poteſtas conceſſa fuerit. Quid mirum proinde? quod *Joannes* mox poſt fata Ludovici II. Regiam captaverit Dignitatem.

ARTICULUS II.

Vidua Andreæ Both quondam Bani Croatiæ quoad prætenſiones ſuas excontentetur.

„ Item Dominæ quoque Annæ de Chák, „ alias relictæ condam D. Andreæ Borth Bani „ Croatiæ &c. nunc vero Joannis *Kopacsky* con„ ſorti in debitum ſuum ratione Diós-Győr pari„ ter reddendum eſt, ex quo Domina ipſa poſt „ obitum dicti Mariti ſui Banatum illum Cro„ atiæ illæſum conſervavit, Majeſtati Regiæ abs„ que Caſtrorum finitimorum amiſſione reſigna„ vit, & alioquin Summa ipſa, quæ ſibi ſolven„ da eſt, non mutuum, neque quæſtus, vel lu„ cri, & fœnerationis cauſa collatum, ſed puræ „ ſervitutis merces, & debitum manifeſtum eſt.

Digitized by Google

ARTICULUS III.

Stipendia parato, non in Sale exſolvantur. Externi Sale utens, vel domeſticum aliunde, quam e Depoſitoriis Regiis comparans in amiſſione Bonorum convincatur.

„ Cameræ item Salium tam in Hungaria, „ quam Tranſylvania Majeſtati Regiæ exnunc ſi„ militer remittantur, & de cetero nemini, præ„ ter Officiales finitimos, & illis quoque juxta „ limitationem Conſiliariorum, & Aſſeſſorum mo„ derate Sales dentur, ſed pecuniæ paratæ cui„ libet ſolvantur, nemoque Sales, præter Came„ rarios Regios ad hæc deputatos venditioni ex„ ponere audeat, & omnes Sales externi de hoc „ Regno, & Partibus ſibi ſubjectis ejiciantur ubi„ libet, & infra proximum Feſtum B. Georgii „ Martyris exſtirpentur ita, quod ſi poſtea Sales „ externi apud Dominum, vel Nobilem pro uſu, „ vel venditione reperti fuerint, talis Dominus, „ vel Nobilis in amiſſione cunctorum Bonorum „ per Regiam Majeſtatem aut pro ſe retinendo„ rum, aut aliter (alteri) conferendorum convin„ cantur eo facto.

„ Ruſticus vero tam Regiæ Majeſtatis, quam „ etiam quorumcunque Dominorum, & Nobili„ um in amiſſione pariter cunctorum Bonorum „ ſuorum mobilium, & immobilium condemne„ tur, cujus hæreditas Domino Terreſtri cedat, „ res vero mobiles per Camerarium auferantur, „ & Regio Fiſco applicentur. Si vero Camera-

„ rius

Digitized by Google

„ rius per ſe ipſum, ac ad ſe pertinentes ad
„ auferendas ejusmodi res non ſufficerent, Co-
„ mes, vel Vice-Comes Comitatus advocetur,
„ qui ſub perpetua amiſſione Officii ſui advenire,
„ Camerario aſſistere, & auxilio adeſſe tenean-
„ tur, & modo tertia pars Comiti, ac Vice-Co-
„ miti, duæ vero partes Camerario conſequenter-
„ que Regio Fiſco rerum illarum mobilium ce-
„ dant. Ubi autem iſti quoque non ſufficerent,
„ duo Theſaurarii executionem ejuscemodi ad
„ ſcitum, & Litteras Regiæ Majeſtatis, ac Con-
„ ſiliariorum, & Aſſeſſorum ſuorum peragere
„ teneantur.

Vidimus in Nota ad Art. VII. 1472. ſub Mathia jam prohibitum fuiſſe in Hungaria cum Sale domeſtico commercium. An tamen id diſerta Lege, vel uſu tantum inductum fuerit? necdum vidimus. Prima itaque ex hactenus prolatis fuit Lex Decreti Bachienſis 1518. Art. X. qua Salem extra Depoſitoria Regia emere prohibebatur. Et hoc præſenti Articulo renovatur.

ARTICULUS IV.

Metalli foſſores a rebus pro uſu ſuo inductis nullum tributum ſolvunt.

„ Item de Camerariis, Fodinisque Auri, &
„ Argenti ſtatutum eſt, quod Cultores Montana-
„ rum, & Civitates earundem *in antiquis ipſo-*
„ *rum Libertatibus conſerventur, ita videlicet,*
„ *ut Montaniſtæ, & Inhabitatores Civitatum ea-*

„ *rundem* de rebus quibuscunque ad neceſſita-
„ tes eorum ad ipſa Montana deferendis nullibi
„ tributum ſolvere teneantur.

ARTICULUS V.

Exteri, qui res pro uſu Metalli foſſorum induxerint, moderato Telonio ſubjaceant.

„ Tributum vero ab illis Extraneis, qui
„ Montana non habitant, ſed victualia, & alias
„ res neceſſarias ad culturam Montanarum un-
„ decunque deferunt, exigatur quidem, ſed ita
„ moderetur, ut ab eis quoque non ſuperfluum,
„ ſed juſtum duntaxat, & honeſtum Telonium
„ exigi videatur. Ne autem per exemtos alios,
„ & tributa habentes contentio maneat, ſtatuto
„ per DD. Conſiliarios, & Aſſeſſores uno brevi
„ termino Litteras eorum exemtionales, & tri-
„ butales coram Majeſtate Regia producere tene-
„ antur, & quæ illi antiquiores, & utiliores re-
„ perientur, illæ obſerventur, quæ ſi non pro-
„ ducentur, viribus in perpetuum deſtitutæ habe-
„ antur, & de cetero virtute illarum nemo uta-
„ tur.

ARTICULUS VI.

Telonia ſicca, & fluvialia aboleantur, quæ ſubſtiterint, pro Exteris limitentur.

„ Item quod Tributa ſicca, & arida, ac in
„ aquis ab infra, & ſupra euntibus exigi conſve-
„ ta ceſſent, & aboleantur; ab exteris tamen

„ Natio-

Digitized by Google

Nationibus in aquis Tributum juſtum, & honeſtum exigi poſſit.

ARTICULUS VII.

Quod Camerariis non ſit licitum pro ſe Fodinas excolere.

„ Item: quod Camerarii Cremnicienſes, ac etiam in Rivulo Dominorum conſtituti Fodinas Auri, & Argenti per ſe, & pro ſe colere nullatenus poſſint, præter illas, quas ſoli ipſi de novo propriis eorum impenſis colere incœperunt ita, ut Societatem in Fodinis aliorum expenſis incœptis, & incipiendis habere non poſſint.

Ne Officiales Rei Montanæ ipſi Fodinas colant, e ſpecioſo illo motivo hic conſtitutum videtur, ut iis occaſio præripiatur alios Fodinarum Cultores vexandi, aut opprimendi. Verum agnovit non multo poſt errorem Legislatio, & in Decreto de 1523. Art XXXVIII. plenam omnibus Fodinas colendi libertatem conceſſit, uti id proferendo infra Decreto apparebit.

ARTICULUS VIII.

Camerarii Macella, & Educilla non teneant, niſi pro ſuis domeſticis.

„ Item: quod iidem Camerarii contra Jura, „ & Libertates Civitatum Montanarum Macella „ conſervare, Vina, vel Cereviſias educillare non „ poſſint, valeant tamen ſi volunt, propriis eo-

„ rum famulis domeſticis de proprio cellario Vi-
„ na, Cereviſiasque dare, & alia Victualia mi-
„ niſtrare.

ARTICULUS IX.

Aurum, & Argentum uti tempore Mathiæ Regis ad Cameram cambiatur.

„ Item: quod Aurum, & Argentum ſe-
„ cundum puritatem, & pretium juxta morem,
„ & conſvetudinem temporum Regis Mathiæ ob-
„ ſervatam ad Cameram Regiam cambietur, &
„ acceptetur; & hoc tam ex parte Camerariorum,
„ quam etiam Montaniſtarum intelligatur. Qui-
„ bus præmiſſis obſervatis, Cultores Montana-
„ rum, qui aufugerunt, revertentur, multiplica-
„ banturque, & decies plus de Auro, & Argento
„ Regia Majeſtas, atque Regnum iſtud habebit.

Vidimus in Nota ad Art. VIII. Decreti Statuum de 1445. quod ſub Gubernatoratu Hunyadi, Liga Monetæ jam in dimidio Argenti, & Cupri, jam in una tertia Argenti, & duabus Cupri conſtiterit. Quod ſub Mathia Ligam Monetæ conſtituerint tres partes Cupri, & una Argenti, patet ex ejus Litteris a Kaprinai Hiſt. Dipl. Parte I. Pag. 327. & Par. II. Pag. 190. prolatis. Ad hanc itaque Ligam præſens Articulus provocat. Verum extrema, in quam Regnum non multo poſt prolapſum eſt, æris penuria coegit Status viliorem longe Ligam adoptare, uti id infra, & in Decreto 1523. videbimus, & ex prolatis jam in Veſt. Comit. Anni 1525. Decretis apparet.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICULUS X.

Aurum, & Argentum e Regno non educatur. Conſilium Regis elaboret Inſtructionem Theſaurario, qui rem monetariam curat.

„ Quod autem Aurum, & Argentum de
„ Regno non educatur, manifeſte continetur in
„ Decreto, & modus ibidem conſcriptus in hac
„ parte obſervetur, ad hæc autem præmiſſa ſpe-
„ cialiter Theſaurarius Regiæ Majeſtatis montana
„ habebit providere, verum de modo, & ordine,
„ conditionibusque, quibus Montana in priſtinum
„ florem, & ſtatum reduci queant, DD. Conſilia-
„ rii, & Aſſeſſores primum providere, & D.
„ Theſaurario informationem, qualiter procedat,
„ dare teneantur.

Inutilis hæc ad propoſitum ſcopum Lex jam antea ſub pluribus Regibus perlata fuit, quaſi Aurum, & Argentum in Monetam converſum, non perinde facile e Regno extrahatur, niſi id per alias idoneas monetarias, & commerciales proviſiones, quarum tunc nec idæa exſtitit, impediatur. Ignoravit nimirum ætas illa, quod Aurum, & Argentum non tantum qua *materia monetæ* ſed etiam qua *merx* conſiderari debeat, *qua talis* autem eandem, quam reliqui commercii Articuli ſubeat conſiderationem.

ARTICULUS XI.

Quæ Bona Regalia a Privatis recuperanda Theſaurario; Quæ vero Proviſori Budenſi reſignari debeant?

„ Item: Quod Caſtrum Huſzth cum Ca-
„ mera Salium Maramaroſienſi, & Tranſylvani-
„ enſi, ac Triceſimis, Vigeſimis, Quinquageſimis,
„ Cementis, Camerisque, & Fodinis Auri, &
„ Argenti, nec non Civitatibus liberis, Saxoni-
„ busque Regiis, manibus D. Theſaurarii pro
„ tempore conſtituti, Caſtra vero Munkách, Ta-
„ tha, & Comarom, cum Curia Viſſegrád, Ve-
„ teri-Buda, ac Inſulis Kos, & Cſepel appella-
„ tis, nec non Oppida Sambok, & Kezhy, cun-
„ ctisque eorundem pertinentiis, Cumanique, &
„ Salinarii, ac Philiſthæi pro ſuſtentatione, &
„ conſervatione coquinæ Regiæ Majeſtatis ad ma-
„ nus Proviſoris Budenſis aſſignentur, ad quam
„ lardis, & vino de proventibus Caſtri Munkach
„ providere, & inſuper Decimas Budenſes, &
„ alias etiam in Syrimio Proviſor ipſe Regiæ
„ Majeſtati pro menſa, & Curia comparare de-
„ bebit, defectum autem, ſi quis erit, juxta limi-
„ tationem DD. Conſiliariorum, & Aſſeſſorum,
„ D. Theſaurarius ſupplebit.

ARTICULUS XII.

Factæ ſeu per modernum Regem, ſeu per ejus Patrem Juris Patronatus quoad Eccleſiaſtica Beneficia Privatis Collationes caſſantur.

„ Item: ut Curia Majeſtatis Regiæ honeſte,
„ & ſervitorum frequentia, ac multitudine ſit
„ refer-

„ referta, & decorata, univerſa Jura Patronatus
„ omnium Eccleſiarum, & Beneficiorum Eccleſi-
„ aſticorum tam per Majeſtatem Regiam, quam
„ etiam Sereniſſimum condam D. Wladislaum Re-
„ gem Genitorem Suæ Majeſtatis chariſſimum
„ piæ memoriæ cuicunque collata, revocata ha-
„ beantur, & Majeſtas Sua Regia de cetero cun-
„ cta Beneficia Eccleſiaſtica, demtis Canonicati-
„ bus, & Rectoratibus Altarium quibuscunque
„ ſola voluerit, juxta Decretum pro Feſto B.
„ Lucæ Evangelis. editum conferat, præterea cun-
„ cta Beneficia Eccleſiaſtica ab illis, qui ultra unum
„ habent, per Regiam Majeſtatem aufferantur, &
„ juxta Generalis contenta Decreti dividantur,
„ ut eo plures Deo glorioſo ſervire, plures etiam
„ Gentes pro Regni defenſione conſervare poſ-
„ ſint.

Poſtquam importuna cupidorum hominum ſollicitatio, Bona, & proventus Regios exhauſiſſet, eo demum prolapſa eſt, ut ipſum Beneficia Eccleſiaſtica conferendi Jus, a lenibus his duobus Regibus extorſerit. Cum *Jus Patronatus* eminenti Juri Regio natura ſua inhæreat, Collationes hæ jure poterant in irritum revocari. Debuit tamen hujus quoque Legis effectum præpotentia eorum, quibus Jura illa Patronatus collata fuere, impedire, cum poſt ſexennium nempe 1525. in Decreto Hatvanienſi Art. XXXVI. denuo renovetur. *In Veſt. Comit. pag.* 612.

AR-

ARTICULUS XIII.

Unita licet per Pontificem Eccleſiaſtica Beneficia iterum ſeparentur, Rex pingviora Beneficia Eccleſiaſtica non conferat, donec debita ſua non exſolverit.

„ Item: quod univerſæ Præpoſituræ, Abbatiæ, & etiam aliæ Eccleſiæ per unionem aliis „ Eccleſiis poſt obitum Sereniſſimi Principis condam Domini Mathiæ Regis felicis memoriæ „ annexæ, etiam per Summum Pontificem confirmatæ, demtis duntaxat Eccleſiis in Decreto generali ſpecificatis ab unione diſſolvantur, & „ (per) Majeſtatem Regiam quibus decet, conferantur; antequam tamen Majeſtas Regia illa „ aliquibus conferret, apud manus ſuas tam diu „ de illorum Beneficiis pingvioribus tanta, & talia conſervet, quam antiqua debita ſua perſolvere poterit.

Non puto ego hic ſermonem eſſe de Epiſcopatibus *Canonice* unitis. Hi enim ſicut cum aſſenſu Pontificis uniti ſunt, ita eo invito diſſolvi non potuiſſe videntur. Videtur Lex hæc reſpicere Præpoſituras, & Abbatias, quas Epiſcopi aut violenter, ut in Articulo XXIII. mox videbimus occuparunt, aut per obreptitias Bullas impetrarunt. Quod autem Legislatio has propria etiam authoritate ſeparare potuerit, nemo dubitabit.

ARTI-

Digitized by Google

ARTICULUS XIV.

Ab iis, qui munus Comitis in pluribus Comitatibus obtinuerunt, uno relicto alii auferantur. Comites coram Rege jurare, & in aditu Officii in Comitatu de eo ſe legitimare debent.

„ Et hoc modo etiam Honores Comitatu-
„ um Majeſtas Regia a DD. Secularibus, qui
„ præter unum plures habent, ſecundum formam
„ generalis Decreti auferat, & Perſonis bene-
„ meritis diſtribuat. Qui quidem principales Co-
„ mites nunc, & poſtea ſemper coram Majeſtate
„ Regia præſentibus DD. Conſiliariis, & Aſſeſ-
„ ſoribus Juramentum præſtare teneantur, & ex-
„ inde Litteras eorumdem Conſiliariorum, & Aſ-
„ ſeſſorum ad Comitatum deferant, nam aliter
„ pro Comite per Nobiles non acceptentur.

Ne unus plura Officia tenere poſſit, jam in fundamentali Andreæ II. Decreto Art. XXX. ſtabilitum, ſub Alberto Art. VIII. & Wladislao 1495. Art. X. confirmatum fuit. Conſtitutionalis itaque hæc Lex iterum renovatur.

ARTICULUS XV.

Præpoſiti, & Archidiaconi a Bonis ſuis, quæ diſtinctim a Capitulo poſſident, uti & Parochi, Altariſtæ, & Capellani in decima proventuum ſuorum parte dicentur.

„ Verum, quia ad ſolutionem, & reſtitutio-
„ nem tot, tantorumque debitorum, quibus Ma-
„ jeſtatem Regiam teneri intelligimus, & elibe-
„ ratio-

„ rationem proventuum, Bonorumque Regiæ Ma-
„ jeſtatis, ac reædificationem, & reformationem
„ Caſtrorum finitimorum proventus ipſi Regii
„ ſi etiam rectificentur, ſufficere non videntur,
„ ideo deliberatum eſt, ut univerſi Præpoſiti, &
„ Archi-Diaconi, qui ratione hujusmodi Benefi-
„ ciorum ſuorum ſperatum Capitulo, ubi reſident,
„ nullum onus pro Regni defenſione ſupportare
„ videntur; præterea cunctarum Civitatum, Op-
„ pidorum, & Villarum Plebani Parochiales,
„ tam in Hungaria, quam etiam Sclavonia, &
„ Tranſylvania conſtituti, quorum plerique 60.
„ 40. & ſic conſequenter vaſa vinorum annuatim
„ habent, ſed Regni pro tutela nec unum qui-
„ dem denarium ſolvere ſolent, per Regiam Ma-
„ jeſtatem ubique juxta proventuum ipſorum exi-
„ gentiam pro decima parte eorumdem proven-
„ tuum taxentur, ita, ut de ſingulis decem flo-
„ renis unus florenus Majeſtati Regiæ per eos
„ contribuatur, ad quorum connumerationem ju-
„ ratus ille Nobilis in ſingulis Comitatibus ad
„ exactionem pecuniarum pro comparatione Gen-
„ tium electus per Majeſtatem Regiam depute-
„ tur, atque mittatur, & ſecundum conſcientio-
„ ſam limitationem ejusdem, ac Parochiani Judi-
„ cis, & Juratorum Civium contributio ipſa de-
„ cimalis indilate exigatur. Ubi vero aliqui re-
„ bellione forſitan recuſarent, extunc D. Præla-
„ tus, Archi-Epiſcopus videlicet, & Epiſcopus
„ loci ejusdem per Litteras facere teneatur. Nam

„ aliter

Digitized by Google

aliter ex Decimis ſuis vinorum, & frumentorum in Comitatu illo, ubi rebellis ipſe reſidet, pro Regia Majeſtate tantum reputetur, quantum contributio Præpoſiti Archidiaconi, vel Plebani rebellis faceret. Quæ quidem contributio ad reformationem tandem Caſtrorum finitimorum, & Bonorum, proventuumque Regiorum redemtionem, juxta limitationem DD. Conſiliariorum, & Aſſeſſorum convertatur.

ARTICULUS XVI.

Theſaurarius ſtatum proventuum Regiorum Conſlio Regio nunc ſtatim exhibeat, dein vero rationes quot annis reddat.

„ Item: Quod omnium proventuum Regiæ „ Majeſtatis introitus, & exitus fideliter, & ſub „ Juramento per DD. Conſiliarios, & Aſſeſſores „ a Theſaurario Regio exnunc intelligatur, ut „ ſciant poſtea, quantum pro exitu neceſſitatis ſuperaddere debeant, & quod ſingulis annis Theſaurarius Regius, & Proviſor Budenſis ſuper „ cunctis proventibus Regiis Dominis eisdem „ Conſiliariis, & Aſſeſſoribus in profeſto Epiphaniarum Domini, ac diebus immediate ſequentibus, & ad id ſufficientibus rationem dare teneantur.

Re ipſa Theſaurarius præſcripto hujus Articuli ſatisfecerit, reperi enim inter *Analecta Seculi XVI.* Cod. MS. Bibliothecæ Univerſitatis Hung. Peſtienſis minutam, ut exiſtimo originalem

lem ſtatum hunc proventuum annuorum continentem, quem hic velut pretioſum illius ætatis monumentum referendum eſſe duxi:

Proventus Regiæ Majeſtatis per annum.

„ De Cuſione Cameræ Crempnicienſis per annum „ provenire poſſent adhibita bona diligentia, & pro„ viſione 90777. fl. Ex quibus Reginali Majeſtati pro „ annuali arenda ipſius Cameræ cedunt fl. 16480. & „ ſic Regiæ Majeſtati manebunt pure floreni	74297
„ De Cuſione Cameræ Budenſis anno „ præterito provenerunt fl. 87347. den. 54. „ ſed anno futuro tum propter defectum, & „ paucitatem antiquarum monetarum, & ar„ genti, tum quia pretium utriusque aſcendit, „ vix fl. 50000. facere poterit.	
„ Triceſima Budenſis, & Albenſis faci„ unt fl.	16000
„ Triceſima Poſonienſis facit fl. ..	6000
„ Triceſima Regni Sclavoniæ ſi elibe„ rabitur, poteſt facere circiter fl.	4000
„ Triceſima Caſſovienſis facit fl. ..	800
„ Taxa Saxonum Tranſylvanienſium fl. ..	16000
„ Vigeſima Tranſylvanienſis vix ſuſten„ tat Officiales propter continua bella.	
„ Cementum Cibinienſe fl.	5000
„ Cenſus S. Martini Saxonum Tranſylva„ nien. fl.	6700
„ Quinquageſima Tranſylvanienſis fl. ..	4000
„ Civitas Budenſis, & Peſthienſis fl. ..	2000
„ Civitas Zegedienſis facit fl.	2000
„ Civitas Albaregalis fl.	400
„ Civitas Colosvárienſis fl.	311
„ Civitas Strigonienſis fl.	200
„ Sopronium fl.	400
„ Civitas Leuchowienſis, Barthfenſis, Eper„ ies, & Kys-Zeben faciunt fl.	1000

ARTICULUS XVII.

Theſaurario unus Contralorizans adjungatur.

„ Item: Quod penes Theſaurarium ipſum Regium de medio Aſſeſſorum Regnicolarum „ unus eligatur, absque cujus ſciru Theſaurarius „ nec introitum, nec exitum proventuum Regio- „ rum adminiſtret, & diſpenſet, ille vero Aſſeſ- „ ſor electus & rationem de omnibus teneat, „ ne fraus, & diſſipatio in proventibus Regiis „ fiat, & Theſaurarius ſuper eo, quod non ali- „ ter procedet, Juramentum coram Majeſtate „ Regia, ac DD. Conſiliariis, & Aſſeſſoribus „ præſtet, qui ſi poſtea contrarium feciſſe reper- „ tus fuerit, extunc perſona Eccleſiaſtica exiſtens „ in Beneficiorum, & etiam patrimoniorum Juri- „ um, Secularis vero perſona in Bonorum pariter „ cunctorum ſuorum amiſſione convincatur, & „ convictus habeatur defacto, quæ Majeſtas Re- „ gia quibuscunque voluerit, libere conferre „ poſſit.

ARTICULUS XVIII.

Unus e Banis finitimorum Caſtrorum ſemper in Ca- ſtro maneat; Præterea adjungatur iis Proviſor.

„ Item: Quod Bani ſemper in Caſtris finiti- „ mis maneant, & unus eorum ſub nota perpe- „ tuæ infidelitatis nusquam de Caſtro egredi au- „ deat; & quod ad omnia Caſtra finitima Pro- „ viſores per Regiam Majeſtatem conſtituantur, „ qui tam ad negotia, quam etiam victualia, &

„ alia

Digitized by Google

„ alia eorum neceſſaria modo tempore condan
„ Mathiæ Regis obſervato providere teneantur.

ARTICULUS XIX.

Necdum compenſata, quæ Cruciati intulerant, damna compenſentur, & fugitivi Coloni eorum Domini reſtituantur.

„ Item: Quod damna per Cruciferos No-
„ bilibus illata ubilibet refundantur, & modo,
„ ordineque in Decreto exinde edito expreſſo
„ damnificatis reſtituantur. Rebelles vero, &
„ contrarios Theſaurarii Regnicolarum ad requiſi-
„ tionem litteralem V. Comitum, & Judlium,
„ aut ſi Comites, vel V. Comites eſſent in cau-
„ ſa, ad Litteras Univerſitatis Nobilium illius
„ Comitatus, ubi damnum refundendum eſt, exe-
„ cutionem hujusmodi peragere teneantur. Ubi
„ vero Univerſitas Nobilium Comitibus, vel V.
„ Comitibus illis, vel etiam aliis Potentibus me-
„ tu, aut favore adhærerent, & Litteras forſitan
„ dare renueret, vel aliter contrarium læſo, &
„ damnificato faceret, extunc unus de medio Aſ-
„ ſeſſorum per damnificatum ad rei veritatem
„ experiendam ducatur, qui advenire teneatur,
„ ad cujus tandem relationem comperta primum
„ mera rei veritate Theſaurarii ipſi procedere te-
„ neantur, & de Jobbagyionibus quoque fugiti-
„ vis idem eſt intelligendum per omnia, quod
„ ſimilis executio erit peragenda. Comites vero
„ contrarium facientes in amiſſione Officii, &
„ Bonorum ipſorum condemnentur, Nobilibus ve-

„ ro

„ ro damnificatis pauperibus Regia Majeſtas expenſas ad Aſſeſſorum eductionem dari facere „ dignetur.

ARTICULUS XX.

Occupata per Franciſcum, & Wolfgangum Groff Comitis Petri de Bozyn Bona, ejus viduæ ſtatim reſtituantur.

„ Item: quod Óvár, Dévény, Detrekeő, & alia Caſtra, atque Bona condam D. Comitis Petri per Dominos Franciſcum, & Wolfgangum Groff manibus D. Relictæ ejusdem condam Comitis Petri, a quibus occupata ſunt, ſtatim remittantur, quæ alioquin juxta contenta Decreti in manus communes dari deberent; nam poſt obitum ejusdem, prout toti Regno conſtat, illa ſunt occupata, quæ prius in eorum manibus nunquam realiter, & effective fuerunt; & ſi quid Juris ſeſe ad illa habere confidunt, juxta conſvetudinem Regni proſequantur.

ARTICULUS XXI.

Comes Temeſienſis deſolata Nobilium Comitatus illius Bona, & Proventus remittat.

„ Item: Quod Bona deſolata Nobilium in Comitatu Temeſienſi adjacentia, conſequenterque proventus exinde proveniendi eisdem Nobilibus per D. Comitem Temeſienſem remittantur.

Dubius eſt Articuli hujus ſenſus, nimirum an ipſe Comes Temeſſienſis illa Nobilium Bona oc-

G g „ cu-

cupaverit, & deſolaverit? id quod, in vigente e(rum oligarchia facile evenire potuit, vel ver(an deſolata per Turcam tanquam vacua, ſibi a[propriaverit? Ego poſterius Compilatorem expr mere voluiſſe puto.

ARTICULUS XXII.

In Sclavonia, & Tranſylvania eodem modo, uti i Hungaria fiat executio Judiciorum.

„ Item: Quod executio in cauſis, & judi „ ciorum deliberationibus etiam in Sclavonia, & „ Tranſylvania ſub eisdem conditionibus, & pœ „ nis, quibus in Hungaria, ſemper fieri debeat „ quæ jam Majeſtati Regiæ, ac Dominis, & uni „ verſæ Nobilitati declarata ſunt.

Multa jam hactenus in Wladislai, & Ludo vici II. Decretis *de Sclavonia* conſtituta fuiſſe vidimus, nulla tamen lege clarius, atque ex hac elucet Croatiam communem jam tum cum Hun garia Legislationem habuiſſe.

ARTICULUS XXIII.

Occupata per Epiſcopum Agrienſem Abbatia de Ta polcha remittatur.

„ Item: Quod Abbatia de Tapolcha, quæ „ nuper per Reverendiſſimum D. Cardinalem „ Agrienſem contra Regni Legem occupata eſt, „ de facto, & immediate remittatur, & ſi quid „ Juris D. ipſe Cardinalis in illa ſe habere præ „ tendit, id poſtea coram Regia Majeſtate juxta

„ Re-

Digitized by Google

Regni ſui conſvetudinem, & non in Urbe proſequi teneatur.

ARTICULUS XXIV.

Abbas Sexardienſis Prædiales ſuos ad inſolita onera non compellat.

„ Item: Quod Nobiles Prædiales Eccleſiæ Sexardienſis in eorum antiquis Libertatibus, & Juribus conſerventur, nec per Abbatem ipſius Eccleſiæ ſuæ ad aliqua inconſveta ſervitia, vel collectas prius non ſolitas compellantur.

ARTICULUS XXV

Cives etiam Regiarum Civitatum a Vineis in aliorum Territorio poſſeſſis Nonam perſolvant.

„ Item: Quod Nonæ per Cives quarumlibet Civitatum etiam Regiarum finitimarum, in Terris aliorum Vineas habentium, Domino Terreſtri Vinearum juxta formam generalis Decreti exigantur, atque reddantur.

Articulo hoc renovatur Lex Decreti Bachienſis de 1518. Art. XXVII. ubi correctius, quam hic exprimitur.

ARTICULUS XXVI.

A non comparentibus ad hanc Diætam Magnatibus ſtatutam 800 fl. pœnam Rex deſumat, a Nobilibus vero 400 fl. ſeu pro ſe, ſeu pro pauperioribus concernentis Comitatus Nobilibus exigat.

„ Quia plerique Dominorum, ac Nobilium ſpreto, ac contemto Regio Mandato ad hanc

„ Diætam venire neglexerunt, quorum Bona, & „ Jura hereditaria licet Fiſco Regio applicanda „ forent, ex quo tamen ſub pœna in Decreto „ expreſſa vocati dicuntur, ideo pœnam ibidem „ declaratam incurriſſe dignoſcuntur, quam ne „ illi ſe præteriiſſe glorientur, Majeſtas Regia pœ„ nam Dominorum, hoc eſt, ſingulos 800. fl. „ pro ſe tollere, Nobilium vero ſingulos ſcilicet „ 400. fl. Nobilibus egenis, & miſeris, qui Man„ dato Suæ Majeſtatis obtemperando advenerunt, „ Vice Comites, ac Judlium cum Conſilio, & „ juxta limitationem univerſis Nobilibus ſingulo„ rum Comitatuum diſtribuendos donare, & con„ ferre dignetur gratioſe. Si qui vero Comitum, „ ac Vice Comitum aliquos pretio domi reliquiſ„ ſent, in amiſſione Officiorum, & præterea pro „ ſingulis Nobilibus in 400. fl. Regiæ Majeſtati „ ſolvendis convincantur.

Memor hujus Articuli Ludovicus II. Rex Hungariæ mandat Comitatui Veſprimienſi, ut eos, qui ſe a Conventu Bachienſi abſentarunt, ſtatuta in Articulis pœna pecuniaria afficiat, & proventus ad ærarium adminiſtret:

„ Commiſſio propria Domini Regis de Conſilio.

„ Ludovicus Dei Gratia Rex Hungariæ, & Bo„ hemiæ &c, Fidelibus noſtris Comiti, vel Vice Co„ miti, & Judlium Comitatus Weſprimienſis Salutem, „ & Gratiam. Meminiſſe poteſtis in Conventu Bachi„ enſi in eos, qui ad eundem Conventum, ſpreto „ publico noſtro Mandato venire noluiſſent, ſed neg„ lexiſſent, certam pœnam pecuniariam, in Articulis

„ ibi-

ibidem confectis ſpecificatam fuiſſe per totum Regnum ſtatutam. Quam quidem pœnam ab omnibus ejuscemodi publici Mandati noſtri transgreſſoribus, & violatoribus, vigore prædictæ Conſtitutionis Bachienſis de Conſilii noſtri deliberatione ſeverius exigi faciendam decrevimus. Quare Fidelitati veſtræ harum ſerie ſub pœna amiſſionis Officiorum veſtrorum firmiſſime mandamus, quatenus acceptis præſentibus, de his omnibus, qui modo præmiſſo absque rationabili cauſa, & in contemtum publici Mandati noſtri ad prædictum Conventum Bachienſem venire noluerunt, aut non curarunt, pro Fidelitate veſtra nobis debita diligenter experiri, & eos nominatim cognitos prædicta pecuniaria pœna, juxta continentiam dictæ Conſtitutionis Bachienſis præter omnem favorem, moramque punire, proventusque Majeſtati noſtræ exinde provenire debentes fideliter adminiſtrare debeatis, & teneamini; aliud pœna ſub præmiſſa nullo modo facere audeatis. Præſentes autem pro veſtra ſuperinde poteritis reſervare expeditione. Datum Budæ Feria quarta proxima poſt Dominicam Lætare A. D. 1520.

(L. S.)

ARTICULUS XXVII.

Conſiliarii denominantur, & Conſilii Regii activitas circumſcribitur.

„ Item: Ut omnia præmiſſa robur ſortiantur „ firmitatis, RR. DD. Cardinalis Strigonienſis, „ Archi-Epiſcopi Colocenſis, Quinque Eccleſienſis, & Tranſylvanienſis Eccleſiarum, ac Spectabiles, & Magnifici DD. Palatinus Regni, „ Laurentius Dux, & Comes Temeſienſis; Item „ Egregii Michael de Zob, Joannes de Pákos,

 „ Fran-

„ Franciſcus Bodó de György, Nicolaus de Ma-
„ cedonia, Nicolaus de Pernez, Paulus de Ar-
„ tand; Nicolaus Geleſan, Michael Kenderffy
„ de Gyal, Joannes de Faich, Blasius Chanyi,
„ Nicolaus Thuróczy, Lucas Kuthaſſy, Geor-
„ gius Derenchényi, Stephanus Amade, Sigis-
„ mundus Pogány, & Emericus Petheres de Pa-
„ locſa apud Majeſtatem Regiam jurati maneant,
„ & in Conſilio Regio, ac Judiciis decernendis
„ ſibi ſemper aſſiſtant, de Majeſtatis Regiæ bona,
„ & laudabili inſtitutione provideant, ſtatum Cu-
„ riæ Regiæ ordine bono componant, cuncta
„ Officia & dandi, & auferendi cum Majeſta-
„ te ſua pariter habeant, & generaliter ſumma
„ omnium rerum Suæ Majeſtatis, & Regni ſui
„ apud eos maneat, qui de nova cultura, diſpen-
„ ſationeque Salium Regalium, de ſtatu, & re-
„ formatione Montanorum, & Fodinarum auri,
„ & argenti, de Tributorum rebus ad montana
„ ipſa deferendis exigendorum juſta moderatione
„ de privilegiorum ſuper executione, & tribu-
„ taria etiam collatione confectorum, & unicuique
„ ſuum privilegium obſervetur, reviſione; præ-
„ terea de Cancellariatu, & Theſaurariatu Regiæ
„ Majeſtatis, de medio eorumdem Dominorum
„ per ipſos inter ſe ſe eligendo, ac proventuum
„ Regiorum bona per Theſaurarium diſpenſatio-
„ ne, & generaliter omnium negotiorum ſuæ
„ Majeſtatis, ac Regni ſui juſta, & honeſta,
„ fructuoſaque directione diligenti cura ſtatim, &
„ po-

Digitized by Google

„ poſtea ſemper providere, ſuperintenderequc
„ teneantur. Ceterorum etiam DD. & Conſi-
„ liariorum loco, & dignitate in Conſilio Ma-
„ jeſtatis ſuæ ſalvis remanentibus, & quod iidem
„ DD. Conſiliarii, & Aſſeſſores primo, & ante
„ omnia Salaria Officialium finitima tenentium
„ per D. Theſaurarium reddi faciant.

ARTICULUS XXVIII.

De celebratione, & acceleratione Brevium Judiciorum.

„ Item: Quod Brevia Judicia, ac Breves
„ Brevium, cauſæque transmiſſionales ad 20. diem
„ Feſti Epiphaniarum Domini proxime ventur.
„ inchoentur, & deinde cauſæ, præſertim Trans-
„ miſſionales, ac Breves Brevium continue, ſine
„ intermiſſioneque celebrentur, & executionem,
„ prout jam declaratum eſt, finalem absque
„ omni favore, & formidine ſemper ſortiantur.

ARTICULUS XXIX.

Juſtitia ſecundum Jura ſcripta indilate adminiſtretur. Judicum vices gerentes ex Officio Conſilio interſint.

„ Cauſæ vero virtute Articuli Tolnenſis
„ motæ, die craſtina poſt meridiem hora ſecun-
„ da adjudicentur, & unicuique Juſtitia miniſtre-
„ tur, & de cetero ſecundum Jura Regni ſcripta
„ ſemper judicentur, cauſæque univerſæ diſcuti-
„ antur; & quod Vice Palatinus, ac Vice Judex
„ Curiæ Regiæ, & Magiſtri Prothonotarii ex
„ eorum Officio Conſilio Regio intereſſe debeant.

Digitized by Google

ARTICULUS XXX.

Qui Novum Judicium ante depoſitionem impoſiti ſibi Juramenti impetraverit, in hoc ad ejus depoſitionem amplius non admittatur.

„ Item : Pleriqꝫ ſolent Dominorum, ac „ Nobilium, quibus Juramenta præſtanda adju- „ dicantur, novum Judicium a Majeſtate Regia „ diverſis ſub coloribus impetrare, & partem „ alteram expenſis duntaxat gravare, & poſtea „ non poſſe in judicio ſe ab ipſa juramentali de- „ poſitione præſervare, Ne ita fraus, & dolus „ alicui patrocinari videatur, ſtatutum eſt, prout „ etiam alioquin ex antiqua Regni conſvetudine „ per Judices obſervatum fuiſſe dinoſcitur, ut no- „ vum Judicium impetrans, ſi juſtam, & ratio- „ nabilem cauſam impetrationis ejus aſſignare, „ & ſe ab ipſa juramentali depoſitione, quam „ facere debebat, in judicio præſtare non potue- „ rit, extunc in amiſſione ſui Juramenti, con- „ ſequenterque pœna exinde ſubſequente defa- „ cto convincatur.

Lex hæc adeo contorte enunciata eſt, ut ejus caſum ſtatuere admodum difficile ſit. In ſubſtantia id dicere videtur, ut ſi ille, cui in primitivo Proceſſu Juramentum delatum eſt, novizet, in Proceſſu Novi amplius ad Juramentum non admittatur. Verum ſi cui in primitivo Proceſſu Juramentum imponitur, ille ab eo quidem appellare, ſed ſi Sententia per ſuperiora Fora approbetur, ante ejus depoſitionem novizare non poteſt.

Digitized by Google

ſt. Si autem poſt hoc depoſitum novizet, tunc ſi Juramentum in Novo utique decerni non potſt. Videtur itaque ævo hoc ille abuſus viuiſſe, quod Pars, cui Juramentum imponebatur, nte ejus depoſitionem novizare potuerit. Et unc non illa, quam præſens Articulus continet, roviſio fieri, ſed illud prohiberi debuiſſet, ne uis ante depoſitionem impoſiti ſibi Juramenti Novum impetrare poſſit.

ARTICULUS XXXI.

Commendantes, qui Caſtra finitima amiſerunt, denuo proſcribuntur.

„ Item: Quod illi, qui in Decreto genera-
„ li propter amiſſionem Caſtrorum finitimo-
„ rum proſcripti ſunt, quia propter non puni-
„ tionem illorum reliqua Caſtra finitima perie-
„ runt, etiam exnunc proſcripti habeantur, ut
„ eorum exemplo ceteri territi Caſtra finitima
„ cuſtodire ſtudeant.

Articulus hic jam in Decreto Bachienſi de 1518. ſub n. 31. paucis verbis commutatis reperitur. Et tamen fide plurium coævorum Scriptorum conſtat, Caſtrum *Belgrád*, & *Sabach* Anno primum 1521. amiſſa fuiſſe. Dicetur fortaſſe, Articulos 1518. & 1519. de aliis Caſtris intelligendos eſſe. Verum nullus Hiſtoricorum prodidit, Solimanum his adhuc annis aliquid hoſtilis in Hungariam tentaſſe, aut alium aliquem Hoſtem Hungaris alia quæpiam Caſtra eripuiſſe, Articuli hi

Digitized by Google

hi eo majorem pariunt ſuſpicionem, quod in illis dicatur, *propter non punitos hos Proditores jam alia etiam Caſtra amiſſa eſſe.* In Art. e contra XLVIII. 1522. in qua Diæta primum pœna Infidelitatis in eos pronunciari potuit, id tantum determinetur, ut Rex Bona eorum occupet quidem, aliis tamen non conferat, ſed illis det Salvum Conductum ad hoc, ut ſi quid in exculpationem ſui habent, coram *legali Judicio* (prior enim Sententia, ipsis inauditis, lata fuit) producere poſſint. Et ſi in hoc quoque Judicio fuerint condemnati, tum primum Bona eorum qua *Caduca* conſiderentur. Itaque ſi unquam Lex aliqua iis, quibus Articuli 1518. & 1519. terminis concepti ſunt, lata fuit, hæc in poſterioribus, quippe 1523. aut 1524. Comitiis, quorum Acta deſiderantur condi debuit, præſertim cum Prajus ipſam latam in Hedervarium de 1522. editam notæ Infidelitatis Sententiam in Ann. Reg. pag. 60. producat. Sane ſola hæc obſervatio magnam mihi de authentia Decretorum Ludovici II. parit ſuſpicionem. Non quaſi aliqua annis iis, quorum notam præſeferunt, Decreta condita non fuiſſent, horum enim manifeſta ex aliis etiam Monumentis indicia tenemus. Sed cum Decreta Regis hujus, ut in generali obſervatione noſtra jam advertimus, legali forma nunquam expedita fuerint, facile potuit evenire, ut plures Articuli ex uno Decreto in aliud reciproce tranſcripti, alii e præcedentibus, aut ſubſequentibus Decretis in-

trusi fuerint, quemadmodum id jam evidenter pparet, quod Art XLVIII. Decreti de 1522. in Decreta Bachienſia 1518. & 1519. ibi quidem ub n. 31. hic vero ſub n. 30. aliis verbis ſed pereram tranſpoſiti ſint.

Omnes hi Articuli dicunt eos, quorum culpa prædicta Caſtra amiſſa ſunt, *in generali Decreto* proſcriptos eſſe; Si id in *proprio* ſenſu ſumnatur, ſequi deberet, quod in alia adhuc anteiori Diæta proſcripti fuerint. Verum pro ly in *Decreto generali* non anterioris alicujus Diætæ Decretum, ſed lata adverſus eos in Diæta hac per Regem notæ Infidelitatis Sententia intelligitur. Nam quod latæ etiam ejusmodi in Diæta Sententiæ, quandoque licet improprie *Decretum generale*, hoc ævo appellatæ fuerint, plura exempla proſtant. Cæterum perperam hic *Sabachium* cum *Belgrado* jungitur; illud enim mira *Simonis Logadii* fortitudine propugnatum fuiſſe ſatis conſtat, & ideo dum in Decreto Hatvanienſi 1525. Art XLI. nomina convictorum in nota Infidelitatis recenſentur, hujus nomen illic non exprimitur.

ARTICULUS XXXII.

Metæ inter Cumanos, Phyliſtæos, & Szegedienſes, ac alios vicinos Nobiles denuo rectificentur.

„ Item: Quod Majeſtas Regia Metas inter „ Cumanos, Philiſtæosque, & Szegedienſes, ac „ nonnullos Nobiles, prout jam ſæpe ſupplica„ tum eſt, exnunc, & quam primum rectifica-

„ re,

Digitized by Google

„ re, damna etiam tempore cruciato illata de
„ medio eorum refundi, ac Jobbagyiones fugi-
„ tivos reddi facere dignetur.

Hæc Metarum rectificatio diuturnum deinde negotium faceſſivit. Decreta erat illa jam Anno ſuperiori in Comitiis Bachienſibus 1518. Art. XXXII. ſequenti præſens Decretum Anno Palatinus eam re ipſa peregerat. Verum Cumani erectas per hunc Metas violenter everterunt. Quare 1522. Art. XLVII. diſponebatur, ut Prothonotarius ad earum reerectionem denuo exmittatur, earum vero Everſores, tanquam Regi, & Legibus inobedientes puniantur. Cum id interea effectuatum non fuiſſet, in producendo mox 1523. Decreto Art. XXXI. diſpoſitio hæc denuo renovatur, ſed jam a pœna ſuperius ſtatuta præſcinditur. Ad effectum Legis hujus reerexerat eas denuo Palatinus, Cumani vero, vel potius, uti ex Art. XLI. 1526. apparet, Officiales Regii iterum everterant. Et tamen poſt ſecundum jam hunc temerarium actum in Comitiis 1525. Rákosienſibus, & Hatvanienſibus Art. VI. uti & 1526. Art. XLI. nulla in Refractarios Cumanos pœna ſtatuitur, ſed tantum ut Metæ illæ per Prothonotarium denuo erigantur, denuo ordinatur.

ARTICULUS XXXIII.

Diſtrictus Monoſtor, Szadya, & Morſina Comitatui Temeſienſi incorporetur.

„ Quod Diſtrictus Monoſtor, Zagya, &
„ Morsina, alias ad Comitatum Temeſienſem per-
„ tinentes, qui nunc nec Tranſylvaniæ, nec Hun-

„ ga-

gariæ deſerviunt, rurſus ad Comitatum Temeſienſem remittantur, & reducantur, quia exinde plurima damna, & pericula inferuntur.

ARTICULUS XXXIV.

quí, Boves, & Oves gregatim e Regno non educantur.

„ Item: Quod Boves, & Oves, Equique de hoc Regno gregatim non educantur, ſed „ continentia noviſſimi generalis Decreti in hac „ parte obſervetur, ut Regno huic de medio ex- „ ternarum Nationum major proventus afferatur.

ARTICULUS XXXV.

Regnicolæ Gentes juxta ſuam obtingentiam pleno numero teneant, & uſque ulteriorem diſpoſitionem in Confiniis relinquant.

„ Item: Quod omnes DD. Prælati, & Barones, & Regni hujus Nobiles Gentes eorum „ juxta formam generalis Decreti ejusdem Regni „ in pleno numero, hic in Confinibus locis, „ ſcilicet eisdem dudum deputatis, & ſtatutis ex „ nunc reliquum; & interim, quo Theſaurarii „ Regnicolarum circa Epiphaniarum Domini pro- „ xime, ſi perinde providere potuerunt, in eis- „ dem Confinibus, ne illa vacua maneant, & „ pereant, conſervare teneantur.

ARTICULUS XXXVI.

Fures, & alii Malefactores, ſi Comitatus id negligant, per exmittendos hunc in finem a Rege Aſſeſſores exſtirpentur.

„ Item: Quia Fures, & alii Malefactores „ adeo multiplicati ſunt, ut nec domi, nec foris

„ No-

& erga hoc præſens Articulus condebatur. Repetebatur Lex hæc in Decreto 1522. Art. VII. jam non tantum quoad Nobiles campi Zagrabienſis, ſed quoad omnes per eundem Marchionem factas occupationes. Ex quo patet, eum violentias ejusmodi etiam ex Hungaricis ſuis Bonis committere debuiſſe. Verum potentior ille fuit, quam ut Leges hæ in effectum perduci potuiſſent. Quare illæ in Decreto Rákoſienſi de 1525. Art. VII. denuo renovantur, una & modus impendendæ de illo Juſtitiæ præſcribitur, ſed & tunc irrito eventu. Poſt Mohachienſem Cladem ille divenditis Bonis, Regno exceſſit, finemque querelis his impoſuit.

ARTICULUS XLI.

Emeritus, & modernus Theſaurarii Rationes reddant.

„ Item: Quod tam RR. D. Vaciensis, alias Theſaurarius, nunc vero Cancellarius Regius „ ſuper 2 fl. quam etiam modernus Theſaurarius „ ſuper 50. denariis ad præſentem Dicam, & „ expeditionem Majeſtati Regiæ oblatis DD. Conſiliariis, & Aſſeſſoribus, Budæ in termino dum „ Jura proventus Regios habentium producentur, „ rationem dare teneantur.

ARTICULUS XLII.

Abſentes ad obſervandas Diætæ hujus Determinationes in concernentibus Comitatibus adjurentur.

„ Item: Quod ad præmiſſa contemplatione „ boni Status Regiæ Majeſtatis, & totius Regni „ ſui

ſui univerſi Nobiles, qui Diætæ huic non interfuerunt, in Sedibus judiciariis Comitatuum, poſt Nobilium hinc ad propria regreſſum primitus celebrandis firmiter obſervandis Juramentum præſtare teneantur.

ARTICULUS XLIII.

Vigor Decreti hujus tantum uſque Feſtum S. Georgii in tertia revolutione annuali perduret.

„ Et præmiſſa Statuta usque ad Diætam pro Feſto B. Georgii Martyris in tertia revolutione annuali venturo celebrandam durent, & obſerventur.

Peculiaris fuit iſte Ludovicæi temporis uſus, ut vigor latarum in unis Comitiis Legum tantum ad aliam Diætam producatur. Idem enim etiam in Decreto Bachienſi de 1518. Art. XLIV. ſtatuitur. Quaſi vero poſteriora Comitia natura ſua ea authoritate non pollerent, ut priorum Decreta ſeu modificare, ſeu etiam abrogare poſſint. Verum ignota adhuc fuerunt ætate illa genuina Legiſlationis Principia.

ARTICULUS XLIV.

Confoederationes inter Dominos invicem diſſolvantur.

„ Poſtremo: Quod omnes confœderationes, & obligamina cunctorum Dominorum inter ſeſe ſtabilita, atque facta exnunc diſſolvantur, ut unus quisque liberius, & ſincerius rebus Majeſtatis Regiæ totius Regni ſui ſuperintendere, & providere poſſit.

De hoc Decreto nimis perplexa eſt diſquiſitio, & fateor, me nondum tanta monumenta diplomatica detexiſſe, ut rem in plena luce collocare, ac ſententiam ferre poſſim, ſenſi jam hic difficultates in Veſt. Comitior. pag. 502. ſeq. ſed quia tum ne ipſos quidem Articulos integros habui, nondum erat tempus eas depromendi.

Quemadmodum jam præmiſi, tria diverſa Exemplaria Articulorum Bachienſium Anni prætenſive 1519. obtinui, Codicis nimirum Feſtetichiani, Szapariani, & copiæ Archivi Civitatis Bartphenſis, quorum utrumque eodem prorſus ordine Articulos exhibet, quo eosdem hic produxi, hoc uno diſcrimine, quod Exemplar Bartphenſe initio mancum quinque primos Articulos non habeat. Exemplar Codicis Feſtetichiani textum quidem paucis variantibus exceptis ita exhibet, uti Szapariani, ſed ordo Articulorum diverſus eſt, tam a Szapariano, quam ab Articulorum Bachienſium anni 1518. ordine. Cum autem Exemplar Codicis Feſtetichiani cum Amico communicaverim, ſeriem autem Articulorum Codicis Szapariani licet recentioris retinendam eſſe cenſuerim, oportebat me Inſtrumentum illud combinatorium ordini Articulorum Feſtetichianorum accommodatum, juxta ſeriem Articulorum Szaparianorum reformare, & tam Szaparianorum, quam Feſtetichianorum ſeriem cum ordine Articulorum Bachienſium Anni 1518. parallelle collocatam ob oculos Lectoris ponere, ut & diverſitas evidentius

Digitized by Google

ıs pateat, & combinatio tanto facilius inſtitui
ɔſſit. Hoc autem Inſtrumentum combinatorium
ı intelligendum eſt, quod Articuli tam Exem-
aris Szapariani, & cum eo concordantis Bartphen-
s, quam Feſtetichiani Anni præſentive 1519.
ım Articulis Bachienſibus Anni 1518. in Veſti-
iis Comitiorum p. 475. a me editis ſub nume-
s expoſitis prorſus eodem tenore concepti ſint;
d id Lectorem ſcire cupio, Articulos iſtos in
ullo Exemplari diviſos, & numeris ſignatos, ve-
um a me ſeparatos ita eſſe, qua in re id ſtudio-
: obſervavi, ut eosdem numeros pauci illi in
ɔorpore Juris Hung. editi obtinerent, ſub qui-
us ibidem referuntur.

Inſtrumentum combinatorium.

ɩrticulorum Bachienſium prætenſive Anni 1519. tam Exemplaris Szapariani, quam Feſtetichiani cum Articulis Bachienſibus 1518.

Articuli 1519. Szapary	Articuli 1519. Feſtetich	Articuli 1518	Reflexiones quoad Articulorum 1519 differentiam.	Articuli 1519. Szapary.	Articuli 1519. Feſtetich.	Articuli 1518	
1	1	8		9	13	deeſt	Aliquot conſtructiones interpolatas habet
2	2	9		10	14	14	
3	7 8	10. 11.		11	15	15	
4	(9	(12	Unica clauſula plus continet	12	3	16	
5	(	(		13	4	17	
6	10	13	Niſi quod fuſior ſit	14	5	18	
7	11	deeſt		15	6	19	
8	12	deeſt		16	16	21	

Articuli 1519.		Articuli 1518	Reflexiones quoad Articulorum 1519 differentiam.	Articuli 1519.		Articuli 1518	
Szapary	Feſtetich			Szapary.	Feſtetich.		
17	17	20		33	32	33	
18	18	22		34	33	34	
19	19	23		35	34	35	
20	20	24		36	35	36	
21	21	25	Una clauſula plus habet	37	36	45	Idem objectum cum differentia ſubſtanſtiali
22	22	deeſt		38	37	deeſt	
23	23	26		39	38	37	
24	24	27		40	39	38	
25	25	28		41	40	39	
26	26	29	Fuſius conceptus	42	41	43	Fuſius conceptus
27	27	40		43	42	44	
28	(28	(42		44	43	deeſt	
29							
30	29	30					
31	30	31					
32	31	32					

Ex hoc Inſtrumento attentius conſiderato apparet. 1) Inter Articulos, qui ad Annum 1519. referuntur, nonniſi ſeptem tales eſſe, qui inter Articulos Bachienſes Anni 1518. non reperiuntur, nempe 7. 8. 9. 22. 37. 38. & 44. 2) Inter Articulos Bachienſes Anni 1518. nonniſi octo tales haberi, qui A. 1519. non repeterentur, nempe ſeptem primos & 41. 3) In Corpore Juris Hungarici nonniſi quinque Articulos a Bachienſibus 1518. diverſos referri ad Annum 1519. nempe 7. 8. 9. 22. & 44. duos autem Articulos nempe 37. & 38. exmiſſos eſſe.

His

His præmiſſis, ſequentes difficultates de iis Articulis occurrunt.

1) Amicus meus illuſtris, cui illos ſubmiſeram, ſequens hanc in rem tulit judicium.

„ Eſt redintegratio Articulorum, quos Moſſoczy e
„ Decreto 1519. exmiſit. Decreto hoc totum ferme
„ præcedentis Anni 1518. Bachienſe Decretum tranſ-
„ ſcribitur ita, ut fere excuſem Moſſoczium, quod
„ repetita toties crambe collectionem ſuam onerare
„ noluerit. Quod ut Tibi perſpicuum fiat, adjicio
„ Combinatorium Inſtrumentum, ſubdubitavi principio,
„ an non hoc cum priori (1518) idem ſit 1) Quia
„ utrumque Bachiæ confectum inſcribitur. 2) Quia eos-
„ dem ferme Articulos, transpoſito tantum ordine
„ continet. 3) Quia inter 24. Individua, quæ ad Con-
„ ſilium Regium Art. XXVII. Decreti hujus nominan-
„ tur, nec unicum mutatur ab iis, qui præcedentis
„ Decreti Art. XL. nominati ſunt, incredibile autem
„ eſſe videtur, ut ſpatio fere unius anni e 24. Indivi-
„ duis nulli prorſus alter aliquis ſubſtitutus ſit. Id au-
„ tem facile potuit evenire, ut in Codice illo, quo
„ ſeu Moſſoczius, ſeu Tu uſus es, pro Anno 1518. An-
„ nus 1519. ſcriptus, & pauci illi novi, qui in De-
„ creto 1519. occurrunt Articuli, e Decretis aliorum
„ annorum aſſuti ſint. Movit me tandem in eam
„ Sententiam, quod Decretum 1519. omnino ſit no-
„ vum, ea ſubſtantialis differentia, quod in hoc Art.
„ XXXVII. dicatur: De Subſidio verbalem declaratio-
„ nem factam eſſe Regiæ Majeſtati, in Decreto vero
„ 1518. perinde Bachienſi Art. XLV. per ſpatium duo-
„ rum annorum duo floreni offerantur. Interea vides
„ e Combinatorio hoc Inſtrumento, quod omnes De-
„ creto hoc contenti Articuli totidem ferme verbis
„ exſtent in edito jam 1518. Decreto præter 7. 8. 9.
„ 22. 37. 38. 44. & ex his primi quatuor exigui ſunt

„ momenti, & ideo non intereſt, ut volumen hoc
„ publico denuo obtrudatur. Sat eſſe puto, ſi hi
„ quatuor Articuli per extenſum, quoad reliquos præ-
„ miſſa tantum combinatio inſeratur.

2) Articulo I. Senſus acephalus eſſe videtur, cum dicantur *omnia bene concluſa.*

3) Anni 1518. Art. I. ſollicite habetur, quod licet hactenus plura conſtituta fuerint, eventus tamen, & executio eorum ſecuta non ſit, & ſideo Leges complures novæ conditæ, & media adinventa ſunt, ut in effectum deducantur. Quis autem ſibi perſvadeat, eo non obſtante, quod Art. XLIII. conſtitutum fuerit, ut ii, qui huic Diætæ non interfuerunt, ad obſervandos ejus Articulos in Comitatu Juramento adſtringantur, has quoque adeo fuiſſe neglectas, ut anno ſequenti fere omnes totidem verbis etiam particulares, & maxime temporaneas repetere oportuerit, aut quæ ſpes majoris earumdem efficaciæ ex ſola earum repetitione haberi potuiſſet.

4) Anno 1518. Art. XLV. deputatum fuit pro Gentium conſervatione Subſidium duorum florenorum ad duos annos, hic autem Art. XXXVII. memoratur de Subſidio Regiæ Majeſtati verbo tenus declarationem eſſe factam. Hanc differentiam amicus meus velut ſubſtantialem pro maximo argumento habet, ut credat hos Articulos Anno 1519. re ipſa repetitos eſſe. Ego vero id pro irrefragabili argumento habeo, ut credam hos Articulos Anno 1519. falſo adſcribi; nam ſi Anno 1518. determinatum Subſidium ad duos annos

depu-

deputatum fuerat, non oportebat ſtatim anno ſequenti, vix uno adhuc evoluto eadem de re agere, aut definire aliquid conſtitutum fuiſſet, ut diſſimulem, raro evenire, ut Subſidia verbaliter duntaxat definiantur. Anno 1521. iterum nova Subſidia decreta erant, quod ſi tempora ſupputemus, reperiemus Anno 1518. pro annis 1519. & 1520. 2. florenos ad duos annos deputatos fuiſſe, quibus elapſis iterum anno 1521. nova decreta ſunt, & ita nulla ratio pro Art. XXXVII. 1519. ſupereſt. Inepte autem Art. iſto XXXVII. prætenſive Anni 1519. provocaretur ad factam verbotenus declarationem de Subſidio Majeſtatis Regiæ, & ſolutione D. Vayvodæ, ac debitorum, expenſisque Aſſeſſorum, cum plena de his omnibus objectis Art. XLV. Anni 1518. ſcripta Lex præexſtiterit.

5) Multi Articuli occurrunt Bachienſibus Anni 1518. prorſus ſimiles, quos utroque anno nulla variatione conditos fuiſſe, plane incredibile eſt. Juvat eorum quosdam ſpeciminis cauſa proferre.

Articulo I. & XXVIII. terminus Judiciorum figitur ad 20. diem Epiphaniarum Domini; idem habetur totidem verbis Art. VIII. & XLII. Anni 1518. Art. XXXV. provocatur ad Feſtum Epiphaniarum Domini, idem habetur Art. XXXV. 1518.

Eodem Art. I. de debito Waywodæ Tranſylvani, & Art. II. de prætenſione Annæ de

Chák id ipſum repetitur, quod Art. VIII. & IX. A. 1518. præceſſerat.

Articulo XXVI. ſtatuitur poena in eos, qui ad Diætam vocati venire neglexerunt; idem ſtatuitur Art. XXIX. Anni 1518.

Articulo XXVII. denominantur Conſiliarii, & Activitas Conſilii Regii circumſcribitur, hoc ipſum jam Art. XL. Anni 1518. factum fuit.

Articulo XXIX. decernitur, ut cauſæ virtute Articuli Tholnenſis motæ, *die craſtina poſt meridiem hora ſecunda adjudicentur*; idem ſtatutum eſt Articulo XLII. Anni 1518. Quid magis particulare determinatum, & temporaneum in Legislatione vel cogitari poteſt?

Art. XLI. agitur de 50. denariis ad præſentem Diætam, & expeditionem Majeſtati Suæ oblatis, quod jam Art. XXIX. 1518. occurrit.

Art. XLII. ſtatuitur, ut Nobiles, qui huic Diætæ non interfuerunt, ad Conſtitutiones ejus obſervandas in Comitatibus Juramento adſtringantur; idem ſtatutum fuit Art. XLIII. 1518.

Articulo XLIII. ſtatuitur, ut Conſtitutio ita uſque ad Feſtum S. Georgii in tertia annuali revolutione venturum duntaxat duret; idem jam Art. XLIV. 1518. ſtatutum fuit.

Quis jam ſibi perſvadeat, hæc tam particularia temporum, & rerum adjuncta, adeo invariata manſiſſe, ut duobus ſe immediate excipientibus annis geminis præciſe Bachienſibus Comitiis,

Digitized by Google

iis, easdem Leges, ne verbis quidem mutatis, non tam condere, quam repetere oportuerit.

Si quid ex Articulis a Bachienſibus Anni 1518. diſtinctis pro his, qui Anno 1519. adſcribuntur, erui poteſt, peculiarem attentionem meretur, Art. XXXVIII. ubi de proviſione victualium ad Jayczam agitur, hoc enim ad Annum 1519. referendum eſſe videtur ex Litteris Ludovici Regis ad Joannem Ernſtium de proviſione Jaiczæ ſcriptis, & ex MSS. Wagnerianis apud Katona Hiſt. Crit. Tom. XIX. p. 164. productis, quas Lectorum gratia non piget hic repetere.

„ Mandavimus vobis antehac binis Litteris, ut „ Gentes veſtras ad impoſitionem victualium Jaitzam „ quam citiſſime mittere deberetis; quod neque in „ hunc diem vos feciſſe intelligimus. Inde factum „ eſt, ut Jaitza ad extremum jam periculum devenerit. Bani cum eorum Equitibus, & Peditibus ac „ victualibus tam ſuis, quam noſtris magna vi pe„ cuniarum ordinatis, in portu Savi fluminis jacent, „ exſpectantes Gentes, cum quibus ingrediantur, Jai„ tzenſes vero ob defectum victualium ad tantam „ famem devenerunt, ut ulterius illic manere neque„ ant. Ne igitur Jaitzam cum totius Regni noſtri „ diſcrimine hoc modo perire contingat; Fidelitati „ veſtræ per has quoque jam tertias Litteras noſtras „ iterum firmiſſime mandamus, non ſolum ſub poena „ Decreti, ſed etiam graviori, ea videlicet, quæ his „ debetur, qui debitum Patriæ ſuccurſum, opemque „ negligunt, quatenus omni ulteriori mora, & cun„ ctatione poſtpoſitis, Gentes veſtras quam citiſſime „ verſus Jaitzam ad Joannem Paxi, Theſaurarium „ Regni, quem Gentibus ad ipſam Jaitzam ingreſſu-

„ ris,

„ ris hac vice præfecimus, mittere debeatis — Di-
„ tum Budæ in Feſto decollationis B. Joannis Bapt.
„ Anno D. 1519. “

Sed hinc nullum firmum argumentum pro aſſerendis Bachienſibus Anni 1519. Comitiis duci poteſt, primo: quia ſi poſt diem datarum harum Litterarum, ſeu 29. Aug. quo tempore Jaycza in extrema jam neceſſitate fuit, prætenſa iſta Comitia Bachienſia celebrata fuiſſent, actum de illa fuiſſet, ſi durantibus Comitiis in eadem neceſſitate manſiſſet, & primo ab hujus prætenſæ Legis executione proviſio illius dependere debuiſſet, ſi autem eadem Comitia ante 29. Auguſti figantur, mirum eſt, hoc adeo urgente loco Regem ad conditam de Jaytzæ proviſione Legem ne uno quidem verbo provocare, dum cetera argumenta ad urgendam proviſionem facientia tam anxie coacervat, ut ne minis quidem abſtineat. Nam quod de poena Decreti habet, id ad Art. XXXVIII. nullatenus pertinet, ubi de poena nec mentio ulla occurrit. Deinde non ſolum hoc Anno 1519. ſed jam præcedente 1518. urgens providendæ Jayczæ neceſſitas erat, prout ex geminis Ludovici Regis Litteris ad Eperieſſienſes datis eluceſcit, aliis nimirum, quibus eos pacare ſtudet, ideo conſternatos, quod hanc Civitatem Emerico Peréni Palatino oppignoraverit. Datum Budæ Feria VI. prox. poſt Dominicam Quaſimodo (d. 16. April.) Anno 1518. ex Wagner Dipl. Sáros. p. 245. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIX. p. 81. ubi fatetur.

„ Scia-

„ Sciatis propterea, nos hanc Inſcriptionem non
„ libenter feciſſe, coegit enim ad hoc nos ex-
„ trema Jayczæ neceſſitas, cui niſi per hanc in-
„ ſcriptionem ſuccurrere non potuimus. “

In aliis, quibus iisdem Eperieſſienſibus mandat, ut eidem Palatino Litteras fidei obligatorias darent. Datum Budæ Feria II. ante Feſtum BB. Viti, & Modeſti MM. A. D. 1518. ex Wagner. Dipl. Sáros. p. 246. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIX. p. 82. ubi iterum diſertius adhuc profitetur, quod Civitatem Eperies inſcripſerit.

„ D. Emerico de Perén Comiti, & Palatino pro
„ certa ſumma pecuniarum ab eodem mutuo ad
„ conſervationem Caſtrorum finitimorum, & præ-
„ ſertim Jayczæ, per nos de totius conſilii noſtri
„ deliberatione levatarum. “

Fuit igitur Jaycza utroque Anno 1518. & 1519. in neceſſitate, ea ſaltem cum differentia, quod Anno 1518. ne quidem ſuppetierit, unde provideretur, niſi eo fine Civitas Eperieſſienſis inſcripta fuiſſet; ut ei pro tempore ſuccurri poſſit, poſtquam tamen eodem anno in Comitiis Bachienſibus Subſidium 2. florenorum ad integros duos annos deputatum fuiſſet, aderant quidem ſumtus etiam in Jayczæ neceſſitates, ſed propter hoſtium vicinitatem non poterant tuto eidem victualia inferri, niſi cum magna Gentium comitiva, ut Litteræ ad Ernſtium datæ innuunt, quæ proinde non docent Legem de proviſione Jayczæ Anno 1519. eſſe latam.

6) De-

Digitized by Google

6) Denique ſi omnia Regum Hungariæ Decreta, quæ nobis hactenus innotuerunt, invicem contendamus, deprehendemus quidem nonnullos, aut plures Articulos præcedentium in poſteriori-bus iisdem etiam verbis repetitos eſſe, ſed ut quinque ſextalitates fere ſine verborum mutatione ſtatim ſequenti anno repetantur, & præciſe totidem novi adjiciantur, quot e prioribus exmiſſi repetiti non ſunt, hujus quidem exemplum inter genuina Decreta nuſpiam exſtat, niſi in Articulis Rákoſienſibus, & Hatvanienſibus A. 1525. in Veſt. Comit. p. 573. ſeqq. de quibus deinceps adhuc agemus.

7.) Cum & Articuli Anni 1518. & 1519. Bachienſes inſcribantur, & utrique anno tributi, paucis demtis iidem ipſi, ac totidem verbis concepti, vel potius repetiti ſint, magnam id ſuſpicionem movet, ut arbitremur, nactum fuiſſe aliquem Fragmentum (ſi quidem ex abrupto incipiant) vel Projectum, (cum aliquot Articuli novi eſſe videantur) Articulorum Bachienſium Anni 1518. quale ego in Archivo Civitatis Bartphenſis reperi, ubi vel annus defuerit, vel ab eo, aut copiatore, loco Anni 1518. per errorem 1519. appoſitus fuerit, quem in Codicem illatum alii deinceps retinuerint, & Telegdinus in ſuum Canonem, Moſſóczius autem etiam in Corpus Juris Hung. intulerint.

8.) Auget hanc ſuſpicionem Articulos Diætæ Bachienſis in plerisque Exemplaribus non reperiri, &

& quod fortaſſe rem totam conficere poſſe videbitur, ne in ipſo quidem Codice MS. olim Thomæ de Nádasd Palatini Anno 1558. ſcripto, & in Bibliotheca Regiæ Univerſitatis Peſtini aſſervato, in quo tamen etiam Articuli Hatvanienſes reperiuntur, Bachienſes Anni 1519. occurrunt, ac ne commemorantur quidem. Quis autem credat Thomam de Nádasd Anno 1519. jam prope virum Secretarium Regium, & continuo in publicis negotiis verſatum, dein qua Palatinum omnium notitiarum ſtudioſum, cui Decreta ad manum ſemper eſſe debebant, Articulos Bachienſes Anni 1519. ſi qui conditi fuiſſent, ſuum in Codicem non fuiſſe inſeri curaturum, illos ſaltem, qui a Bachienſibus 1518. diverſi ſunt.

Quod ſi cui hæc hypotheſis non arrideat, habeo in promptu & aliam Veſtigio Diplomatico innixam; ſcribit nimirum Hieronymus Balbus in Epiſtola ſuperius relata:

„ In hoc (Conventu particulari Peſtienſi A. 1519.
„ die 25. Januarii coepto) *iterum incubuit Nobilitas*, ut Decreta Bachienſis Conventus finem
„ ſuum ſortirentur, quibus licet plerique ex Primoribus adverſentur, tamen vel formidine correpti, vel quia ſi illa violentur, in deterius
„ omnia collapſura cenſent, ad unum omnes rata, firmaque eſſe volunt. “

Videntur igitur Decreta Conventus Bachienſis Anni 1518. tunc vel penitus acceptata non fuiſſe, ut e memorata Calcagnini narratione, quam ultro proſequitur, non obſcure colligi poteſt, vel vi ob-

obtruſa; poſtquam Nobilitas vidit, ſibi hoc jam in Conventu Tolnenſi feliciter ſucceſſiſſe. Urſerit itaque in Conventu Peſtienſi 1519. iterum, ut eadem Decreta acceptentur, ratihabeantur, & in effectum deducantur, & quamquam plerique Primores adverſarentur, tamen vel formidine correpti, vel quia ſi illa violentur, in deterius omnia collapſura cenſebant, ad unum omnes rata, firmaque eſſe volebant, ut Balbus ſuperius relata perſcripſit.

His ita ſtantibus, pleræque, ſi non omnes difficultates circa Articulos Anni 1519. prætenſive Bachienſes ſuapte ceſſant. Tribui nimirum illi poſſunt Anno 1519. quod eo primum ratos, firmosque eſſe voluerint, Bachienſes etiam inſcribi poſſunt, quod ibi primum Anno 1518. conſcripti fuerint, ac proinde ſunt quidem Articuli Bachienſes, ſed non Anni 1519. ſunt item Anni 1519. ſed non Bachienſes, nempe Bachiæ Anno 1518. formati, & Peſtini Anno 1519. firmati, ſed poſita iſta hypotheſi ſemper inter genuina Decreta unum tantum Bachienſe ſubſiſtet, aliud, & quidem Anni 1518. velut adhuc tunc nondum firmatum evaneſcet. Manebit tamen adhuc difficultas de illis Articulis, qui in utroque Decreto diverſi ſunt.

Obſtat nihilominus conjecturæ huic, ne quid diſſimulem, ipſius Ludovici Regis Reſcriptum ad Cibinienſes Feſto B. Luciæ 1518. jam datum, quo eis-

Digitized by Google

isdem ſignificat, Inſcriptionem ejusdem Civitatis Perénio remiſſam eſſe, quod ſuperius retuli, ubi ribit:

„ In Diæta Bachiæ celebrata - - - unanimi voto, „ & deliberatione decretum, & concluſum eſt „ &c.

Igitur Articuli Bachienſes jam Anno eodem 518. unanimi voto concluſi fuerint, & nomina-ni, qui in his Litteris innuitur, Art. VIII. ad uem idem Ludovicus non obſcure provocat etiam Litteris ad Poſonienſes in ſimili proventuum egiorum a privatis recipiendorum negotio ſcri-tis, & a me itidem ſuperius relatis.

In ea hypotheſi, quam ſuperius n. 8. poſui, quæ cum hacce ſubſiſtere poteſt, facile explica-ur, quomodo evenire potuerit, ut primi ſeptem rticuli Bachienſes Anni 1518. inter hos Anno 519. ut videtur, confirmatos, deſiderentur, nempe Exemplari, ex quo illi ad Codices, qui nobis actenus noti ſunt, translati erant, quacunque de auſa initium deerat, quod manifeſte ex eo patet, uia reliqui ex abrupto incipiunt, & non obſcure idicant, aliquid jam præceſſiſſe, cur autem Art. LI. Bachienſium Anni 1518. Anno 1519. eman-erit, an ſcribæ oſcitantia exmiſſus ſit, aſſequi on poſſum. Si igitur ſeptem primos Bachienſes nni 1518. & hunc XLI. Articulum Conſtitutio-ibus Anno 1519. confirmatis reſtituamus, habe-imus integrum Decretum ſolo Diplomate Regis onfirmatorio adhuc deſtitutum.

Mi-

Minor adhuc difficultas eſt circa illos Articu-los, qui inter *Bachienſes* 1518. non occurrunt, inter Articulos autem Anni 1519. velut novi comparent, iſti nimirum prioribus eo ex incidenti additi fuerint, quod ex Articulo XXXVII. & XLIV. maxime fit veriſimile, cum ibi quidem res, velut Articulo XL. Bachienſi jam ſuperata paucis abſolvatur, hic autem quoad confœderationes jam non privatim, ſed publice ſub ipſis Comitiis Bachienſibus armatis inter Optimates ſub ſpecie defendendi Regis contra Nobilitatem initas Articulus neceſſarius fuerit. Meminit hujus confœderationis Calcagninus in oratione ſuperius provocata verbis illis:

„ Quæ vox a metu ad ſpem, atque audaciam in
„ cunctos excitavit, ut in eadem verba confertim
„ omnes jurarint. Ea res vulgata Nobilium ani-
„ mos fregit, & ad mitiora conſilia revocavit. "

Sed hæc non fuit ultima confoederatio, uti paulo ante exemplo ejus monui, quam die 8. Martii hoc Anno 1519. initam fuiſſe in Veſt. Comit. p. 503. adnotavi. Ad Annum quoque 1522. Franciſci de Warda Epiſcopi Tranſylvanienſis, Franciſci de Perén Epiſcopi Varadienſis, Franciſci Epiſcopi Chanadienſis, Joannis Epiſcopi Syrmienſis, Joannis Dragffy Tavernicorum Regalium Magiſtri, Anthonii Palochy, Andreæ de Báthor, Stephani de Rozgon, Petri de Perén, Ladislai de Kanyſa, Franciſci Orzágh, Gaſparis Raskay, Sigismundi Bánffy, Franciſci de Homonna, confoede-

oederatio, & pactum mutuæ amicitiæ pro ſe, & Rege initum Budæ Feria IV. proxima ante diem S. Auguſtini Epiſcopi, & Conf. A. D. 1522. novem Sigillis manualibus appreſſis, & ſubſcriptionibus firmatum. Ad annum autem 1525. habetur Confoederatio DD. utriusque Ordinis Prælatorum videlicet, & Baronum inter ſe, Ladislai Archiepiſcopi Strigonienſis, Pauli de Warda Epiſcopi Agrienſis, Simonis Epiſcopi Zagrabienſis, Joannis Gozton Epiſcopi Tranſylvanienſis Cancellarii Reginalis Majeſtatis, Franciſci de Perén Epiſcopi Varadienſis, Philippi More de Chula Epiſcopi Quinque Eccleſienſis, Thomæ de Zalaháza Epiſcopi Veſprimienſis, Blaſii Paxy Epiſcopi Jaurinen., Stephani Podmaniczky Epiſcopi Nitrienſis, Ladislai Macedoniai Epiſcopi Syrmienſis, Laurentii Præpoſiti Albenſis; Item Stephani de Báthor Regni Hung. Palatini, & Judicis Cumanorum, Comitis Ambroſii Sárkán de Akosháza Judicis Curiæ Regiæ, Georgii de Zapolya Perpetui Comitis Scepuſienſis pro ſe, & fratre ſuo Spect. & Magnif. Joanne Comite Scepuſienſi Vayvoda Tranſylvan. & Comite Siculorum, Alexii Thurzo de Bethlehemfalva Thavernicorum Regalium Magiſtri, & Theſaurarii Regii Petri Korlathköi de Buczan Magiſtri Curiæ Regiæ Majeſtatis, Petri de Perén Comitis Abaujvarienſis, Ladislai de Kaniſa Comitis Caſtriferr. Antoni Paloczy Comitis Zemplinienſis, Joannis Bánffy Comitis de Veröcze, Franciſci Orzágh de Guth Magiſtri Cubicula-

culariorum Regiæ Majeſtatis, Thomæ Zechy de Felsö-Lyndva Comitis Caſtriferrei, Sigismundi Bánffy de Lindva, Petri Erdődy, Wolfgangi Comitis de Bozin, & de S. Georgio, Franciſci Hampo, & Emerici Bebek, Secretarii Regii pro ſua ſecuritate, Regis authoritate, & Regni conſtitutione, ac pace publica manutenenda in Arce Budenſi Feria II. Rogationum A. D. 1525. inita.

Cum Articuli Bachienſes Anni 1518. a Rege, qui ad eos jam eo ipſo anno iterato in Litteris ſuperius relatis, & memoratis provocat, pro legalibus agniti, & approbati fuerint. Cum Art. XLI. A. 1519. de Confoederationibus inter Dominos diſſolvendis agat, & tamen eodem Anno 1519. die 8. Martii nova Confoederatio in Veſt. Comit. p. 503. commemorata inita fuerit, veriſimile eſt hos poſteriores Articulos Bachienſes, ſi unquam conditi ſunt, poſt diem 8. Martii forte propter ipſam Confoederationem eo die initam, proinde poſt Conventum particularem Peſtienſem, cujus Dubravius, & Balbus meminere, quive vix ad 8. Martii productus fuerit, in ea Diæta, cujus celebrandæ Veſtigium in Litteris Ludovici ad Sclavones circa Dominicam Lætare datis, detexi, conditos fuiſſe. An autem ea Diæta Bachiæ re ipſa, quove Termino celebrata ſit, adeoque an Articuli Bachienſes 1519. vulgo inſcribi ſoliti eo anno, & loco conditi, & a prioribus velut diſtinctum Decretum conſiderandi ſint, ultra con-

jectu-

jecturas, quas hactenus in utramque partem depromſi, nihil eſt, quod decideret.

In Veſtigiis Comitior. p. 507. ſeqq. & Comitia, & Decretum, quæ ad A. 1521. referenda erant, tribuuntur Anno 1522. Hunc ingratum errorem nunc emendare, & utrumque Comitia videlicet, & Decretum in illis editum Anno 1521. aſſerere, & plura, eaque momentoſa ad hiſtoriam Legislationis illius anni facientia ſubſidio Diplomatum docere poſſumus. Ipſe Cl. Katona hauſto ex iisdem mecum fontibus errore Hiſt. Crit. T. XIX. p. 317. Articulos ad Annum 1522. refert, ſed mox pag. 355. ex Litteris Ludovici ſuper dote Mariæ Dat. Budæ in Feſto Purificationis B. V. M. A. D. 1522. ſequentia recte arguit; quin tamen ſententiam definite pronunciare ſibi fidat:

„ Quia hinc apparet, anno ſuperiori menſe No-
„ vembri, Comitia Budæ celebrata fuiſſe, fortaſ-
„ ſis Articuli, quos Moſſoczius ad Annum hunc
„ (1522) retulit, ibi conditi ſunt, ab iisque di-
„ ſtingvendus videtur Rákoſienſis Conventus, cu-
„ jus e Spervogelio meminimus. Fortaſſis autem
„ ad hunc annum pertinet Decretum V. quod
„ ad ſequentem idem Moſſoczius refert, nec enim
„ Decretum IV. Anni 1522. ſed Decretum V.
„ Anni 1523. meminit poenæ, quam Iſtvanffius
„ Hiſt. Lib. VII. p. 63. laudat, nempe de con-
„ cremandis Hereticis. “

Quouſque conjecturæ iſtæ ad veritatem hiſtoricam accedant, mox e ſequentibus patebit. Patebit

bit ad Feſtum D. Eliſabeth Comitia non Anno 1522. ſed Anno 1521. celebrata fuiſſe, adeoque ex eo textu, quem e Litteris Ludovici de dote Mariæ decerptum in Veſt. Comitior. p. 507. produxeram, Comitia Anni 1521. deducenda eſſe, cum eæ datæ ſint in Feſto Purificationis B. V. M. 1522. proinde longe ante Feſtum B. Eliſabeth ejusdem anni, ad quod in illis provocari nondum poterat, proxime autem poſt idem Feſtum anni præcedentis.

Teſtimonium Spervogelii, quod Katona Hiſt. Crit. T. XIX. p. 348. ex Wagneri Analect. P. II. p. 141. pro Comitiis Anni 1522. recitat, non ita accipiendum eſſe puto, quaſi is Conventum Rákoſſienſem Anni 1522. deſignare vellet, narrat nimirum ſequelas legum Anno præcedenti 1521. alioquin exeunte conditarum ſpeciatim Art. XVII. de Contributione Cleri, quod manifeſtum eſt, quales erant Anno 1522. Quod autem Conventum Rákoſſienſem, non Budenſem vocet, nulla huic denominationi vis ineſt, tum quod locus ille adeo Comitiis frequentatus fuerit, ut ea ipſa vulgo Rákos appellarentur, tum quod indubium ſit, majorem Nobilitatis, præſertim inferioris partem tum etiam in eo campo ſtativa habuiſſe, dum diætales Tractatus Budæ agerentur.

Ludovicus II. R. In Regalibus ad Univerſitatem Saxonum datis, In dem Verfaſſungszuſtand der Sächſiſchen Nation in Siebenbürgen p. 54.

„ Quum

„ Quum autem vos quoque ſitis membrum hujus „ Regni, & non minus ipſa defenſio vobis, quam „ aliis Fidelibus neceſſaria ſit, Fidelitati veſtræ „ harum ſerie firmiſſime mandamus, ut ad di- „ ctum Feſtum B. Eliſabeth proximum Oratores „ veſtros, quotquot volueritis, ad prædictum Con- „ ventum Budam ad Majeſtatem noſtram mittere „ cum pleno mandato debeatis. “

Jam ante Comitia Feſti Eliſabeth Viduæ, quæ ad menſem Novembrem referenda ſunt, Anno 1521. aliam Diætam Budæ celebratam fuiſſe innuit Provincialis Carmelitarum in Litteris ad Eperieſſienſes datis ex Wagneri Diplomatario Sároſs. p. 584. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIX. p. 272. productis, qui tamen dubius adhuc, an huic anno Comitia adſcribere poſſit, non recte videtur arguere ad Comitia Feſti B. Eliſabeth, quod ea non ad Julium, ſed Novembrem referenda eſſe plura indicent, Litterarum autem ejusdem Provincialis ſequens locus huc pertinet:

„ Quum proxime in noſtro Conventu (Clauſtro) „ Budenſi Domini Circumſpecti de diſpoſitione, „ habilitateque Conventus noſtri Eperieſſienſis a „ Viris providis, Judice videlicet, & Juratis *ad* „ *Diætam generalem a vobis miſſis* informatio- „ nem accepiſſem pleniorem, perſvaſum mihi fu- „ it, nihil melius fore, quam altero Priore eun- „ dem Conventum provideri. “ . . . . Datum „ Viennæ die Jacobi S. Apoſt. A. D. 1521. “

Ludovicus II. in Litteris, ad Civitatem Poſonienſem ſcriptis Budæ in Feſto Priſcæ V. A. D. 1522. ut novam monetam acceptet, commemo-

rat Diætam, & Decretum in ea editum, quo a ſe approbatum eſſe teſtatur, inter MSS. Cornideſiana T. VII. p. m. 239. ſequentibus.

„ Neminem latere poteſt, & initio generalis expe„ ditionis per nos publice edictum, & in proxi„ ma quoque præterita generali Diæta univerſo„ rum DD. & Nobilium id inter alia fuiſſe ordi„ natum, & in Articulos quoque ſcriptum, ac „ per nos roboratum, ut pecunia novæ mone„ tæ, quam anno ſuperiore pro publico totius „ Regni commodo cudi facere coepimus, perin„ de, ac veteres, & uſitatæ per quoslibet, & pro „ rebus venalibus recipiantur - - - juxta prædi„ ctum publicum Edictum noſtrum, & totius Re„ gni Conſtitutionem. “

Ludovicus Rex in quibusdam Litteris ad Stephanum de Báthor Palatinum, in abſentia ſui Locumtenentem, & Joannem de Zapolya Vayvodam Tranſylvaniæ datis in Arce Holych Feria V. prox. poſt Cinerum A. D. 1522. tam horum Feſti B. Eliſabeth Viduæ Comitiorum, quam conventicularum quarumdam ſequentibus meminit:

„ Intelleximus pro certo a plerisque, qualiter qui„ dam, qui rebus novis ſtudent, & qui ſeditionibus cum „ Regni periculo rebus ſuis conſulere conſveverunt, „ conventiculas aliquas fieri ſtatuiſſent ad hunc finem, „ ut quæ nuper in Diæta Feſti B. Elizabeth pro Regni „ defenſione ordinata publicata totius Regni conſenſu „ fuerunt, perturbarent, & novum aliquid ſtatuerent, „ quod nobis non poteſt non vehementer diſplicere; „ fieret enim hoc & contra bonum publicum, & con„ tra noſtram dignitatem, authoritatemque vobis per „ nos conceſſam. Nam conventiculas ſine voluntate

„ no-

„ noſtra nemo fidelis facere poteſt; deinde ex hoc „ nihil aliud naſceretur, quam ſeditio, quæ plerumque citius ſolet evertere Rempublicam, quam hoſtis externus: fieret etiam ignominioſum toti Regno, „ ſi pauci illi, quicunque ſunt, per licentiam turbarent illa, quæ pro tuenda ſalute Regni in præterita Diæta fuerunt ordinata, præſertim cum jam Conſtitutiones illas ad Pontificem, ad Cæſarem, ad Regem Poloniæ, aliosque Principes miſerimus, mirarentur enim, & in maximam omnibus Ordinibus levitatem adſcriberent, quando audirent Ordinationes totius Regni ſalutares tam ſubito fuiſſe leviſſimorum hominum factionibus immutatas. Nam ſi priores illæ Conſtitutiones obſerventur, non eſt dubium, quin Regnum conſervari poſſit, donec a Principibus Chriſtianis fuerimus adjuti. Quæ res cum abſurda nimis ſit, & a fide bonorum aliena, non convenit, neque pati volumus, ut in effectum ducatur. Quare Fidelitates veſtras hortamur rurſum, & rogamus, nihilominusque vobis mandamus, quatinus acceptis præſentibus modis omnibus prohibeatis ſeditioſos illos, ne contra noſtram vobis per nos conceſſam authoritatem præter conſenſum noſtrum aliqua *conventicula* fiat, & in ea aliquid tale ſtatuatur, per ipſos ſeditioſos, quod in Regni ruinam, & excidium redundare poſſit, nam ſi aliter factum fuerit, nos etiam aliter de remedio oportuno cogitabimus. Si quid autem contra authoritatem noſtram, prohibitionemque tentatum a quibuscunque fuerit, nobis fideliter reſcribatis, nam conculcari authoritatem noſtram a nemine patiemur, ſuper quibus etiam ad omnes Comitatus Litteras dari ſtatuimus.

Cum hic provocetur ad Diætam Feſti B. Eliſabeth, ſive illa d. 8. Julii, quod probabilius eſt, ſine die 9. Nov. celebrari ſolita indigitetur, cum

utraque diem Cinerum Anni 1522. dati harum Litterarum præceſſerit, manifeſtum eſt, Diætam hic provocatam Anno 1521. celebratam fuiſſe, in qua conditæ Conſtitutiones non ſolum in Regno publicatæ ſunt, verum etiam Pontifici, Cæſari, Regi Poloniæ, aliisque Principibus exteris ſubmiſſæ fuerunt, quod non utique recepta conſvetudine, ſed hoc duntaxat ſingulari caſu, aut ſimilibus (uti vidimus ad Annum 1518. Articulos Tolnenſes etiam Poloniæ Regi ſubmiſſos fuiſſe) ideo factum fuerit, ut Principibus iſtis in auxilium Hungariæ contra Turcas invocatis conſtaret, quid Hungari ipſi in ſui defenſionem communi nomine conſtituerint. Diſcimus hinc una, jam initio Anni 1522. adeoque longe ante Hatvanienſe Conciliabulum ſeditioſa conventicula celebrata fuiſſe, de quibus idem Ludovicus paulo poſt, etiam in aliis Litteris ad eundem Palatinum Báthorium in Broda Alemanicali Feria II. poſt Dominicam Oculi eodem Anno 1522. datis per Cl. Pray in Diſſ. de Prioratu Auranæ p. 78. & ex eo per Katona Hiſt. Crit. T. XIX. p. 363. productis ſequentia habet.

„ Quod autem conventiculam illam diſſolvendam
„ curaveritis cum D. Waywoda, grato animo a
„ vobis accepimus; nam certe hujusmodi con-
„ venticulæ nunquam aliquod bonum adtulerunt.“

Veram autem cauſam transmiſſarum ad Principes exteros Regni Conſtitutionum auxilia contra Turcas petenda fuiſſe, patet ex aliis Litteris Ludo-

ovici Regis ad Sároſienſes datis Pragæ Feria III. eſti Reſurrectionis (22.Apr.) A. 1522. ex Wagner)ipl. Sároſſ. p. 26. apud Katona Hiſt. Crit. T. XIX. p. 370. ubi una Comitiorum præteritorum equentibus meminit.

„ Optime vobis conſtat, quanta pericula iſti Regno „ noſtro ex parte Turcorum incumbant, quæ „ quum ſolis viribus Hungaricis viderentur averti, propellique non poſſe, in Diæta proxima „ præterita nobis nomine Regni ſupplicatum fuit, „ imo publico omnium conſenſu ordinatum, ut „ ab externis Principibus auxilia peterentur, quod „ a nobis, prout temporum, & rerum ratio po„ ſtulabat, diligentiſſime curatum eſt. “

Habeo quædam inedita Acta Conventus tam Viennenſis, quam Norimbergenſis, in quibus de hujusmodi ſubſidiis tractabatur Anno 1522. Menſibus Junio, & Septembri.

Sed jam initio veris Anni 1521. etiam Wormatiæ Oratores Hungariæ ſubſidia contra Turcas petebant. Inter opera Hieronymi Balbi Editionis Retzerianæ T. I. pag. 547.— 561. habetur oratio habita in imperiali Conventu Wormatienſi die 3. Aprilis 1521. per I. Regni Hungariæ, & Bohemiæ Oratores, ſeu Hieronymi Balbi ad Cæſarem, & Imperii Principes pro impetrandis ſuppetiis oratio.

In quadam faſſione, ſeu contractu inter Franciſcum Comitem de S. Georgio, & de Bozyn, ac Joannem Debrenczky coram Capitulo Po-

Poſonienſi Feria III. inter Octavas Feſti Aſcenſi-
nis Domini 1522. celebrato habetur luculentu
horum Comitiorum Feſti B. Eliſabeth Viduæ, &
Articulorum in illis confectorum Veſtigium ſ
quens:

„ In Curiam Regiam, illius ſcilicet Judicis o
„ dinarii præſentiam, quem ipſe D. Joannes Debreuc
„ ky, aut ille, cui commiſerit deligere, & adire ma
„ luerint, ad quintum decimum diem a die hujusmo
„ di Evocationis, ex hinc fieri computan. More, &
„ inſtar Brevis Brevium Evocationum, prout ſupe
„ actibus potentiariis a Feſto B. Margarethæ V. & M
„ proxime præterito per quospiam, & quoscunque pa
„ tratis, & commiſſis, juxta contenta Articulorum
„ noviſſime in Conventu generali pro Feſto B. Eliſa
„ beth Viduæ proxime præterito celebrato, confecto
„ rum Evocationes fieri conſveverunt, contra ſe evo
„ care, ſeu evocari facere, cauſamque eandem abs
„ que omni prorogationis confidentia gratia etiam
„ Regia ſuperinde impetranda, & obtinenda non ob
„ ſtante ad debitam, finalemque ipſius cauſæ uſque de
„ ciſionem, atque executionem deducere valeant, at
„ que poſſint. "

Didici etiam ex ipſo Inſtrumento, Anno
1521. erga interceſſionem Statuum, & Ordinum,
adeoque in Comitiis apud Ludovicum Regem fa-
ctam, Joanni Bánffi quædam Bona ſub certis
conditionibus reſtituta eſſe.

Habemus itaque jam ſufficientia Comitiorum
Anno 1521. celebratorum, & in illis conditarum
Conſtitutionum diplomatica Veſtigia, ex quibus ta-
men ſupputata temporum ratione eluceſcit, eodem
anno plures Conventus actos fuiſſe. Imprimis
Lit-

Digitized by Google

litteræ Provincialis Carmelitarum ſuperius commemoratæ innuunt Diætam ante menſem Julium celebratam fuiſſe, cujus tamen Veſtigia luculentiora non ſuppetunt, niſi forte pro Feſto Georgii celebrata fuiſſet, & tum facile intelligeremus, quorum Comitiorum meminerit Art. XI. 1521. in Veſt. Comitior. p. 518. ſed ex eo ſuſpicari poſſemus, deſiderari ejus Conſtitutionem, quæ ibi condita fuiſſe videtur.

Videri poſſet, adhuc ambiguum eſſe, ad cujus Eliſabethæ Feſtum Comitia iſta, quorum Veſtigia protulimus, referenda ſint; nam ea Diæta, cujus Litteræ Provincialis Carmelitarum faciunt mentionem, etiam ad Feſtum B. Eliſabeth, datum earumdem Litterarum præcedens, diem nimirum octavam Julii referri poſſet, & licet determinentur tam in Diplomate Comitum de Bozyn ſuperius citato, quam etiam in plerisque Codicibus MSS. Feſtum B. Eliſabeth Viduæ, cum tamen & Regina Portugalliæ, cujus Feſtum d. 8. Julii, & filia Andreæ Regis Hung. cujus Feſtum d. 19. Novembris celebratur, utraque Eliſabeth Vidua fuerit, inde tamen nondum definiri poſſet, ad quem menſem Comitia Feſti B. Eliſabeth referri debeant, niſi ex Articulo XXXIX. 1521. in Veſt. Comitior. p. 539. evidenter pateret, ad Novembrem referenda eſſe, ubi habetur:

„ Ut omnia præmiſſa in præſenti Diæta concluſa infra ſpatium duorum menſium, ſignanter autem uſque Feſtum Cathedræ D. Petri Apoſt. nunc affuturi ſuum effectum, & finem ſortiantur. “

Si

Si a Feſto Cathedræ B. Petri, ſeu d. 27 Jan. 1522. duos menſes retro computemus, ha bebimus d. 17. Novembris proximam Feſto B Eliſabeth Hung. in diem 19. ejusdem menſis ca denti, unde ſimul colligere poſſumus, hanc Diæ tam non fuiſſe diu protractam, ſed mox poſt ter minum ipſi præfixum Articulos eſſe conceptos alioquin uſque Feſtum Cathedræ Petri non potuiſ ſent duo menſes computari, qui ne quidem a ejus initio integri eveniunt. Id ipſum con firmatur etiam ex Art. XLII. 1521. Ibid. p. 540 ubi habetur:

„ Quapropter univerſi tales actus potentiarii a Feſt
„ B. Margarethæ V. & M. uſque ad præſentem
„ Diætam per quoscunque, & quomodo libe
„ commiſſi.

B. Margarethæ Feſtum die 13. Julii jam poſ Feſtum B. Eliſabeth incidit, debuerint autem in de ad præſentem Diætam aliquot menſes elabi, qui bus actus potentiarii tanti patrati fuerunt, ut d iis dijudicandis peculiarem Legem condere opor tuerit.

Habemus igitur duplicis Diætæ Anni 1521. partim Veſtigia, partim evidentia documenta, ter tiæ Albæ Regali circa Feriam III. poſt Feſtum Conceptionis Virginis glorioſæ celebratæ obſcu rum licet indicium produxi in Veſt. Comitior. p 507. Producitur autem in Libello, cujus titulus eſt Der Verfaſſungs-Zuſtand der Sächſiſchen Nation in Siebenbürgen, aus bewährten Ur kun-

unden erwieſen Hermanſtadt 1790. 8. p. 31.
ragmentum Regalium pro Comitiis ad Feſtum
. Eliſabeth indictis, ex quo patet, ſtatuiſſe Lu-
ovicum Regem ex Buda ad Feſt. B. Andreæ Apoſt.
d Albam Regalem ad pauciſſimos dies concedere,
: ibidem Mariam quoque Conſortem ejus in Re-
inam coronatam eſſe.

„ Ceterum ſtatuimus ex Buda ad Feſtum B. Andreæ
„ Apoſt. ad Albam Regalem ad pauciſſimos dies
„ concedere, tum ut illic Juramentum veteri mo-
„ re, & conſvetudine Regum Hungariæ præſte-
„ mus, tum & coronationem reginalis Majeſtatis,
„ ad quam una cum DD. Prælatis, & Baronibus
„ pro illo tempore obligati ſumus, rite peraga-
„ mus, ubi Oratores quoque veſtri intereſſe de-
„ bebunt.

Atque hinc, & illud confirmatur, quod pau-
o ante aliunde arguebam, Comitia Feſti B. Eli-
abeth brevi adeo tempore duraſſe, quibus deinde
m initio Decembris Albenſia Mariæ Inauguralia
ucceſſerunt.

Corrigendus igitur eſt Annus 1522. qui in
Corpore Juris Hung. Articulis horum Comitiorum
præfigitur, & reſtituendus verus Annus 1521.
juem etiam in Veſt. Comitior. p. 507. reſtitui,
x pag. 513. intra ſigna Parentheſis 1522. delen-
lum eſſe oſtendi.

Nam præter Moſſoczium hujus erroris auto-
em, in omnibus Codd. MSS. Annus 1521. re-
te eisdem Articulis præfigitur. Reperi autem eos
1.) In Codice Bibliothecæ Regiæ Univerſitatis
Hung.

Hung. Peſtini olim Thomæ de Nádasd fol. 351 — 8. 2.) In Codice Feſtetichiano Sághienſi. 3.) In Codice Szapariano Ercſinienſi T. I. p. 958. — 4.) In Codice Radayano f. 367. ex quo illos in Veſt. Comitior. p. 513. primum integros edidi. 5.) In Codice Jeſzenakiano. 6.) In Codice Széchényiano inter MSS. Dipl. T. IX. N. 5. Telegdi quoque in ſuo Enchiridio Decretorum hos Articulos non ad Annum 1522. ſed 1521. collocat. Per errorem autem accidit, ut in Veſt. Comitior. Archiepiſcopus Colocenſis Art. XXVI. & XXXV. quidem Georgius, Art. XXVII. autem Gregorius exprimeretur.

Eodem Anno 1521. Conventum Regni Sclavoniæ jam menſe Februario habitum eſſe, ſcribit Paulus Kerecheny de Kányafewld Capitaneus Regni Sclavoniæ, ad Stephanum de Báthor Palatinum mittens Achatium Litteratum de Guwencze, & Petrum Fynthich de Polyana Judlium Comitatus Criſienſis, quibus fidem adhiberi petit:

„ Medio quorum tam nos, quam ipſi Regnicolæ „ hic mecum adhærentes in præſenti Conventione „ belli nonnulla intimavimus de negotiis noſtris, „ & dictorum DD. Regnicolarum. - - - Datum „ in S. Georgio, in Feſto B. Mathiæ Apoſt. A. „ D. 1521. "

Ita Veſtigiis Comitiorum Anni 1521. cum in fine ejusdem jam celebrata ſint, plerisque in Diplomatibus Anno 1522. editis occurrentibus eo relatis, evaneſcunt Comitia Anni 1522. ad quem tamen

nen annum Articuli in Corpore Juris Hungari- referuntur.

Non obſtante prætenſa lege Anni 1519. de ſſolvendis confœderationibus, habetur tamen in- r MSS. Jankovichiana T. IX. p. 46. confœde- tio quorundam Magnatum Hungariæ ſub Ludo- co Rege Budæ inita Anno 1522.

Anno 1523. pro Feſto Epiphaniarum Domi- Budam indicta, & ad Feſtum B. Valentini pro- gata fuiſſe Comitia diſcimus e ſequentibus Lit- ris Regalibus ex Archivo Magiſtratus Cibinienſis ıxonicalis Tranſylv. deſumtis, & per Godefridum éler mecum communicatis:

„ Ludovicus Dei Gratia Rex Hungariæ, & Bohemiæ &c. Fidelibus noſtris Prudentibus, & Circumſpectis, Magiſtris Civium, Judicibus, Juratisque Civibus, ac Senioribus, ac Univerſitati Saxonum noſtrorum ſeptem, & duarum Sedium, nec non Biſztricienſis, Braſſovienſis, & Terræ Barcza ſalutem, & gratiam! Indixeramus nuper Diætam generalem Budæ pro Feſto Epiphaniarum Domini proxime venturo celebrandam eo propoſito, ut illi nos quoque intereſſemus; ad quam quidem Diætam Fidelitates quoque veſtras vocari per Litteras feceramus, verum quia redire ad illud tempus non potuimus, aliam iterum Diætam pro Feſto B. Valentini proxime venturo ad tractanda negotia defenſionis Regnorum noſtrorum, & omnium veſtrum Budæ celebrandam indiximus, ad quam omnino redituri ſumus. Quare cum hæc defenſio non minus vos, quam alios Fideles noſtros concernat, Fidelitates veſtras requirimus, eisdemque mandamus, quatenus acceptis præſentibus, Oratores idoneos de medio veſtrum eli-

„ gere,

„ gere, & ad prædictam Diætam Feſti Beati Valenti
„ Budam cum plena facultate mittere debeatis, u
„ nobiſcum, cæterisque Dominis, & Regnicolis pr
„ dicti Regni noſtri Hungariæ, de prædictis negot
„ defenſionis in medium conſulturi, ſecus facere n
„ audeatis. Datum Pragæ in Feſto Beati Sylveſtri P
„ pæ Anno Domini Milleſimo quadringenteſimo vig
„ ſimo ſecundo.

Videtur tamen hic Terminus ad Feſtum I Georgii M. prorogatus fuiſſe, cum in omnib Veſtigiis Articuli hujus, anni huic Termino adſcr bantur. Joannes Backich ſcribit Ludovico I Regi:

„ Ut ad Terminum, & diem per Majeſtatem mih
„ commiſſum, Majeſtatis Veſtræ in præſentian
„ conſtitui deberem Budæ, & in Congregation
„ Regnicolarum. - - - Dat. in Petrovyna Feri
„ IV. prox. poſt Feſt. Inventionis S. Crucis 1523„

Ludovicus II. in quodam compulſorio Man dato dato Strigonii Feſto B. Mathæi Apoſt. pro vocat ad Articulos de novis occupationibus i Diæta pro Feſto S. Georgii noviſſime celebrat conditos, quod argumento eſt, hos Articulo per eum re ipſa fuiſſe approbatos, & pro Leg agnitos.

Apertius Veſtigium non ſolum Loci, & Ter mini, ſed etiam Articulorum hujus Anni 1523 per Regem approbationis habetur in quodam Man dato Judicis Curiæ Regiæ ſequentibus:

„ Cum autem juxta Conſtitutionem univerſorum DD.
„ Prælatorum, & Baronum, Regnique Nobilium
„ in Diæta, & Conventu eorum generali pro Fe
„ ſto

„ ſto B. Georgii M. in anno proxime transacto
„ præterito, Budæ de Mandato Regio celebrata
„ factam, & per Majeſtatem Regiam approbatam,
„ & ratificatam &c. Dat. Budæ in Profeſto B.
„ Laurentii M. A. D. 1524. “

Imo, & Comitiorum, & Decreti in illis conditi per Regem approbati Veſtigium expreſſum eſt in Mandato ſtatutorio Ferdinandi I. R. ſequentibus:

„ Contradictores vero, ſi qui fuerint, evocet eos-
„ dem contra annotatum Exponentem juxta Con-
„ ſtitutionem univerſorum DD. Prælatorum, &
„ Baronum, ac Regni noſtri Nobilium in Diæta,
„ ſive Conventu eorum generali, pro Feſto B.
„ Georgii M. in Anno Domini 1523. transacto
„ præterito Budæ de Mandato Sereniſſimi Principis
„ condam Domini Ludovici Regis &c. piæ me-
„ moriæ fratris, & Sororii noſtri chariſſimi cele-
„ brato factam, ac per eundem condam Domi-
„ num Ludovicum Regem approbatam, & rati-
„ ficatam. - - - Datum Poſonii in Craſtino Feſti
„ B. Catharinæ V. & Mart. A. D. 1528. “

In Canone Telegdiano recenſentur Articuli Budenſes Anni 1523. ad Feſtum S. Georgii M. & additur: *Sanciti, & confirmati.* In Codice MS. Feſtetichiano referuntur ſub Epigraphe: *Articuli in Diæta Feſti B. Georgii M. A. 1523. Budæ celebrata pro Regni tutela, & quiete confirmati.* Habentur etiam in Codice MS. Szapariano Ercſienſi T. I. p. 985. quod tamen mirum eſt, in Codice Bibliothecæ Regiæ Univerſitatis Peſtini olim Thomæ de Nádasd deſiderantur. Ego primum integrum eorum Exemplar deſumſi ex præ-

Kk lau-

laudato Codice Szapariano ab illuſtri poſſeſſore nobiliſſima cum facilitate mecum communicato. Codicis Feſtetichiani variantes obtinui induſtria amici. Acceſſit mihi tertium Exemplar ſingulare beneficio Magiſtratus Soproníenſis, & quartum itidem ſingulare beneficio Magiſtraus Bartphenſis; utrumque coævum, qui ea mihi ex Archivis iſtarum in Hiſtoria Hungariæ celebrium, & in Diplomatica nominatiſſimarum Civitatum eo fine transmiſerunt, ut pro honore Patriæ hac etiam in parte textum legum quam accuratiſſimum, & correctiſſimum producere poſſim. Omnia hæc Exemplaria in minutis vocibus bene multis invicem differunt, in nonnullis, paucioribus tamen locis magnam textus differentiam exhibent. Ego Bartphenſis Exemplaris textum elegi, variantes autem ſignis parentheſis incluſi, indicato Exemplari, in quo occurrunt, Sopronienſe in margine ad pleroſque Articulos obiter quasdam Rubricas adjectas habet, quas pro ſubſidiis ad Hiſt. Legislationis reſervavi, adhibitis interim aliis ab illuſtri Amico adjectis cujus, & notas inſperſi, paucis de meo additis; & ita hoc quoque Decretum in ſua integritate a me pluribus ex Exemplaribus primum edi fata volebant, quorum ne unum quidem ulli alteri hactenus in manus venit, ut illud in lucem publicam proferre poſſit.

Ar-

Articuli

in Diæta Feſti B. Georgii M. Anno Domini 1523. Budæ celebrata pro Regni tutela, & quiete formati.

ARTICULUS I.

Eruatur ſtatus proventuum Regiorum.

„ Item: Primo, & ante omnia omnes pro„ventus Regiæ Majeſtatis recte revideantur, & „intelligantur, quantam ſummam faciant, & „quid, & (ſ. aut) quantum ſua Majeſtas ex eis „diſponere, & expedire poſſit.

ARTICULUS II.

Exigantur Rationes de ſubſidio 100. denariorum.

„ Item: A Dicatoribus Comitatuum, deinde „a Theſaurariis Regni, & ſubſequenter a Do„minis Capitaneis Regiæ Majeſtatis generalibus „ſuper Contributione centum denariorum, quo„rum viginti quinque Regiæ Majeſtati, & ſeptua„ginta quinque ad conſervationem Gentium fuere „deputati, exinde (ſ. exnunc) Ratio, & com„putus fideliter accipiatur, & Majeſtas Regia de „medio Dominorum, ac etiam Nobilium certos „fideles ſuos ad hujusmodi rationem accipiendam „immediate deputet, & eligat.

Horum 75. denariorum Exactor videtur fuiſſe Stephanus de Werbewcz, cujus inter Analecta Hung. Seculi XVI. ſequens reperitur:

Introitus

Super contributione ſeptuaginta quinque denariorum ad Manus Stephani de Werbewcz.

	fl.
„ Comitatus Peſthienſis ſolvit	1386
„ Comitatus Gewmerienſis ſolvit ..	2000
„ Comitatus Honthenſis ſolvit	1400
„ Comitatus Newgradienſis ſolvit ..	85
„ Comitatus Zolienſis ſolvit	40
„ Comitatus Zolnok exterioris ..	1133
„ Comitatus Heweſienſis ſolvit ..	2380
„ Comitatus de Békes ſolvit	1260
„ Comitatus Threnchinienſis	2000
„ Comitatus Nitrienſis ſolvit	2006
„ Comitatus Orodienſis	3000
„ Comitatus Chanadienſis ſolvit ..	3232
„ Comitatus Themeſienſis	2000
„ Comitatus Chongradienſis	800
„ Comitatus Bachienſis	1800
„ Comitatus de Bodrog	1215
„ Comitatus Bicharienſis ſolvit ..	5713
„ Comitatus de Thwrocz	500
„ Comitatus de Zarand	2400
„ Comitatus de Thoronthal	301
„ Comitatus de Krazna	300
„ Comitatus Zolnok mediocris ..	488
„ Comitatus de Zabolch	2186
„ Comitatus de Komáron	300
„ Comitatus Poſonienſis	300
„ Dominus Kanyſay ad rationem Domi- „ ni Waywodæ dedit michi	2000
„ De Caſtro Fylek dederunt ..	300
„ Comitatus Zathmarien	2300
„ Poſtquam redii de Comitatu Zathma- „ rienſi	200
„ De Comitatu de Zabolch	100
„ Johannes Isthwanfy dederat ..	600

Præter iſtam contributionem etiam ita dictum dōnum gratuitum in Subſidium belli oblatum fuiſſe, colligitur ex Litteris Ludovici Regis ad Bartphenſes datis ex Wagner Dipl. Sáros. p. 151. Katona Hiſt. Crit. T. XIX. p. 416. ubi ſequentia habentur:

„ Quum in Diæta proxime præterita de bello con-
„ tra Turcos movendo tractare coepiſſemus, DD.
„ Prælati, & Barones, ceterique Proceres, tunc
„ nobiſcum exiſtentes, videndo publicam hujus
„ Regni neceſſitatem, quilibet eorum ſua ſponte
„ pro ſua quisque conditione certas Marchas ar-
„ genti ſe daturum pollicitus eſt, ad præparandas
„ res ad uſum hujuscemodi belli neceſſarias;
„ pro quo quidem argento colligendo jam ad
„ unum quemque homines noſtros deputavimus
„ - - Dat. Poſonii in Vigilia Purificationis BB.
„ M. V. A. D. 1524. "

ARTICULUS III.

Ita etiam ab iis, qui ex indultu Regis Monetam cuderunt. Qui vero id ſine indultu fecerunt, poena notæ Infidelitatis plectantur.

„ Item: Deinde ab illis quoque, qui
„ nomine Regiæ Majeſtatis novas monetas cudi
„ fecerunt, rationem ſimiliter recipere (ſ. acci-
„ pere) faciat, & illos, qui præter ſcitum, &
„ conſenſum Suæ Majeſtatis cudi fecerunt, juxta
„ contenta Decreti generalis de facto puniat.

Quomodo Rationes ab iis, qui monetam ex indultu Regis cuderunt, exigi poſſint? in Decreto de 1525. Rákoſſienſi quidem Articulo XXI.

 Hat-

Digitized by Google

Hatvanienſis vero Art. XXII. explicatur, nimirum an moneta fuerit quatuor lothonum? per quod an *pondus*? vel *liga* intelligatur, non eſt il comperto. Nam e copioſis licet, quæ in Decretis 1523. 1525. & 1526. de nova Ludovici II. moneta proſtant Articulis, ne id quidem definiri poteſt: An nova hæc moneta fuerit mere *cuprea*? vel etiam *argentea*, ſed vilioris ligæ? Ego *privatos*, de quibus hic ſermo eſt, tantum cupream cudendi facultatem accepiſſe, lothones illos ad *pondus* referri puto. Jubetur enim inquiri, an cuderint denarios cupreos 4. lothonum. Quod ſi de *liga* ſermo eſſet, debuiſſet inſuper addi, quot lothones cupri, quot item argenti miſceri debuerint?

ARTICULUS IV.

Exmittatur ad ſingulum Comitatum Deputatus, qui invеſtiget, quanta ſumma illic repartita? quanta exacta fuerit?

„ Item data, & accepta ratione mox Maje„ ſtas Regia ad ſingulos Regni Comitatus fide„ les, & probos homines eligat, atque mittat, „ qui univerſorum Dominorum Prælatorum, ac „ Baronum, & Nobilium, imo etiam Regiæ, & „ Reginalis Majeſtatum Bona, ac Jura poſſeſſio„ naria fideliter perluſtrent, & ubique locorum „ firmiſſimo ſub Juramento reſciant, & intelli„ gant, quanta ſumma pecuniarum dicata, & ex„ acta, quanto tempore dicationis, & connume-

„ ratio-

„ rationis per Dicatores, & Judices Nobilium
„ cum eis exiſtentes, & procedentes levata; &c.
„ (S. & ſi de bobus, ac aliis pecoribus, & pe-
„ cudibus, vinoque, vel aliis rebus, aut Presby-
„ teris, Paſtoribus, vel etiam Nobilibus unius
„ Seſſionis aliqua pecuniarum ſumma recepta
„ fuit.

ARTICULUS V.

Inquirat etiam, an Dicatores datam ſibi Inſtructionem obſervaverint? Qui contributionem non depoſuerint, & qui Dicationem per accordam fieri procurarint.

„ Præterea, ſi Dicatores ita exmiſſi fuerunt
„ (ſ. fuerint) & ita proceſſerunt (ſ. proceſſerint)
„ ſicuti in Articulis exinde editis, atque confe-
„ ctis declaratum erat. (ſ. erit) Et ſi qui Do-
„ minorum, vel Nobilium de Bonis eorum con-
„ tributionem præmiſſam non reſtituerunt; præter-
„ ea illos quoque reſciat, & intelligat, qui ad
„ Bona eorum dicanda, & connumeranda Dica-
„ tores non niſi pactative exmiſerint, quod vide-
„ licet non aliter, quam modo ipſis dato, &
„ attributo in dicandis eorum Bonis procedent.

ARTICULUS VI.

Omnes hi poena duplici mulctentur.

„ Quicunque igitur Dominorum, aut Nobi-
„ lium contributionem prænotatam de Bonis eo-
„ rundem hactenus non ſolviſſe, & manibus Di-
„ catorum aſſignare (ſ. aſſignari) non feciſſe, &

„ per hoc Conſtitutioni Regni contraveniſſe com-
„ perti fuerint, ad duplum ſolvendum per Regiam
„ Majeſtatem de facto, & immediate compellan-
„ tur. Series autem ſolutionis, & non ſolutio-
„ nis ipſius contributionis ex Regiſtro Dicato-
„ rum, & accepta ratione præmiſſa facile appa-
„ rebit, ſi quidem Dicatores reſtantias ipſas non
„ favore, vel odio, ſed juſte, fideliterque reco-
„ gnoſcent.

„ Illi vero, qui pactative Bona ſua cum
„ conditione aliqua extra generalem Regni Ordi-
„ nationem dicari fecerunt, ſimul cum Dicatori-
„ bus præmiſſa poena duplici (ſ. dupli poena)
„ puniantur; iſti, qui publicam Regni Conſtitutio-
„ nem violaverunt, (ſ. violarunt) Dicatores au-
„ tem, quia Juramento eorum, & permiſſioni in
„ hac parte ſatis non fecerunt.

„ Illi etiam, qui extra Conſtitutionem Re-
„ gni Dicatores (ſ. Dicatorum) exmiſerunt, &
„ Dicatores quoque aliter, quam exmiſſi fuerant
„ proceſſerunt, dupli pariter poena damni illati
„ puniantur, demto caſu, quo nimis pauperes
„ per rectificationem fuere relaxati.

ARTICULUS VII.

Comites vero, & V. Comites, qui jam incaſſatas Pecunias detinent, vel in uſus proprios converterunt, inſuper Officio priventur. Innocens tamen Comes pro nocente Comite non puniatur.

„ Ubi vero Comites, vel Vice-Comites com-
„ perti fuerint hactenus per ſe ipſos non reſtitu-

„ iſſe,

„ iſſe, vel cauſam evidenter præſtitiſſe non reſti-
„ tutioni, (ſ. reſtitutionis) & tantæ tarditati,
„ aut ab aliis forſitan extorſiſſe, & apud ſe re-
„ tinuiſſe, officio ipſorum perpetuo deſtituantur,
„ & ad tantam præterea ſummam ſolvendam, per
„ Regiam Majeſtatem compellantur, quæ eorum
„ favore, vel (ſ. &) vitio nondum reperitur ex-
„ oluta. Domini nihilominus, vel Nobiles, qui
„ non ſolverunt, ad reſtitutionem dupli modo
„ præmiſſo teneantur, verum tamen Comes inno-
„ cens poenam, culpamque Vice Comitis ſui in-
„ currere, ſubireque non debebit.

Sub Wladislao, *peculatum* tantum apud Theſaurarios, majoresque Miniſtros viguiſſe vidimus, ſub Ludovico II. peſtis hæc ad ipſos jam Comites, V. Comites, & Judices Nobilium propagata fuit, nimirum *luxus* natura ſua *venalitatem* producit. Sub Wladislao luxus adhuc tantum - - - - - *Optimates* - - - - - - - & ideo venalitas tantum apud eos regnavit. Sub Ludovico ille jam *Statum* etiam *Equeſtrem* corripuit. Debuit itaque venalitas, apud hunc quoque Statum enaſci.

ARTICULUS VIII.

Reſtantiæ exigantur, & in ſalaria Capitaneorum, ſumptus Legatorum, & Munitionem Petrovaradini convertantur.

„ Item: Quod omnes reſtantiæ præmiſſæ
„ contributionis manibus Dicatorum Regni ſta-
„ tim

„ tim aſſignentur, & de illis juſta debita Capi-
„ taneorum, & Stipendiariorum Regni, Orato-
„ rum, quæ primo Regiæ Majeſtatis, & ejusdem
„ Regni jam pridem Nurenbergam miſſorum pa-
„ riter debita per eosdem mutuo contracta reſti-
„ tuantur, atque ſolvantur, & reſiduum ad re-
„ formationem Varadini Petri convertatur. (ſ. con-
„ vertantur). Verum tamen illi, qui levata pecu-
„ nia Regni ad confinia non ſunt profecti, ſed
„ in domibus eorum remanſerunt, pecunias le-
„ vatas cum duplo reddere teneantur.

Ordinatum fuerat in Comitiis 1522. Art. XXX. ut Sua Majeſtas mittat ad Principes Imperii Oratores Hungaros pro ſolicitandis Subſidiis. Hos re ipſa, & quidem Norimbergam miſſos fuiſſe e præſenti Articulo patet, Prajus Oratorem fuiſſe Andream *Székel* neſcio unde eruit; plures tamen fuiſſe præſens Articulus oſtendit. Idem refert Imperium auxiliares copias in 4000. Equitibus, & 20000. Peditibus decreviſſe, quod Subſidium hoc præſtitum non fuerit, ſatis conſtat.

In mea collectione Actorum Tractatuum publicorum habetur:

„ Inſtructio data per Regiam Majeſtatem Pragæ in
„ Feſto Michaelis 1522. Reverendis, & Magnifi-
„ cis, ac Egregiis DD. Joanni Gozthon, Epi-
„ ſcopo Jaurienſi, Ladislao Macedoniay Electo
„ Sirmienſi, Joanni Dragffy de Belthewk Magi-
„ ſtro Thavernicorum, Petro de Korlathkew,
„ Magiſtro Curiæ Regiæ Majeſtatis; Item Magi-
„ ſtro Stephano de Werbewcz Perſonalis Præſen-
„ tiæ

Digitized by Google

„ tiæ Regiæ Majeſtatis Locumtenenti, Joanni
„ Khethey Vice Palatino, Sigismundo Pogán, &
„ Michaeli Kendereſſy Oratoribus nomine Regiæ
„ Majeſtatis, & totius Regni Hungariæ ad Con-
„ ventum Norembergenſem, qui pro Feſto B. Egi-
„ dii proxime præterito celebrari coeptus eſt,
„ miſſis pro auxiliis petendis, & expeditione con-
„ tra Turcos ſummenda. "

ARTICULUS IX.

Comites, & V. Comites, qui aliquos Nobiles a præſenti Diæta erga pactatam mercedem diſpenſarunt, Officio priventur, & legalem poenam pro diſpenſatis perſolvant.

„ Hoc quoque adjecto, quod qui recepta
„ ſumma a proficiſci volentibus, ab Officiis per-
„ petuo deponantur; & inſuper in florenis 400.
„ puniantur. (ſ. Quia plerique Comitum, ac Vi-
„ ce-Comitum parochialium privatum eorum com-
„ modum ſectantes, & publicam ſalutem Regni
„ hujus non advertentes multos Nobiles, qui ad
„ præſentem Diætam venire debuiſſent pactaſſe
„ cum certa pecuniarum ſumma ab eis extorta
„ domi reliquiſſe perhibetur, ideo tales Comites,
„ ac Vice-Comites Officio ipſorum perpetuo pri-
„ ventur, & inſuper poenam quadringentorum
„ florenorum de his, qui ad Diætam venire neg-
„ lexerunt, in generali Decreto conſcriptam in-
„ currant, & eosdem perſolvere Regiæ Majeſtati
„ teneantur.)

Non potuit non labeſcere Hungaria, quando tanta jam morum corruptela invaluerat, ut Cives neceſ-

neceſſaria pro ſalute Patriæ ſervitia per *corru ptiones* a ſe amoliri ſtuduerint, Magiſtratus vero quibus ſalutem publicam procurare cumprimis ad tinebat, ſe corrumpi permiſerint.

ARTICULUS X.

Eadem poena ſtatuitur in eos, qui aliquos a preteriti Exercituatione diſpenſarunt.

„ Et de illis quoque Comitibus, ac Vice„ Comitibus, qui tempore expeditionis generalis „ contra Thurcas (ſ. Turcos) per Regiam Ma„ jeſtatem ad ſuccurrendum Nandor Albæ inſtau„ ratæ multis pariter Nobilibus pro pactata pecu„ nia domi remanendi, & ad bellum non eundi „ licentiam, facultatemque dederunt, idem eſt in„ telligendum (ſ. ut illi quoque pari poena puni„ antur.)

ARTICULUS XI.

De his omnibus per Circulatores Comitatuum inquiratur, uti & de Creditoribus, qui pecunias Regno mutuarunt.

„ (ſ. Et præmiſſa omnia Perluſtratores, ac „ Circatores Comitatuum exequantur, medio quo„ rum Majeſtas Regia meram rerum certitudinis „ veritatem habere poterit; culpabiles vero per „ occupationem Bonorum ſuorum ad prædictas, „ & declaratas poenas perſolvendas compellat, „ & præfati Circatores) de reſtantiis contribu„ tionum tempore Capitaneatus Egregiorum Jo-

„ annis

„ annis Paxy (ſ. Faxy,) & Michaelis Zoby per
„ Colonos exactis, & diſſipationibus per Dicato-
„ res factis rei veritatem capiant, (ſ. capiunt,
„ prout continetur in Articulis Feſti B. Eliſabeth
„ Viduæ. Quæ reſtantiæ, & diſſipationes tandem
„ ad debita eorumdem Capitaneorum, & Domi-
„ norum, qui Regno huic mutuo pecunias dede-
„ rant, convertantur, & reſiduitas ad inſtauratio-
„ nem Waradini Petri pariter expendantur.)

„ Item: Quod Majeſtas Regia in ſingulis
„ Comitatibus reſciat numerum Dominorum, ac
„ Nobilium etiam unius ſeſſionis, & numerum
„ quoque Colonorum tam ſuæ, quam Reginalis
„ Majeſtatum, quam etiam aliorum quorumlibet,
„ ut his intellectis melius, faciliusque poſſit re-
„ bus ſuis, & Regni ſui ſemper proſpicere, atque
„ conſulere, & hoſtium inſidiis occurrere.

Per *Circulatores* hos, videntur illi intelligi, quos ad ſingulum Comitatum per Regem exmittendos eſſe ſupra Articulo IV. ordinatum eſt.

ARTICULUS XII.

Eruat Rex quantitatem promiſſorum a reliquis Principibus ſubſidiorum.

„ Præterea Majeſtas Sua ex nunc pariter
„ reſciat, & intelligat, quantam copiam cum au-
„ xiliares (ſ. auxiliarium) tam in Gentibus, quam
„ etiam Bombardis, pulveribus, globis, & aliis re-
„ bus bellicis, ac ingeniis quisque Dominorum

„ Suæ

„ Suæ Majeſtati præſtabit; quo intellecto commo-
„ dius expeditioni ipſi inſiſtere valebit.

ARTICULUS XIII.

Gentes Regiæ, & Banderia ſtatim ad confinium Temeſienſe deſcendant.

„ Verum ad hæc omnia Gentes Majeſtatis
„ Regiæ quanto plures fieri poterunt, ac Domi-
„ norum Prælatorum, & Baronum juxta for-
„ mam Decreti conſervatam deben. (ſ. conſervare
„ deberent) per Regiam Majeſtatem ad confinia
„ ſine mora transmittantur, ne partes Themeſi-
„ enſes, & alia loca, vadaque finitima per hoſtes
„ intercipiantur, & partes illæ deſolentur.

ARTICULUS XIV.

Officia nativis Hungaris conferantur.

„ Et quod Regia, & Reginalis Majeſtas
„ (ſ. Majeſtates) omnia eorum Officia Hungaris,
„ & Sacræ Coronæ Regni hujus ſubjectæ natio-
„ nis hominibus juxta contenta generalis De-
„ creti paterne Majeſtatis Regiæ (quod obſervan-
„ dum Majeſtas quoque Sua Regia promiſit) di-
„ ſtribuant.

ARTICULUS XV.

Singulo finitimo Caſtro duo Præfecti præficiantur. Horum unus ſemper in Caſtro debeat remanere.

„ Et Regia Majeſtas ad quælibet Caſtra fi-
„ nitima duos Officiales ex nunc, & immediate

„ con-

conſtituat, quorum unus ſub amiſſione omnium (ſ. amiſſione capitis, & omnium) Bonorum ſuorum ſemper in Officio ſuo maneat.

ARTICULUS XVI.

Nemo duo Officia tenere poſſit.

„ Et nemo duo Officia finitima teneat, ne „ alterum cuſtodiendo alterum perdat.

Hic iterum renovatur conſtitutionalis Lex la, ne unus duo Officia tenere poſſit, quam jam ı Decreti de 1519. Art. IX. vidimus confirma-am.

ARTICULUS XVII.

Regis Gentes ſemper ſint paratæ.

„ Et quod Majeſtas Regia Gentes, & Ban- „ deria ſua more Prædeceſſorum ſuorum Regum „ Hungariæ paratas habere, & ad Confinia [illegible] „ Regni tutela mittere dignetur.

ARTICULUS XVIII.

Norma Inſurrectionis Portalis præſcribitur.

„ Item: Quilibet Dominorum, ac Nobilium „ & alterius conditionis Poſſeſſionatorum homi- „ num de ſingulis decem Seſſionibus Jobbagyio- „ nalibus ſingulum (ſ. unum) Equitem, adminus „ haſtam cum clypeo, vel arcum manualem „ cum pharetra habentem diſponat, & ſecum ad „ expeditionem ipſam generalem penes Regiam „ Majeſtatem ducat. Comitatus vero partium

„ Supe-

„ Superiorum, videlicet Threnczin, Zolyom, „ Thwrocz, Arva, Lyptu, & Zepus (ſ. Zepes) „ loco Equitum, Pedites pixidarios ſecum por- „ tare teneantur.

Hæc eſt adhuc rigidior *Portalis Inſurrectio-nis* norma, quam quæ ſub Ladislao Poſthumo 1454. Art. IV. imperata fuit; ibi enim 4. Equi-tes, 2. Pedites; hic 10. Equites a 100. Portis obvenerunt. Verum occupato jam a Solimanno Belgrado, & Sabachio, hic propius etiam pericu-lum fuit. Cæterum genus armorum & ibi, & hic idem adhuc occurrit, nempe arcus cum pha-retra, clypeus, & haſta. De frameis, quarum uſum jam ſub Mathia viguiſſe vidimus, nulla fit mentio.

ARTICULUS XIX.

Etiam Nobiles unius Seſſionis viritim inſurgant, & non in Rhedis, ſed equites, aut pedites com-pareant.

„ Et quod Nobiles unius Seſſionis per ſin- „ gula capita pariter inſurgere, & advenire tene- „ antur, & non in Koczy, prout plerique ſolent, „ ſed exercituantium more, vel equites, vel pe- „ dites, ut pugnare poſſint, venire ſint obligati, „ ubi vero plures fratres (ſ. hæredes) indiviſi, vel „ Pater cum filio in uno pane, & victu fuerint, „ horum unus duntaxat tenebitur advenire.

En quantum a temporibus Mathiæ id eſt, vix a 25 Annis Diſciplina militaris apud Hunga-

ros

ros defluxerit, ut jam ipſi Nobiles unius Seſſionis, non militari apparatu, ſed in Rhedis ad Exercitum tanquam ad Convivium comparuerint. Nimirum, introductus ſub Wladislao, & ab Herbeſteinio, & Bruto adeo graphice omnino depictus luxus, morum corruptelam; hæc venalitatem, & mollitiem; utrumque hoc, militaris diſciplinæ diſſolutionem; hæc denique exitium Mohachienſe produxit.

ARTICULUS XX.

Exercituantes damna non inferant.

„ Item: provideatur per Regiam Majeſta-
„ tem, & ſuos Conſiliarios, ne cuiquam in pro-
„ greſſu, ſive Colono, Nobili, aut Presbytero,
„ vel cujuscunque conditionis homini damnum
„ inferatur, læſus injuriam Capitaneo exponat,
„ qui transgreſſorem emendabit, non emendans
„ a Regia Majeſtate punietur. (ſ. Item Regia
„ Majeſtas una cum Dominis, & Conſiliariis ſuis
„ ex nunc eum ordinem, & modum conſtituat,
„ ne quispiam Gentium ſive externarum, ſive in-
„ ternarum, ac etiam Dominorum, & Nobilium
„ tempore progreſſionis eorum ad bellum, vel
„ in ipſo quoque Exercitu, & bello Dominis,
„ ac Nobilibus, & Ruſticis eorum damnum in-
„ ferre audeat).

ARTICULUS XXI.

Neque apud Nobiles condeſcendant.

„ (S. Nemo etiam in Domibus Nobilium,
„ aut Presbyterorum contra ipſorum voluntatem,
„ & conſenſum condeſcendere præſumant, con-
„ trarium facientes, poenam capitis ſubeant, pro-
„ ut etiam in Articulis Diætæ Feſti Beatæ Eliſabeth
„ viduæ clara ſuperinde mentio, pariter & con-
„ ſtitutio habetur conſcripta, ita ut læſus que-
„ rimoniam porrigat Capitaneo Exercitus, & ille
„ teneatur de illatis damnis, ac injuriis læſo ſa-
„ tisfacere. Qui ſi non fecerit, dicat ſuperiori,
„ principalique Capitaneo, & ille Capitaneum
„ Exercitus particularis privatione Officii ſui, ac
„ verberibus, prout merebitur, caſtiget, & de re-
„ bus ſuis læſo ſatisfaciat, & de ſummo quoque,
„ ac principali Capitaneo idem eſt intelligendum,
„ ut ille ſimili poena per Regiam Majeſtatem pu-
„ niatur, ſi contrarium egiſſe deprehendetur).

ARTICULUS XXII.

Erga Regem omnes obſervantia ducantur.

„ Item: Regia Majeſtas exnunc jubeat, atque
„ committat, ut omnes Domini, qui aliqua ob-
„ ligamina inter ſe habent, de facto deponant, &
„ deinceps ſolummodo ad fidelitatem Majeſtati
„ Suæ obſervandam, ad quam etiam alioquin te-
„ nentur, ſint aſtricti, atque obligati. De Nobi-
„ libus quoque idem ſentiendum eſt, atque faci-
„ endum.

AR-

ARTICULUS XXIII.

Subſidium duorum florenorum offertur.

„ Item: Quod ad propellenda imminentia
„ Regni pericula per totum hoc Regnum duo
„ floreni fumatim Regiæ Majeſtati contribuantur,
„ incluſa contributione, quæ alias ad Gentium
„ conſervationem annuatim exigi ſolebat, quo-
„ rum unus exnunc, & immediate, alter vero ad
„ proximum Beati Martini Epiſcopi Feſtum dice-
„ tur, & connumeretur, & in hac contribu-
„ tione nemo libertinorum exemptus, vel ſup-
„ portatus habeatur; imo & inquilini res, &
„ Bona in valore trium florenorum habentes di-
„ centur, atque connumerentur.

A quo, præter lucrum Cameræ extra ordinariæ *Taxæ* imponi coeperunt, nunquam antea tantam *Subſidii* Summam oblatam fuiſſe comperimus. Sub ipſo præpotenti illo Rege Mathia Subſidium nunquam ultra 1. florenum aſſurrexit. Hic duo floreni non a *Porta*, id eſt integra ſeſſione ut antea, ſed *Fumatim* id eſt a ſingula *Domo* offeruntur. Et tamen nullum hoc anno Hungariæ peculiare periculum impendebat. Ceſſabat enim poſt expugnatum Sabachium, & Belgradum Solimannus, neque ab alio quopiam Hoſte metus aliquis imminebat. E converſo, cum poſt biennium de imminenti Solimani in Hungariam irruptione jam non dubitaretur, in Comitiis 1525. pro Feſto Beati Michaelis celebratis Articulo XXXIX. unus tantum florenus offerebatur, &

quidem eo pacto, ut ex his 75. Regi, 25. vero denarii Reginæ pro Subſidio in conſervationem proprii Banderii cedant. Ipſo *fatali* 1526. Anno, quo jam contra Solimannum procedendum fuit, Subſidio huic nonniſi medius florenus per Articulum XXXIX. adjectus eſt. Ego dignæ attentione hujus differentiæ nullam aliam cauſam aſſignari poſſe puto, quam, quod Anno 1523. grave illud Subſidium tanto liberalius promiſſum fuerit, quod quisque pro ſe, illud non dependere, alioquin jam conſtituerit. Ita ſua Hungaros fata eorum ad exitium traxerunt.

ARTICULUS XXIV.

Quinam ab eo excipiantur.

„ Verum tamen illi coloni, vel inquilini, „ qui res, & Bona in valore trium florenorum non habent, ad Juramentum Judicum locorum relaxentur, ubi vero Judices, vel Jurati „ non fuerint, vicinus propingvior loco Judicis, „ vel Jurati teneatur hujusmodi Juramentum præſtare. Et quod mercenarii quoque, & (f. ac) „ alii ſervitores Nobilium, qui proprio victu, „ & amictu Dominorum ſuorum utuntur, pariter „ relaxentur. Illi etiam, qui per Turcos conflagrati, combuſtique, & abducti fuere, ſimul „ cum Woynicis (f. Boynicis) Comitatuum Walpo, (f. Walko) Poſegha, Themeſien, & Thorontal, qui ad vada aliaque loca finitimorum „ neceſſaria cum Domino eorum ſervire conti-

„ nue

Digitized by Google

„ nue ſolent, atque tenentur, pari modo rela-
„ xentur.„

ARTICULUS XXV.

Bona etiam Regia huic Subſidio obnoxia ſint.

„ Et in hac contributione etiam Bona Re-
„ giæ, & Reginalis Majeſtatum demtis Civitati-
„ bus eorum muratis, quæ aliter ſolvere conſve-
„ verunt, una cum illis colonis, qui in Curiis
„ Nobilium domus diſtinctas habent, terrasque, &
„ prata, ac vineas proprias colunt (ſ. habent, at-
„ que colunt) & Dominis eorum ex illis fructum
„ ſolvunt, pari modo dicentur, ut commune pe-
„ riculum communi omnium Dominorum, ac
„ Nobilium, colonorumque, & ruſticorum Sub-
„ ſidio (Dei adjutorio accedente) propelli poſſit.

„ In villa vero, ubi decem fuerint coloni,
„ unus, & ubi quinque medius Judex relaxetur,
„ hoc expreſſo, quod ſi in villa etiam plures fue-
„ rint Judices, unus ſolummodo relaxetur.

Contortus Articuli hujus ultimus §phus id indicat: Quod in poſſeſſione, quæ e quinque tantum colonis conſtitit, dimidium ejus, quod unius coloni Subſidium efferebat, titulo Officii Judicis Pagenſis relaxari; Si vero poſſeſſio 10. colonos continuit, integra una Domus eodem titulo diſpenſari debuerit. E converſo etiamſi major aliqua poſſeſſio plures Judices habeat, horum tantum unus eximi poſſit.

ARTICULUS XXVI.

Subſidium hoc etiam ad Tranſylvaniam, & Sclavoniam extenditur.

„ Item: De Sclavonia, & Tranſylvania præ„ miſſa contributio pariter eſt intelligenda.

Jam in Decreto 1522. Art. XXVII. ſtatuebatur, ut ipſa etiam Sclavonia non dimidium, ut antea, ſed integrum Subſidium dependat. Verum ibi additur clauſula: *pro hac vice*, id eſt propter extraordinariam periculi magnitudinem; credebatur enim Solimannus capto 1521. Sabachio, & Belgrado, hoc anno in Hungariam irrupturus, hoc, quo præſens Decretum emanavit, Anno id eſt 1523. metus hic jam non ſubverſabatur, & tamen ne ſalvatoria quidem illa clauſula adjicitur. Verum dubito ego vehementer, an Sclavonia Juri ſuo, ſeu priori, ſeu hoc anno permiſerit derogari.

ARTICULUS XXVII.

Illud non ad Debita ſolvenda, ſed uſus bellicos impendatur.

„ Et quod Regia Majeſtas ex prænarrata
„ contributione duorum florenorum debita aliqua
„ non ſolvat, nec in alios uſus convertat, ſed
„ ad Regni hujus duntaxat defenſionem, & ho-
„ ſtis offenſionem, bellique generalis apparatum
„ exponat.

Vel

Digitized by Google

Vel ex hoc Articulo patet *Exercituales* illas pecunias diſtinctas fuiſſe, & a *lucro Cameræ*, & a *Subſidio*. De his enim Rex pro arbitrio diſpenſare, & debita etiam ſua cum iis exolvere poterat; ſi quidem id illi pro hoc tantum caſu prohibetur. Pecuniæ autem *Exercituales*, quod unice in conſervationem Gentium impendi debuerint, e Decreti hujus Art. II. & XXIII. jam apparuit.

ARTICULUS XXVIII.

Res montaniſtica de Salibus regulatur.

„ Item: Majeſtas Regia de Salibus, Camerisque (ſ. Camerariisque) & montanis auri, & „ argenti, ac auro quoque lavatili ita provideat, „ ne proventus, & utilitates Majeſtatis Suæ aliqui (ſ. alieni) factores ſui diripiant (ſ. decipiant) „ provideatque (prout in Decreto quoque continetur) ne aurum, & argentum de Regno amplius educatur, & quod argentum, & aurum „ ubique laboratum, & repertum, ad Cameram „ Regiam more alias conſveto, ſalvis tamen libertatibus, & Juribus unius cujusque deferatur. Contrarium facientes Majeſtas puniat ablatione Bonorum ipſorum.

ARTICULUS XXIX.

Regulatur Moneta.

„ Item: Interim quod (ſ. quod interim) „ Regia Majeſtas meliores monetas cudi faciet,

„ hanc præſentem novam monetam quilibet Do-
„ minorum Prælatorum, ac Baronum, & No-
„ bilium, & Ignobilium Regni ſub poena amiſ-
„ ſionis omnium rerum ſuarum mobilium tam in
„ emendis, quam vendendis (ſ. emendo, & ven-
„ dendo) quam etiam aliorum omnium negotio-
„ rum expeditione, & abſolutione inſtar, & ad
„ valorem antiquarum monetarum Hungaricalium
„ acceptare debeat, & teneatur. Præterea ſi Op-
„ pidum, aut Villa de Comiſſione Domini ſui
„ terreſtris illam non reciperet, (ſ. recipiet) &
„ hoc teſtimonio evidenti probari poſſet (ſ. poſ-
„ ſit) ex tunc in tali caſu idem Dominus terre-
„ ſtris Oppidum quoque, & Villam hujusmodi
„ perpetuo amittat, & Regia Majeſtas cui vo-
„ luerit, libere conferat.

Patet hinc, quod jam tunc proprietarii Fodinarum effoſſum aurum, & argentum in uſus quidem proprios convertere: *crudum* tamen nemini alteri vendere potuerint, ſed debuerint illud ad Cameras Regias deportare, quæ illud defixo jam pretio redimebant.

ARTICULUS XXX.

Hanc omnes acceptare teneantur.

„ Et quod omnes Domini, ac Nobiles a
„ ruſticis eorum novam ipſam monetam tam in
„ reſtitutione cenſuum, & dicarum (ſ. Dacia-
„ rum) quam etiam in certis rebus uſui neceſ-

„ ſariis

„ ſariis accipere debeant, ſub poena amiſſionis
„ Villæ, vel Oppidi, aut portionis poſſeſſionariæ
„ prænotatæ (ſ. ſuæ prænotatæ).

Ludovicum II. 1522. deteriorem monetam cudere coepiſſe e Decreti anni hujus Articulo XIV. apparet. Conſenſere Status per hunc Articulum ad ejus cuſionem, ſed ea Lege, ut ejus curſum in omnibus exteris vicinis Provinciis procuret. Si id impetrari non poſſet, ſtatuebatur, ut deterior quidem tantisper, quam vetus fuerit, talis tamen, quæ apud vicinos quoque acceptetur, moneta cudatur. Moneta hæc nec ultra Tibiſcum, nec in Sclavonia valuit, ut id Prajus in Ann. Regum Part. V. pag. 98. oſtendit e Libri Regii Rationum 1526. clauſula illa: *Blaſio Nagy . . . ex quo in Sclavonia, & Croatia uſus monetæ cupreæ non eſt, dati ſunt in antiqua moneta flor. 20. Caſpari Szeredi, ex quo ultra Titiam cuprea moneta expendi non poteſt, fl. 12.* Et tamen reſtrictio hæc nulla Lege continetur. In ipſa Hungaria curſus ejus quadriennio tantum perduravit. Jam enim in Decretis 1525. Rákoſienſis quidem Articulo XX. Hatvanienſis Art. XXI. ejus cuſio prohibetur. Effugerat tamen Legislationis attentionem illud, quod ad ſuſtinendam *fidem publicam* inſuper ejus in Officiis Regiis permutatio ordinari debeat. Verùm & hoc demum 1526. Art. XXXIV. §. 1. conſtitutum fuit.

ARTI-

ARTICULUS XXXI.

Priorem monetam nemo corradere auſit.

„ Item: Quod nemo audeat antiquas mone-
„ tas pro ſe cambire, nec argentum gratia lucri
„ ad ſe redimere ſub poena amiſſionis hujus mo-
„ di (ſ. ejusmodi) argenti, atque monetæ, per
„ hoc tamen emtio argenti ad uſum cujuspiam
„ neceſſaria prohibita eſſe non intelligatur.

Hic, & ſequentes V. Articuli oſtendunt impotentes Legislationis ad procurandum vilis monetæ curſum conatus. Prohibetur hoc Articulo, ne quis argentum, aut veterem monetam apud ſe coacervare auſit; nimirum, ut primum vilioris quantitatis moneta procuditur, metuit quisque, ne hæc ſubinde extra curſum ponatur, & tunc ſi majorem talis monetæ quantitatem poſſideat, grave patiatur detrimentum. Itaque quisque, quam ſeu jam habet, ſeu ſubinde ſibi procurare poteſt, veterem monetam conſervare, & non niſi novam in urgentiores neceſſitates impendere ſolet. Quo fit, ut melior illa moneta, gravi Publici detrimento e circulatione ſenſim diſpareat. Credebat ejus temporis Legislatio malum hoc unica *prohibitiva Lege* anteverti poſſe. Verum non advertit illa, quod circulatio pecuniæ non permittat ſe Legibus cogi, & quod Lex ejusmodi, ne in maxime quidem deſpotico Gubernio, minus autem in libero Regno effectum ſortiri poſſit. Ad hunc enim procurandum deberent

ierent quotidianæ ferme domuum, & ſcriniorum viſitationes inſtitui.

ARTICULUS XXXII.

Quanti Marca argenti redimenda ſit?

„ Item: Una Marca argenti redimatur, &
„ ematur ſex florenis, & quinquaginta dena-
„ riis, ſicut prius (ſ. perprius) quoque fuit con-
„ ſtitutum, alioquin tam emtor, quam venditor
„ argentum ipſum amittat eo facto (ſ. amittat,
„ atque perdat eo facto).

Legem ejusmodi condere, idem eſt, ac argentum *extra omne commercium* collocare. Quomodo enim aliquis cogi poteſt, ut ſuum argentum det pro certa pecuniæ quantitate, quæ forte nec dimidium ejus valorem etiam in pretio *conventionali* æquat, & re ipſa huc reſpexiſſe videtur Legislatio per hanc Legem, putans tanto majorem argenti copiam ad domus monetarias deferendam eſſe. Verum contrarium plane effectum illa producere debuit, cum enim in ipſis monetariis domibus argentum non niſi viliori illa moneta redimi conſveverit, proprietario argenti idem fuiſſet, ſeu a privato, ſeu e domo monetaria vilem illam monetam recipere, & ideo malebat quisque ſuum ſibi argentum *usque ad devalvationem* vilis hujus monetæ reſervare.

ARTI-

ARTICULUS XXXIII.

Antiqua moneta e Regno non educatur.

„ Item: Quod nemo audeat argentum, & „ antiquas monetas de Regno educere, alioquin „ Theſaurarius Regius pro Regia Majeſtate au- „ ferri faciat.

Hic quoque credebat Legislatio, *ſigni repræſentativi* id eſt, monetæ perinde atque *mercis* alicujus eductionem prohiberi poſſe. Ut id perficiat, debuiſſet una vetare, ne Regnicolæ quidquam ab exteris emere auſint. Ab his enim merces utique non niſi pro pecunia emi poterant.

ARTICULUS XXXIV.

Prior moneta cum aditamento 10, *pro* 100. *permutetur.*

„ Et: Quod in redemptione antiquarum mo- „ netarum ad Cameram Regiam fienda ad cen- „ tum monetas antiquas ſuper addantur de no- „ vis monetis decem denarii, & non plures.

Juxta hanc Normam debuiſſet nova moneta tantum 10. pro 100. deterior eſſe veteri. E coactivis tamen, quibus Legislatio ejus curſum promovere voluit, mediis, uti & ex ingreſſu Art. XIV. Decreti de 1522. colligere licet eam hac etiam proportione deteriorem fuiſſe. Dicitur enim illic: *Majeſtas Regia monetas noviſſime cudi cæptas cudi faciat, ex qua proventibus ſuis Regiis*

giis magnam ſummam pecuniarum adjicere valebit. Ut autem detracto operarum pretio magnum lucrum obveniat, debet moneta notabiliter vilior eſſe etiam *conventionali* valore.

ARTICULUS XXXV.

Res altiori pretio non vendantur, quam a proportione veteris monetæ venum ibant.

„ Item: Quod univerſi Mercatores tam ex„ terni, quam interni, ac omnes Artifices me„ chanici quocunque nomine cenſeantur, cete„ rique (ſ. ceteri etiam negotiatores merces, & „ res ſuas venales non audeant pluris vendere, „ quam prius pro antiqua moneta hujusmodi res, „ & merces ſolebant, emere ſub amiſſione omni„ um mercantiarum, & rerum ſuarum venditio„ ni expoſitarum.

Id ſtatuere idem fuit, ac ſiſtere omne commercium, quis enim coget Mercatorem? ut mercem ſuam infra illud, quod ipſi libet pretium dare debeat. Sed largiamur Mercatores neceſſitate preſſos id præſtare debuiſſe, adhuc, ut Lex hæc in effectum perducatur, debuiſſet in ſingulo emptionis, & venditionis caſu præſto eſſe Judex, qui decidat, pro quanta veteris monetæ quantitate quæſtor mercem ſuam antea dare conſveverit? quam ignota fuerint Legislationi ejus temporis genuina *rei monetariæ*, & *Commercii* principia, vel e contradictione illa apparet, quod in Decreto 1522. Art. XIV. exteras monetas, quæ in Regno

cur-

Digitized by Google

curſum habere poſſint, ſpecifice determinaverit, in Decretis e contra de 1525. Rákoſienſis quidem Art. XXIII. Hatvanienſis vero Art. itidem XXIII. Nec non 1526. Art. XXXV. omnem exteram monetam adeo ſevere prohibuerit, ut earum inductores jam ad *Rogum*, jam ad *Gladium* condemnaverit.

ARTICULUS XXXVI.

Domeſtici Mercatores, novam monetam etiam ab exteris acceptare teneantur.

„ Item: Quod omnes Hungari tam Mercato-
„ res, quam etiam alterius cujusvis ſtatus, &
„ conditionis homines novam ipſam monetam
„ ſub amiſſione omnium rerum ſuarum mobilium
„ tam a Germanis, & Bohemis, quam etiam
„ Moravis, & Sleſitis, ac Polonis, & aliis Na-
„ tionibus recipere teneantur.

Vidimus ad Articulum XXX. eam novæ monetæ poſitam fuiſſe conditionem, ut Rex ejus curſum etiam in vicinis Provinciis procuret. Quod Rex conditionem hanc expleverit, e præſenti Articulo patet. Niſi enim *Bohemi*, *Moravi*, *Poloni*, & *Sileſitæ* monetam hanc acceptaſſent, ſuperfluum erat, hoc Articulo ſtatuere, ut Hungari illam ab iis viciſſim recipere teneantur.

ARTICULUS XXXVII.

Cudantur Oboli, quorum 2. unum novum denarium valeant.

„ Et quod Regia Majeſtas cudi faciat ad
„ commutationem ejusmodi Obolos (ſ. commu-

„ nita-

„ nitatis commoditatem Obolos) quorum duo va-
„ leant denarium nunc currentem.

Vidimus, quod ſub Sigismundo, & Mathia 4. veteres *Oboli* unum veterem *denarium* effecerint. Hic duo tantum novi *Oboli* unum novum *denarium* conſtituunt. Cum ex Articulo XXXIV. appareat, 11. novos denarios 10. veteres valuiſſe, proportio inter *veterem*, & *novum* Obolum in tantas fractas abit, ut illa in re ipſa vix obſervari valuerit, ſed intrinſecus *novi* Oboli valor ad merum arbitrium demum reciderit.

ARTICULUS XXXVIII.

Omnibus fodinas colendi plena libertas conceditur.

„ Item: Ut aurum, & argentum in copia
„ habeatur, Majeſtas Regia committat fodinas mi-
„ nerarum auri, & argenti, ac cupri, & alio-
„ rum metallorum libere omnibus colere, & de
„ externis quoque Regnis ad culturam earum la-
„ boratores, & montaniſtas advocare, & publi-
„ co edicto proclamari faciat, tandemque & illos
„ modernos in eorum libertatibus antiquis conſer-
„ vari, & ab omnibus impetitoribus defenſari.

ARTICULUS XXXIX.

Præter Regem nemo pecuniam cudere poſſit ſub nota infidelitatis.

„ Et quod de cetero nemo ſub poena in-
„ fidelitatis, prout alias quoque ſemper obſer-
„ vatum fuit, pecunias cudere, vel cudi facere

„ præ-

„ præſumat, & ſi quiſpiam ruſticorum cudere
„ attemptaret, Dominus terreſtis illum punire
„ teneatur, aliter autem ſolus ipſe Dominus ter-
„ reſtris in amiſſione omnium Bonorum ſuorum
„ per Regiam Majeſtatem puniatur.

ARTICULUS XL.

Qui non inſurrexerint, pari poena puniantur.

„ Et illi, qui ad bellum generale per Litte-
„ ras Regias deinceps vocati venire neglexerint,
„ (ſ. negligarent) pari poena (ſ. poena de cete-
„ ro) puniantur, demptis palam infirmis, & ni-
„ mia ſenectute gravatis, ac Dominorum, & No-
„ bilium Factoribus in Caſtris, vel eorum Domi-
„ bus, & Curiis conſtitutis, tamen & illi loco
„ eorum alios mittere teneantur, & illi etiam, qui
„ ad aliorum ſtipendia ibunt, loco ipſorum alium
„ pariter deſtinare ſint aſtricti.

ARTICULUS XLI.

Qualiter Eccleſiaſtici inſurgere debeant.

„ Item: Præpoſiti, Abbates, Capitula, Con-
„ ventus, Moniales, Bona, & Jura poſſeſſiona-
„ ria ſecularia poſſidentes, hoc idem facere de
„ perſonis eorum teneantur. Et de Jobbagyio-
„ nibus nihilominus ipſorum prout alii poſſeſſio-
„ nati Nobiles exercituare ſint obligati, ita, ut
„ tot mittantur Equites, quot ſunt in Capitulo
„ Canonici, & inſuper decimas quoque jobbagyio-
„ nales prænarratas mittere teneantur. Præpo-

„ ſiti

Digitized by Google

„ ſiti tamen Seculares, & aliæ perſonæ Eccleſia-
„ ſticæ duplex beneficium habentes, ſeu in di-
„ gnitate conſtitutæ, juxta limitationem Domino-
„ rum Prælatorum ſuorum perſonaliter venire
„ ſint obligati.

ARTICULUS XLII.

Etiam a Decimis præſtetur Subſidium, & Inſurrectio.

„ Item: De illis quoque perſonis Eccleſia-
„ ſticis banderiatis, qui aut Decimas, aut alios
„ proventus copioſe habent, Majeſtas Regia ita
„ provideat, ut ſibi expeditionem ad præmiſſam
„ competens, & condignum ſubſidium præſtent.

ARTICULUS XLIII.

Rex denominet Capitaneos pro Gentibus ſinguli Comitatus, & iis de ſalario provideat.

„ Item: Quod Majeſtas Regia ad levandos
„ Nobiles, & Gentes in ſingulis Comitatibus Ca-
„ pitaneos conſtituat, & de eorum ſalario com-
„ petenti provideat, qui ipſas Gentes etiam ante
„ tempus belli generalis revideat, ne defectus in
„ eis motionis tempore vel in bello fiat; verum
„ tamen hujusmodi Gentes quilibet Nobilium in
„ eo Comitatu, ubi reſidet, ſecum ducere te-
„ neatur.

Quantum deferbuerit virtus militaris in animis Hungarorum, exhinc etiam apparet. Olim Comes ipſe, aut Vice-Comes ducebat gentes Co-

mitatus ſui. Nunc Capitanei a Rege præficiendi poſtulantur.

ARTICULUS XLIV.

Et hi a ſolo Rege dependeant.

„ Et quod Capitanei ipſi non aliorum, niſi „ Suæ Majeſtatis proprii ſint famuli, atque ſervi- „ tores de eodem Comitatu electi, & iſti Ca- „ pitanei non alia Officia exercendi, ſed levandi „ duntaxat Gentes ad Exercitum generalem, & „ penes Regiam Majeſtatem ducendi habeant fa- „ cultatem.

ARTICULUS XLV.

Si quis contra Regem inſurgat, adverſus eum Generalis Inſurrectio decernatur.

„ Præterea ſi quis Potentum Majeſtati Re- „ giæ rebellaret, & reluctaretur, & contra ta- „ lem Majeſtas Regia perſonaliter inſurgeret, & „ proficiſceretur, tunc in eo quoque caſu omnes „ per ſingula capita cum ipſo Capitaneo ſimul pe- „ nes Regiam Majeſtatem advenire teneantur.

ARTICULUS XLVI.

Subſidium etiam a Saxonibus Tranſylvanicis exigatur.

„ Et quod Majeſtas Regia Saxones ſuos „ Tranſylvanienſes connumerari faciat, intelligat- „ que, quot ſunt numero, & quanta ſumma ſu- „ per eos annuatim ſit exigi conſveta.

AR-

ARTICULUS XLVII.

Tricesimæ ad Limites, & veteres Stationes reducantur.

„ Item: Quod Triceſimæ in locis, in Decreto generali ſpecificatis, & non aliis ſub poena ibidem denotata exigantur, de vino autem, & bobus, ceterisque pecoribus, & pecudibus, quæ extra Regnum non deferuntur, nulla penitus Triceſima exigatur: (ſ. Triceſimæ exigantur).

ARTICULUS XLVIII.

Actus Potentiarii a 1521. commiſſi, vel impoſterum committendi, per Regem non obſtante Exercituatione judicentur, & Terminus non a ratione diſtantiæ, ſed ſemper ad unam Quindenam præfigatur.

„ Item: Quia pax, & quies non ſolum ab hoſtibus externis, verum etiam turbatorum (ſ. turbatoribus) internis extorquenda videtur, modicum enim proficiunt exterius arma, ſi intus rapacitate, & violentia turbatorum Regnum, & ejus Incolæ continue vexentur, atque deſolentur; quapropter conſtiturum eſt, ut univerſi actus potentiarii a Feſto Beatæ Margarethæ Virginis (ſ. & Martyris) in Anno Domini 1521. transacto usque modo illati, & de cetero quoque durante expeditione iſta generali inferendi ſemper, & ubicunque locorum Majeſtas Regia fuerit conſtituta, judicentur, prout in conſtitutionequoque Diætæ Feſti B. Eliſabeth

„ Viduæ cautum habetur, hoc ſolummodo varia-
„ to, quod ammonitiones, & evocationes non
„ juxta loci diſtantiam, ſed ſemper ad quintum
„ decimum diem fiant, atque decernantur.

Iniqua, & ideo vix in effectum deducta fuit hæc conſtitutio, ut reus quamcunque procul abeſſet, tantum pro Quindena citetur; potuit enim adeo diſtare, ut intra hoc tempus ne citatio quidem ad ejus notitiam pervenire potuerit.

ARTICULUS XLIX.

Quæ præterea cauſæ, non obſtante Exercituatione poſſint decurrere.

„ Et Cauſæ quoque in facto Jurium poſſeſ-
„ ſionariorum, impignoratitiorum, ac obligami-
„ num, nec non dotum, & rerum parapherna-
„ lium de cetero movendæ in iisdem Judiciis in-
„ ſtar aliorum negotiorum adjudicari poſſint, ne
„ defectu Octavarum, & brevium Judiciorum
„ Bona aliena contra ſalutem animarum ſuarum
„ aliqui detineant, & Bona verorum, ac legiti-
„ morum heredum tempore medio deſolentur.
„ Illi vero, qui cauſas exinde jam ſuſcitatas ha-
„ bent, cum onere conſveto, ſi voluerint, con-
„ deſcendi facere, deponereque poſſint. Et quod
„ cauſæ quoque transmiſſionales, ac breves bre-
„ vium antiquæ, & veteres ſtatuto nunc per Re-
„ giam Majeſtatem brevi termino cum iſtis Judi-
„ ciis pariter diſcutiantur, & adjudicentur.

Hanc

Hanc primam *Condeſcenſionis*, & *Depoſitionis* cauſæ diſertam mentionem hactenus comperimus.

ARTICULUS L.

Cauſæ violentiales qualiter debeant judicari.

„ Ceterum novæ occupationes terrarum,
„ pratorum, (ſ. aquarum) ſylvarum, promonto-
„ riorum, & aliorum omnium Jurium poſſeſſiona-
„ riorum poſt obitum Sereniſſimi Principis quon-
„ dam Domini Wladislai Regis felicis memoriæ
„ jam factæ, atque deinceps fiendæ tam in his
„ Judiciis, quam etiam in Sedibus judiciariis Co-
„ mitatuum adjudicari poſſint; ita videlicet, ut
„ more proclamatæ Congregationis per Litteras
„ Regias in Comitatibus fiat primum ſuper occu-
„ pationibus per vicinos, & commetaneos, Nobi-
„ lesque conprovinciales more ſolito mera præ-
„ miſſorum veritas, & inquiſitio, & ſi occupa-
„ tio facta fuiſſe conſtabit, ibidem poſſeſſio, vel
„ terra tunc occupata, contradictione Occupato-
„ ris non obſtante per Comites, & Vice Comi-
„ tes, & Judlium reſtituatur Actori, & inſuper
„ Occupator ratione occupationis, vel violentiæ
„ ad quintum decimum diem propterea in Cu-
„ riam Regiam per Litteras Vice Comitum, me-
„ dio Judicis Nobilium perſonaliter, vel de do-
„ mo, ac Curia ſua nobilitari ammoneatur, &
„ evocetur, vel ſi Actor ſuper facta ſibi reſtitu-
„ tione, & poena centum florenorum in ſede

„ Comitatus decernenda contentus, cauſam hu-
„ jusmodi amplius proſequi noluerit, in cauſam
„ tamen attractus ſuper Judicio ſibi facto non
„ contentus, eandem cauſam pro emendatione
„ ſeu diſcuſſione in Curiam Regiam voluerit de-
„ ducere, ad decimam quintam diem cauſa illuc
„ transmittetur, & ſi Judicium, ac judiciaria de-
„ liberatio Comitum, vel Vice Comitum bene
„ factum fuiſſe probabitur, reus, ſeu in cauſam
„ attractus in facto majoris potentiæ, ſeu capitali
„ Sententia ibidem convincatur, & condemnetur.

Obſcuri hujus Articuli ſequens videtur eſſe ſenſus: Cauſæ violentiales in Comitatibus judicentur, & ibi præter reſtitutionem occupatarum rerum poena 100. florenorum decernatur. Actor tamen libera ſemper ſit ad Curiam Regiam appellata. Quod ſi vero reus appellaverit, & Sententia Comitatus approbata fuerit, tunc hic inſuper in Sententia capitali, non *Phyſice*, ſed *Juridice* ſumpta, id eſt in redemptione Capitis ſui convincatur.

Cæterum apparet hinc, ſublatæ jam ſub Mathia, & Wladislao, *proclamatæ Congregationis* uſum denuo reſumi.

ARTICULUS LI.

Metæ inter Cumanos, & vicinos Nobiles per Palatinum rectificentur.

„ Item: Quod metæ per D. Palatinum ſu-
„ perioribus annis inter nonnullos Nobiles, &
„ Coma-

Digitized by Google

„ Comanos Regios erectæ, ac per eosdem Comanos iterum diſtractæ, & abolitæ per unum Magiſtrum Prothonotarium, vel alios, quos Majeſtas ad id deputaverit, exnunc erigantur, & de terris quoque per eosdem noviter occupatis idem eſt faciendum; deinceps vero, ſi per Comanos, ac Philiſteos, vel Raczenos (ſ. Ruthenos) Regios, ac eorum Officiales terrarum occupatio, vel alia damna cuipiam fuerint illata, juxta formam generalis Decreti coram Domino Palatino ſuperinde requirantur.

ARTICULUS LII.

Fugitivi coloni reſtituantur. Poena Comitum, & V. Comitum eatenus procedere negligentium.

„ Et quod omnes Jobbagyiones a tempore ruſticanæ Inſurrectionis fugitivos, ac violenter abductos Majeſtas Regia tam de ſuis, & Reginalis Majeſtatum, quam etiam aliorum omnium Bonis per Comites, ac V.-Comites Comitatuum, juxta contenta Decreti ſuperinde editi ex nunc ubilibet reddi facere dignetur. Comites vero, & Vice Comites, ſi non proceſſerint, vel ſe ipſos forſitan cauſam non reſtitutioni præbuerint, ad decimum quintum diem propterea evocentur, & juxta eorum demerita per Majeſtatem Regiam de facto puniantur.

ARTICULUS LIII.

Lutherani poena capitis, & amiſſione Bonorum puniantur.

„ Item: Quod omnes Lutherianos, & illo- „ rum Fautores, ac factioni ipſi adhærentes, tam- „ quam publicos Hereticos, hoſteſque Sacratiſ- „ ſimæ Virginis Mariæ poena capitis, & abla- „ tione omnium Bonorum ſuorum Majeſtas Re- „ gia, velut Catholicus Princeps punire digne- „ tur.

ARTICULUS LIV.

Prothonotarii ſe in Officium vices gerentium non ingerant.

„ Item: Quod Magiſtri Prothonotarii (ſ. „ Magiſter Prothonotarius) ſe ſe in Officium vi- „ ces gerentium Judicum ordinariorum Regni „ videlicet Vice Palatini, & Vice Judicis Curiæ „ Regiæ ſub amiſſione Officiorum ſuorum ingere- „ re, & immittere, proventusque eorum tollere „ nullatenus præſumant; & hoc idem eſt de ce- „ teris quoque Officialibus Regiæ Majeſtatis in- „ telligendum, atque faciendum, ne confuſione „ Officiorum Curia Majeſtatis Suæ Regiæ inordi- „ nate diſponatur.

ARTICULUS LV.

Limitatio Taxarum judicialium tam per Prothonotarios, quam & Capitula ſub amiſſione Officii, aut Sigilli obſervetur.

„ Item: Quod redemptiones Litterarum tam „ coram Judicibus ordinariis Regni, & eorum

„ Pro-

„ Prothonotariis, quam etiam in Capitulis, &
„ Conventibus, juxta formam, contentaque gene-
„ ralis Decreti Regni fiant, & accipiantur; nam
„ aliter Magiſtri Prothonotarii in Officii, Capi-
„ tula vero, & Conventus in Sgilli ipſorum amiſ-
„ ſione convincantur.

ARTICULUS LVI.

Taxa Sententionalium in facto minoris potentiæ defigitur.

„ Item: Quod de Litteris Sententionalibus
„ factum minoris potentiæ concernentibus (f. con-
„ cernentes) ſex duntaxat floreni de cetero reci-
„ piantur, niſi forſitan notabilis, & magna da-
„ mnorum refuſio, vel pecuniarum ſolutio in illis
„ contineatur, in quo caſu refuſionis, vel ſolu-
„ tionis quantitatem Litterarum quoque ipſarum
„ fiat redemptio.

ARTICULUS LVIII.

Invita parte Homines Regii, aut Palatinales ad peragendas Inquiſitiones non exmittantur.

„ Item: Quod ad celebrationem communi-
„ um Inquiſitionum homines Regii, vel Palati-
„ nales de Curia Regia contra voluntatem Par-
„ tium litigantium non transmittantur, dempto
„ caſu, quo notabilem, & inſignem videbitur
„ importare Partibus ambiguitatem ſimul, & da-
„ mnorum occaſionem, in quo de Curia Regia ho-
„ mines Regii libere transmitti poſſunt.

AR-

ARTICULUS LVIII.

Greges boum, & ovium tantum usque Limites Regni depelli; Exteri tamen eos vel ibi, vel etiam in meditulio Regni emere poſſint.

„ Item: Quod boves, & oves extra Re-
„ gnum gregatim de cetero non educantur, prout
„ prius quoque conſtitutum, & ordinatum fuiſſe
„ conſtat, ſed ad loca duntaxat intra limites hu-
„ jus Regni deputata abigantur, in quibus, vel
„ etiam in viſceribus Regni externæ Nationis ho-
„ mines ubi maluerint boves, & oves emere,
„ illisque incolæ Regni hujus vendere teneantur,
„ equos autem, & equas, atque vaccas nemo ex-
„ teris hominibus vendere, nemo etiam de Regno
„ ſub poena amiſſionis, & ablationis eorumdem
„ educere præſumat, ordine atque modo ſuperinde
„ prius conſtituto ſemper obſervato.

ARTICULUS LIX.

Sequeſtrata Proditorum Belgradi, & Szabachii Bona, cum illi ſe hactenus non purgaverint, pro Caducis declarantur.

„ Item: Quod Majeſtas Regia Bona, Jura &
„ poſſeſſionaria illorum, qui Caſtra Nandoralben-
„ ſe, & Sabacz amiſerunt, veluti infidelium
„ juxta contenta Decreti condempnatorum, quia
„ poſt Diætam Feſti Beatæ Elizabeth viduæ uſque
„ modo ſe ſe immunes, & innoxios declarare re-
„ cuſarunt, apud ſe reſervet, & illis, qui in expe-
„ ditione generali, vel alias Majeſtati Suæ præ-
„ clara

„ clara exhibuerint ſervitia, largire, diſtribuereque „ dignetur, ſi quidem Majeſtas Sua pro ſe illa „ noluerit reſervare.

Fuerunt hi, *Franciſcus Hedervári*, *Valentinus Therek de Heningh*, *qui etiam Heningh* alibi ſcribitur, & *Stephanus*, & *Blaſius Svolyok*, uti id e Decreti Hatvanienſis de 1525. Art. XLI. conſtat. Hos Ludovicus jam 1522. in nota infidelitatis condemnavit, Sententiam hanc, qua parte Hedervárium res concernit, Prajus in Annal. Parte V. pag. 60. protulit. Reliqui per diſtinctas Sententias convicti fuerint. In Comitiis tamen ejusdem anni datum ipſis tempus ſe purgandi, utque confiscata eorum Bona Rex interea in *Sequeſtro* aſſervet, conſtitutum fuit. Cum id præſtare uſque ad præſentia Comitia neglexerint, hic jam Bona eorum pro *Caducis* declarantur. Quare Franciſci quidem Hedervári Bona Franciſco Bathyánio; Thereky vero, Paulo Bachio non multo poſt Ludovicus contulit. Subinde tamen & *Therekius*, & *Svolyoky* imputatam ſibi culpam diluerunt. Hedervárius impetrato licet in Comitiis Rákoſienſibus per Art. XXIX. novo ſalvo conductu id præſtare aut noluit, aut non potuit, interceſſere tamen pro illo Status ſequentibus anni hujus Hatvanienſibus Comitiis, in provocato jam Art. XLI. Et vero debuit Ludovicus precibus his deferre, cum ſequenti nempe 1526. Art. XV. dicatur: *Quia amiſſores finitimorum Caſtrorum impuniti remanſerunt.* Et hinc corrigi

rigi debent illa, quæ Prajus, in Annal. Reg. p. 60. & 64. de hoc negotio diſſeruit.

Anno 1524 Comitia celebrata fuiſſe, Antonii del Burgio autoritate in Diario Comitiorum Peſt. 1525. ad diem 11. & 18. Maji nixus aſſerere poſſum, nam quod in Veſt. p. 550. n. 4. produxi, manifeſte ad Conventum generalem Anni 1523. referendum eſt, prout ibidem p. 553. obſervavi. Id quoque, quod ex Epiſtola Epiſcopi Agrienſis ibidem p. 551. n. 5. prolata eruitur, conveniſſe nimirum quosdam Optimates, non fuiſſe generalia Comitia vel ex eo manifeſte patet, quod de *Diæta* ne famam quidem eſſe ſcribat. Idem ſentio etiam de Litteris Franc. de Perén Epiſcopi Varadienſis, qui vult edoceri, cur Regnicolæ conveniant circa Feſtum Transfigurationis Domini; nam ſi pro *generalibus Comitiis* conveniſſent, cum ad ea hoc jam Seculo longe prius Regnicolæ evocari ſoliti fuerint, certe credibile non eſt, eum cauſam Conventionis hujus ignoraturum fuiſſe, qui & ipſe qua Prælatus ad Comitia non tantum Jus, ſed etiam obligationem veniendi habuit, & vocatus fuiſſet. Fuerit itaque *Conventus* aliquis *particularis*, quales his annis ſingulis etiam frequentius actos fuiſſe, Veſtigia produnt.

Inter omnia Veſtigia Comitiorum, & Articulorum Anni 1524. luculentiſſimum exſtat Art. XLI. Anni 1525. Hatvan. Veſt. Comitior. p. 615. & Epigraphe Articulis Rákoſienſibus Anni 1525. in Codicibus MSS. Radayano, (ex quo eam in

Veſt.

Veſt. Comitior. pag. 574. retuli) Feſtetichiano, Szapariano, Széchéniano Dipl. T. IX. n. 21 Vaticano) ex quo eos Præſul Tranſylvanienſis LL. Eccl. Tom. I. p. 595. & ex illo Katona Hiſt. Crit. Tom. XIX. p. 513. edidit) & Exemplari coævo in copia ſimplici Archivi Civitatis Bartphenſis (quæ meo judicio plurimum probat) Hæc Epigraphe diſerte commemorat, Articulos in Comitiis Rákoſienſibus Anni 1525. in Corpore Juris Hung. adſcriptos conditos quidem fuiſſe in Diæta pro Feſto BB. V. M. Anno 1524. (non 1525. uti erronee in Veſt. Comitior. p. 574. primo loco expreſſus eſt) Anno tamen 1525. in campo Rákos reformatos. Codex tamen MS. Nádasdianus illos præciſe ad Annum 1524. collocat, ad Annum autem 1525 nonniſi Articulos Hatvanienſes refert. Suſpicabar quidem initio, in eo Codice Articulos Anni 1524. uti tunc concepti, & nondum anno ſequenti in campo Rákos reformati erant, referri, facta nihilominus eorum combinatione, reperi eos prorſus conformes eſſe illis, quos in Veſtigiis Comitior. p. 574. produxi. Codex igitur Nádasdianus aperte errat, dum eos tales ad Annum 1524. refert, cum in illis toties indicti ad Oppidum Hatvan pro Feſto B. Joannis Bapt. Conventus mentio recurrat.

Ceterum rem totam conficit Veſtigium in quodam Diplomate ipſius Ludovici Regis expreſſum, quod ita habet:

„ Quod

Digitized by Google

„ Quod nobis in præſenti generali Congregatione
„ univerſorum DD. Prælatorum, ac Baronum,
„ Regnique noſtri Nobilium, & Procerum pro
„ Feſto Nativitatis Sacratiſſimæ Virginis Mariæ
„ proxime transacto, de noſtro Regio Litterario
„ mandato celebrata conſtitutis, & exiſtentibus
„ . . . Datum Budæ prædicta ſexta die termini
„ prænotati. A. D. 1524. “

Digitized by Google

DATE DUE

FEB 1 5 2008

GAYLORD

PRINTED IN U.S.A.

DB
925.5
.K6
Suppl
2

73

Digitized by Google